FLORES
BIBLIORVM,
SIVE
LOCI COMMVNES
OMNIVM FERE MATERIARVM EX VETERI AC NOVO TESTAMENTO EXCERPTI,

Et alphabetico ordine digesti, à F. Thoma Hibernico, nuncq́ue demum castigati.

ANTVERPIAE,
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXXII.

SVMMA PRIVILEGII.

Regia Maiestate permissum est Christophoro Plantino typographo iurato, typis excudere & diuendere hunc librum, cui titulus est: *Flores, seu Loci cōmunes omniū ferè materiarū ex veteri ac nouo Testamēto excerpti. &c.* vt latius patet in litteris concessis & subsignatis.

Facuwez.

FLOSCVLI OMNIVM FERE MATERIARVM EX SACRIS BIBLIORVM libris excerpti, atque ordine alphabetico digesti.

ABSTINENTIA.

VIR siue mulier cùm fecerint votum, vt sanctificētur, & se voluerint Domino cōsecrare, à vino, & omni, quod inebriare potest, abstinebunt. *Num. 6.*

Tobias filium suum ab infantia timere Deū docuit, & abstinere ab omni peccato. *Tob. 1.*

Iustus comedit & replet animam suam, venter autem impiorum insatiabilis. *Prou. 13.*

Anima saturata calcat fauum; anima esuriēs, amarum pro dulci sumit. *Prou. 27.*

Sapiēs cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operib⁹ iustitię successus habebit. *Eccli. 3.*

Beata terra, cuius principes vescuntur in tēpore suo ad reficiendū & non ad luxuriam. *Eccle. 10.*

Initium vitæ hominis aqua & panis. *Eccli. 29.*

Vtere, quasi homo frugi, his, quæ tibi apponuntur. *Ibid. 31.*

Noli auidus esse in omni epulatione: & non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas: & auiditas appropinquabit vsque ad choleram. *Eccli. 37.*

Qui abstinens est, adiiciet sibi vitam. *Ibidem.*

Et si iustitiā quis diligit, labores huius ma- *Sapien. 8.*

gnas habent virtutes: sobrietatem enim & sapientiam docet & iustitiam & virtutem quibus nihil est vtilius in vita hominibus.

Ezech.4. Cibus tuus quo vesceris, erit in pondere.

Matth.5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Rom.14. Is qui manducat, nō manducantē non spernat. Et qui non manducat, manducantem non iudicet. Qui enim manducat, domino manducat. gratias enim agit Deo. Et qui nō manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

1.Tim.4. Omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciēdū est, quod cū gratiarū actione percipitur.

1.Cor.7. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus: vt vacetis orationi.

1.Cor.9. Omnis enim qui in agone contēdit, ab omnibus se abstinet, & illi quidē vt corruptibilē coronā accipiant, nos autē incorruptā.

Ibidem. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum sic pugno, non quasi aërem verberans: Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar.

Galat.5. Spiritu ambulate, & desideria carnis nō perficietis: caro enim cōcupiscit aduersus spiritū

1.Thes.5. Nos autem qui Dei sumus, sobrij simus.

1.Thes.5. Ab omni specie mala abstinete vos.

1.Tim.4. Sāctificatur enim per verbū Dei & orationē

Ad Tit.2 Iuuenes hortare, vt sobrij sint.

Ad Tit.2 Sobriè, iustè & piè viuamus.

1.Pet.2. Charissimi, obsecro vos, tanquam aduenas & peregri-

peregrinos, abstinete vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam.
Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tãquã Leo rugiẽs circuit, quęrens quẽ deuoret, cui resistite fortes in fide. *1. Pet. 5.*
Vos autem curam omnem subinferẽtes, ministrate in fide vestra virtutẽ, in virtute autem scientiam, in scientia abstinentiam. *2. Pet. 1.*
Vide pleraque in titulo Ieiunium.

ABVSIO.

NOn induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea: Abominabilis enim apud Deum est, qui facit hoc. *Deut. 22.*
Nõ decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus. *Prou. 19.*
Per tria mouetur terra, & quartum quod nõ potest sustinere, per seruum cùm regnauerit; per stultum cùm saturatus fuerit cibo; & per odiosam mulierem, cùm in matrimonio fuerit assumpta; & per ancillã, cùm fuerit hæres dominæ suæ. *Prou. 30*
Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorũ, pauperẽ superbũ, diuitẽ mẽdacem, & senem fatuum & insensatum. *Eccles. 25.*

ACCEPTIO PERSONARVM ET MVNERVM.

NOn accipies munera, quæ excæcant sapientiam. *Exod. 23.*
Nõ cõsideres personã pauperis: nec honores vultum potentis, iustè iudica proximo tuo. *Leuit. 19.*
Non accipies pretium ab eo, qui reus est sanguinis. *Num. 35.*

Deut.1. Nulla erit distantia personarum. Ita paruum audies vt magnum.

Deut.10 Deus magnus & potens & terribilis, qui personam non accipit, nec munera, facit iudicium pupillo & viduæ.

Deut.16. Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapiētum: & mutant verba iustorum.

Deut.27. Maledictus, qui accipit munera.

1.Reg.16 Non respicias vultū eius (ait Dominus Samueli de Eliab filio Isai) neq; altitudinem staturæ, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico.

2.Par.19 Non est enim (ait Iosaphat rex Iudicibus) apud Dominū nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.

Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorū, qui munera libenter accipiunt.

Iob 36. Caue ne multitudo donorum inclinet te.

Prou 14. Amici diuitum multi propter dona.

Prou.15. Qui odit munera, viuet.

17 Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.

18 Accipere personam impij in iudicio, non est bonum: vt declines à veritate iudicij.

19 Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.

22 Victoriam & honorē acquiret, qui dat munera: animam autem aufert accipientium.

24 Cognoscere personam in iudicio, non est bonum.

Ibidem. Qui arguunt impium laudabuntur, venietq; super

super eos benedictio.

Qui agnoscit in iudicio faciē, non bene facit *Prou 28*
iste, & pro buccella panis deserit veritatem.

Non subtrahet personam cuiusquam Deus, *Sapien.6.*
nec verebitur magnitudinem cuiusquam:
quoniam pusillum & magnum ipse fecit, &
æqualiter est illi cura de omnibus.

Nō sit manus tua porrecta ad accipiendum. *Eccles.4.*

Noli quærere fieri iudex, ne fortè extimescas *Eccles.7.*
faciem potentis, & ponas scandalū in agilitate tua.

Dona excæcant oculos iudicum. *Eccli.20.*

Est qui perdet animam suam præ confusione, *Ibidem.*
& ab imprudenti persona perdet eam,
personæ acceptione perdet se.

Nec accipias personam vt delinquas. 42

Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. *Isai.1.*

Væ, qui iustificatis impium pro muneribus. 5

Qui excutit manus suas ab omni munere, iste 33
in excelsis habitabit.

Non est acceptio personarum apud Deum. *Rom.2.*

Nō est distinctio Iudæi & Græci: nam idem *Rom.10.*
Dominus omnium diues in omnes, qui inuocant illum.

Expolıantes vos veterem hominē, cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei, secundū imaginem eius, qui creauit eum, vbi non est Gentilis & Iudæus, Circuncisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. *Colos.3.*

Act. 10. In veritate deprehendo (ait Petrus) quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet eum & operatur iustitiam, is acceptus est illi.

Iudæ. Væ illis qui in viam Cain abierunt, & deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt.

Ibidem. Mirantes personas quæstus causa.

Iacob. 2. Fratres mei nolite in personarũ acceptione habere fidẽ Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in cœtum vestrum vir annulum aureum habẽs in veste splendida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & attẽdatis in eum, qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei, tu sede hîc bene: pauperi autem dicatis, tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nónne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: diliges proximum tuum, sicut teipsum, bene facitis: si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege, quasi transgressores.

ACEDIA.

Num. 11. Acedia vel tædiũ, homini est causa impatientiæ, & carnalis desiderij, & causa multiplicis mendacij.

Prou. 6. Vade ad formicam ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in

gat in messe quod comedat.

Vsquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo? *Ibidem.*

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis; sic piger his, qui miserunt eum in via. *Prou. 10*

Vult & non vult piger, anima autem operãtium impinguabitur. *Prou. 13*

Pigrum deiicit timor, animæ autem effœminatorum esurient. 18

Abscondit piger manũ sub ascella, nec ad sinum applicat eam. *Prou. 19.*

Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei. 20

Omnis piger semper in egestate est. 21

Desideria occidunt pigrũ, noluit enim quicquam operari. *Ibidem.*

Sicut ostium vertitur in cardine, sic piger in lectulo suo. *Prou. 26*

Non oderis laboriosa opera, & rusticationẽ creatam ab altissimo. *Eccle. 7.*

In lapide luteo lapidabitur piger, & omnes loquentur super æstimationem eius. 22

De stercore boum lapidabitur piger, & omnis qui tetigerit eum, manum excutiet. *Ibidem.*

In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. *Ibid. 31.*

In omnibus operibus tuis præcellens esto, & ne dederis maculam in gloria tua: otium enim multa vitia docuit. *Ibid. 33.*

Maledictus, qui opus Dei facit negligenter. *Ierem. 48*

Omnis arbor, quæ non facit fructu bonum; excidetur, & in ignem mittetur. *Matt. 7.*

Mat. 11. Regnum cælorum vim patitur, & violen rapiunt illud.

25 Inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores, illic erit fletus, & stridor dentium.

Luc. 12. Ille seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentē fructum, tollet eum. Si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eū, & in ignē mittetur & ardet.

Iacob. 4. Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

ACQVISITIO INIVSTA.

Exod. 16. Colligat vnusquisque, quæ sufficiunt per singulos dies.

Leu 19. Non decipiat vnusquisq; proximum suum.

Ibidem. Statera iusta, & æqua sint pōdera, iustus modius, æquusque sextarius.

Ibid. 25. Quando vēdes quippiam ciui tuo, aut emes ab eo, non contristes fratrem tuum.

Deut. 19. Non assumes & trāsferes terminos proximi tui, quos fixerūt priores in possessione tua.

Deut. 25 Non habebis in sacculo diuersa pōdera maius & minus. Nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & verum: & modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram quā Dominus Deus tuus dederit tibi: abominatur enim Dominus eū qui facit hoc.

& auerſatur omnem iniuſtitiam. (ſui.
Maledictus, qui transfert terminos proximi *Deut.27.*
Mendaces filij hominum in ſtateris. *Pſal.61.*
Sic ſemitæ omnis auari, animas poſſidẽtium *Prou.2.*
rapiunt.
Statera doloſa, abominatio eſt apud Deum: *Prou.11.*
& pondus æquum voluntas eius.
Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt. Alij *Ibidem.*
rapiunt nõ ſua, & ſemper in egeſtate ſunt.
Subſtãtia feſtinata minuetur: quæ autẽ pau- *Prou.13.*
latim colligitur manu, multiplicabitur.
Qui calumniat pauperem, vt augeat diuitias *Prou.22.*
ſuas, dabit ipſe ditiori & egebit.
Qui congregat theſauros lingua mendacij, *21*
vanus & excors eſt, & impingetur ad la-
queos mortis. [illegible]
Qui feſtinat ditari, non erit innocens. *Prou.28*
Vir qui feſtinat ditari, & aliis inuidet, igno- *Ibidem.*
rat, quòd egeſtas ſuperueniet ei.
Peccatori autem dedit Deus afflictionem & *Eccleſ.2.*
curam ſuperfluam, vt addat & congreget,
& tradat ei, qui placuit Deo.
Quid neceſſe eſt homini maiora ſe quærere, *Ibid.7.*
cùm ignoret, quid cõducat ſibi in vita ſua?
Aeſtimauerũt luſum eſſe vitam noſtram, & *Sap.15.*
cõuerſationem vitæ compoſitã ad lucrum,
& oportere vndecunque etiam ex malo,
acquirere.
Nõ ſit porrecta manus tua ad accipiendum, *Eccleſ.4.*
& ad dandum collecta.
Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, aliis con- *Eccli.14.*
gregat, & in bonis illius alius luxuriabitur.

Sicut

Eccle.27. Sicut in medio compaginis lapidum, palus figitur: sic & inter medium emptionis & venditionis angustiabitur peccatis.

Esai 5. Væ qui cõiungitis domũ ad domũ, & agrum agro copulatis vsq; ad terminum loci, nũquid habitabitis vos soli in medio terræ?

Esai.33. Væ qui prædaris, nónne & ipse prædaberis?

Abacu.2. Væ ei, qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauat contra se densum lutum?

Ibidem. Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali.

Michea 6 Ignis in domo impij, & mensura minor iræ plena.

Matt.6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.

Matt.16 Quid prodest homini si lucretur vniuersum mundum: seipsum autem perdat?

1.Thes.4. Ne quis circumueniat in negotio fratrẽ suũ.

ADOLESCENTIA.

Prou.30 TRia sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro, viam aquilę in cælo, viam colubri supra petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia.

Eccle.11. Lætare ergo iuuenis in adolescẽtia tua, & in bono sit cor tuũ in diebus iuuẽtutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorũ tuorum, & scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudiciũ: Aufer ergo irá à corde tuo, & amoue vitiositatem à carne tua. Adolescẽtia enim, & iuuẽtus vana sunt.

Eccle.32. Adolescens loquere in tua causa vix cùm necesse fuerit.

In medio magnatorum loqui nõ præsumas, & vbi sunt senes, non multum loquaris. *Ibidem.*

Adolescentes subditi estote senioribus. *1. Pet. 5.*

ADORATIO.

Adoratur Deus latria singulariter.

NOn facies tibi sculptile, neq; omnẽ similitudinẽ, quę in cęlo desuper, & quę in terra deorsũ, nec eorũ quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis ea, neque coles. *Exod. 20.*

Dominũ Deũ tuũ timebis, & illi soli seruies. *Deut. 5. & 10.*

Omnis terra adoret te Deus, & psallat tibi. *Psal. 65.*

Dominum Deum tuum adorabis. *Matt. 4.*

Adorate eum, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum. *Apoc. 14*

Vide ne feceris (ait Angelus Ioanni adorare volenti) conseruus tuus sum, & fratrũ tuorum. Deum adora. *19 & 22*

Cordialiter adorare debemus.

Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam, vt admirationem faciã populo huic miraculo grandi & stupendo. *Esai. 29.*

Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. *Matt. 15.*

Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit, qui adorant eum. Spiritus est Deus, & eos, qui adorãt eum, in spiritu & veritate oportet adorare. *Iohan. 4.*

Humili-

Humiliter adorare eum debemus.

Iob 1. Tunc (auditis de morte filiorũ nunciis) surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit.

Psal. 71. Corã illo procidẽt Aethiopes, Reges Tharsis & insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum: omnes gentes seruient ei.

94 Venite adoremus, & procidamus & ploremus coram Domino.

Matth 2. Et procidentes adorauerunt eum.

Luc. 18. Et publicanus à longè stãs, nolebat nec oculos ad cęlũ leuare, sed percutiebat pect⁹ suũ, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

Salubriter.

Eccli. 35. Qui adorat Deum in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit.

Esai. 43. Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me Saluator.

ADVLATIO.

Psal. 10. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ.

Psal. 140. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Prou. 1. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.

16 Vir iniquus iactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.

24 Qui dicunt impio, iustus es, maledicent eis populi.

27 Qui benedixit proximo suo voce grandi de nocte consurgens, maledicenti similis est.

Meliora

Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula blandientis. *Ibidem.*

Quomodo probatur in conflatorio aurum & in fornace argentum; sic probatur homo ore laudantis. *Ibidem.*

Qui derelinquũt legem, laudabũt impium. 28

Qui corripit hominem, gratiã postcà inueniet apud eum magis, quã ille, qui per blandimenta decipit. *Ibidem.*

Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulationibus decipi. *Ecclef.7.*

Non laudes virum in specie sua. *Eccli.11.*

Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. 19

Popule meus, qui te beatũ dicunt, ipsi te decipiunt, & vitã gressuum tuorum dissipãt. *Esa.3.*

Væ, qui iustificatis impium. 5

In ore suo pacem loquitur cum amico suo, & occultè ponit ei insidias. *Ierem.9.*

In malitia sua lætificauerunt Regẽ, & mendaciis suis principes. *Osea 7.*

An quæro hominibus placere? *Galat.1.*

Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis. *1.Thes.2.*

ADVLTERIVM.

Redde vxorem viro suo: si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu, & omnia, quæ tua sunt. *Gene.20.*

Si quis tetigerit hominis vxorẽ, morte moriatur. *Gene.26.*

Non mœchaberis. *Exod.20.*

Cum vxore proximi tui nõ coibis, nec semi- *Leuit.18.*

nis commistione maculaberis.

Exod.20. Non desiderabis vxorem proximi tui.

Ibidem. Si mœchatus quis fuerit cū vxore alteriu[s], adulteriū perpetrauerit cū cōiuge pro[ximi] sui, morte moriatur & mœchus et adulte[ra].

Num.5. Si cōcubuisti in adulterio, his maledictio[ni]bus subiacebis. Det te Dominus in male[di]ctionē, exemplumq; cunctorum in pop[ulo] suo, putrescere faciat femur tuum, & tum[ens] vterus tuus dirumpatur.

Deut.22. Si dormierit vir cum vxore alterius, vterq[ue] morietur, adulter & adultera, & aufe[res] malum de terra.

27 Maledict⁹ qui dormit cū vxore proximi s[ui].

2.Reg.12 De Bersabea vxore Vriæ filius, qui natus [est] tibi, morietur.

Iob 24. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens Non me videbit oculus, & operiet vultum suum. Perfodit in tenebris domus, sicut [in] die condixerat sibi.

31 Si deceptū est cor meum super muliere, & ad ostiū amici mei insidiatus sum: scortu[m] alterius sit vxor mea, & super illam incu[r]uentur alij. Hoc enim nefas est & iniqu[i]tas maxima. Ignis est vsq; ad perditionem deuorans, & eradicans omnia genimina.

Prou.6. Nunquid potest homo abscondere ignem i[n] sinu suo, vt vestimenta sua nō ardeant: au[t] ambulare super prunas, vt non plantæ eiu[s] comburantur: Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cùm tetigerit eam.

Qui

Qui adulter eſt propter cordis inopiam, per- *Ibidem.*
det animum ſuam: turpitudinẽ & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur.

Qui tenet adulteram, ſtultus eſt, & inſipiẽs. 18

Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus 30
ignoro. Viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper petram, viã nauis in medio maris, & viam viri in adoleſcentia. Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit: Non ſum operata malum.

Omnis homo qui tranſgreditur lectũ ſuum *Eccle. 23.*
cõtemnens in animã ſuam, & dicens: Quis me videt? tenebræ circundant me, & nemo circunſpicit me, quem vereor? delictorum meorum nõ memorabitur altiſſimus. Et nõ intellexit, quia omnia videt oculus illius, quoniam expellit à ſe timorem Dei, & non cognouit: quoniam oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominũ, & profundum abyſſi & hominum corda, intuentes in abſconditas partes.

Filij adulterorum in conſummatione erunt, *Sap. 3.*
& ab iniquo thoro ſemen exterminabitur. Et ſi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit nouiſſima ſenectus illorum. Et ſi celerius defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem. Nationes enim iniquæ, diræ ſunt conſummationis.

Multigena autem impiorum multitudo nõ *Ibid. 4.*

erit vtilis: & adulterinæ plantationes spuri vitulamina, non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt, & si in ramis in tempore germinauerint, infirmiter posita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.

Ibidem. Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorũ inutiles, & acerbi ad manducandũ, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij, qui nascũtur, testes sunt nequitiæ aduersus parẽtes in interrogatione sua.

Eccli. 23. Omnis mulier relinquens virum suum, peccabit, statuens in hæreditatẽ ex alieno matrimonio. Primò enim in lege altissimi incredibilis fuit. Secundò virum suum dereliquit. Tertiò in adulterio fornicata est, & ex alieno viro filios sibi statuit.

Ibidem. Non tradent filij eius radices, & rami eius non dabunt fructum, relinquetur in maledictionem, & maledictum memoria illius & dedecus illius non delebitur.

Ierem. 5. Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Nũquid super his non visitabo, dicit Dominus, & in gente tali non vlciscetur anima mea?

Ecce, vos confiditis vobis in verbis mendacij, quæ non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baali, & ire post deos alienos, quos ignoratis. Et venistis, & stetistis coram me in domo

mo hæc, in qua inuocatū est nomen meum, & dixistis, liberati sumus, eò quòd fecerimus omnes abominationes istas.

Derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quoniam omnes adulteri sunt. 9

Melius est mihi absq; opere incidere in manus hominum, quàm peccare in conspectu Domini. *Susanna.* *Dan. 13.*

Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. *Osee 7.*

Audistis quia dictum est antiquis, Nō mœchaberis Ego autem dico vobis, omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. *Matth. 5.*

De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hæc sunt, quæ coinquinant hominem. 13

Nolite errare, Neque sacrilegi, neque idolis seruientes, neq; adulteri regnum Dei possidebunt. *1. Cor. 6.*

AMBITIO.

Contētꝰ esto gloria, & sede in domo tua. *4. Reg. 14*

Noli quærere ab homine ducatum, neq; à Rege cathedram honoris. *Eccli. 7.*

Qui potestatē sibi assumit iniustè, odietur. 20

Nunquid regnabis, quoniā cōferes te cedro? *Ierem. 22*

Non adiicies exaltari amplius in mōte sancto meo. *Soph. 3.*

Quicunque voluerit inter vos esse primus, erit vester seruus. *Mat. 20.*

Qui se exaltat, humiliabitur. 23

Luc. 10. Et tu Capernaum vsq; ad cælum exaltata
sed vsque ad infernum demergêris.
16 Quod hominibus altum est, abominatio
apud Deum.

Ioan. 6. Iesus autem cùm cognouisset quòd ven.
erant, vt caperent eum, & facerent rege
fugit in montem ipse solus.
12 Dilexerunt enim gloriam hominum, ma
quàm gloriam Dei.

1. Cor. 13. Charitas non est ambitiosa, non quærit q.
sua sunt.

Galat. 5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi.

Philip. 3. Quorum gloria in confusione.

1. Tim. 3. Si quis episcopatum desiderat, bonum op
desiderat.

Heb. 5. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed q
vocatur à Deo, tanquam Aaron.

Ibidem. Christus non semetipsum clarificauit, vt p
tifex fieret, &c.

Heb. 11. Moses grandis factus, negauit se esse fili
Pharaonis.

AGRICVLTVRA.

Exod. 22. SI læserit quispiam agrum, vel vineã: & d
miserit iumẽtũ suũ, vt depascatur alie
quicquid optimum habeat in agro suo
in vinea, pro damni æstimatione restitu

Ibidem. Si egressus ignis inuenerit spicas, & compr
henderit aceruos frugũ, siue stantes seget
in agris; reddet damnũ, qui ignẽ succẽde

Exod. 23. Sex annis seminabis terram tuam, & cong
gabis fruges eius: Anno autem septimo d
mittes eam, & requiescere facies, vt com

dant pauperes populi tui, & quicquid reliquum fuerit, edant bestiæ agri; ita facies in vinea & oliueto tuo.

AMICITIA.

Amicitiæ diuitiæ ortus.

INfinitus thesaurus est hominib⁹, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei propter disciplinæ dona commendati. *Sap. 7.*

Vos amici mei estis, si feceritis, quę ego prę cipio vobis. *Ioan. 15.*

In veritate cõperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gẽte, qui timet Deum, & operatur iustitiã acceptus est illi. *Act. 10.*

Credidit Abraham Deo, & amicus Dei appellatus est. *Iacob. 2.*

Amicitia huius mundi inimica est Deo. *Iacob. 4.*

Quicunque ergo voluerit esse amicus seculi huius, inimicus Dei constituetur.

Amicitiæ fructus.

Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis cõfortatus est principatus eorũ. *Psal. 138.*

Amice ascende superius.

Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. *Ioan. 15.*

Amicitia humana vera, esse debet firma.

Qui negligit dãnũ propter amicũ, iustus est. *Prou. 12.*

Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur. 17

Amicũ tuũ, & amicũ patris tui ne dimiseris. 27

Si possides amicum, in tentatione posside eũ, & ne facile credas ei. *Eccles. 6.*

Non agnoscitur in bonis amicus, & nõ abs- 12

conditur in malis inimicus. In bonis vi
inimici illius, in tristitia & malitia illius
micus agnitus est proximo.

22 Fidem possi de cum amico in paupertate i
lius, vt in bonis illius læteris. In tempo
tribulationis illius permane illi fidelis, vt
hæreditate illius cohæres sis.

Amicitia debet esse grata.

Prou.18. Vir amicabilis ad societatem magis amicu
erit, quàm frater.

Eccle.20. Fatuo nõ erit amicus, & nõ erit gratia in bo
nis illius Qui enim edunt panẽ illius, fals
linguæ sunt. Quoties & quãti irridebũt eũ

Amicitia debet esse honesta.

Ideo per Prophetam Iosaphat de amicitia
ad Achab increpatus fuit.

Eccles.6. Noli fieri pro amico inimicus proximo tuo.

Ibidem. Qui timet Deũ, æquè habebit amicitiã bo
nã, quoniã secundum illũ erit amicus illius.

Amicitia debet esse integra in corde.

Prou.25. Causam tuã tracta cum amico tuo, & secre
tum extraneo ne reueles, ne fortè insultet
tibi cùm audierit, & exprobrare non cesset.

Eccli.27. Dilige proximũ, & cõiungere fide cum illo.

37 Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, &
non immemor sis illius in operibus tuis.

Amicitia debet esse in ore.

Prou.25. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iur
gio citò, ne postea emendare nõ possis, cùm
dehonestaueris amicum tuum.

27 Ferrum ferro exacuitur: & homo exacuit fa
ciem amici.

Verbum

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundat. Eccli.5.

Mittens lapidem in volatilia, deiiciet illa; sic & qui cõuiciatur amico, dissoluit amicitiã. 22

Qui denudat arcana, amici fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum. 27

Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Ibidem.

Caue ab amicis de sermone improperij: & cùm dederis, ne improperes. 41

Non duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione, & inuenies gratiam in conspectu omnium hominum. 42

Amicitia debet esse in opere.

Qui tolllit ab amico misericordiã, timorem Domini derelinquit. Iob 6.

Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, cras dabo tibi, cùm statim possis dare. Prou. 3.

Perde pecuniã propter fratrem & amicum, & ne abscondas illam sub lapide in perditionem. Eccli.29.

Amicitiæ veræ conseruatio.

Ne moliaris amico tuo malum, cùm ille in te habeat fiduciam. Prouer. 3.

Qui despicit amicum suũ, indigẽs corde est. 11

Amicus, si permãserit fix⁹, erit tibi quasi coęqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. Eccles. 6.

Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias. 7

Noli præuaricari in amicum pecuniã differentem, Ibidem.

rentem, neque fratrem chariſſimum in auro ſpreueris.

Eccle.9. Ne derelinquas amicū antiquū, nouus enim non erit ſimilis illi. Vinū nouū amicus nouus: veteraſcat, & cū ſuauitate bibes illud.

Ecc.c.19. Audiſti verbum aduerſus proximum tuum, commoriatur in te fidens, quoniam non te diſrumpet.

Ibidem. Corripe amicum, ne fortè non intelligat te, & dicat: Non feci, aut ſi fecerit, ne iterum addat facere.

20 Eſt qui præ confuſione promittit amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis.

22 Ad amicum & ſi produxeris gladium nō deſperes: eſt enim regreſſus ad amicū. Si aperuerit os triſte, ne timeas; eſt enim concordatio, excepto conuitio, & improperio & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa. In his omnibus effugiet amicus.

22 Amicum ſalutare nō confundaris, à facie illius non te abſcondas, & ſi mala tibi obuenerint, per illum ſuſtine.

Amicitiæ fructificatio.

Prou.18. Frater, qui adiuuatur à fratre, ciuitas firma, & iudicia quaſi vectes vrbium.

25 Gratia & amicitia liberant, quas tibi ſerua, ne exprobrabilis fias.

27 Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici conſiliis anima dulcoratur.

Ibidem. Melior eſt vicinus iuxta, quàm frater procul.

Ecleſ.4. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quā vnum: habēt enim emolumentū ſocietatis ſuæ: Si

vnus

vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cùm ceciderit, nō habet subleuantem.

Amicus fidelis protectio fortis; qui autē inuenit illum, inuenit thesaurum. *Eccles. 6.*

Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argēti contra bonitatem fidei illius. *Ibidem.*

Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, & qui metuunt dominum, inuenient illum. *Ibidem.*

Amicum salutare non confundaris. A facie illius non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illum, sustinebo. Omnis qui audiet, cauebit se ab eo. 22

Beatus qui inuenit amicum verum. 25

Amicitia ficta lucrum proprium attendit.

Amici diuitum multi. *Prou. 14.*

Diuitiæ addūt amicos plurimos: pauper verò etiam ab amicis deseritur. 19

Multi colunt personā potentis, & amici sunt bona tribuentis. *Ibidem.*

Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. *Ibidem.*

Multi homines misericordes vocantur, virum fidelem quis inueniet? 20

Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. *Eccles. 6.*

Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. *Ibidem.*

Sodalis amico condolet causa vētris, & contra hostem accipiet scutum. 37

Amicitia ficta malum proximo intendit.

Iudi.16. Quomodo dicis quòd amas me, cùm animus tuus non sit mecum?

Prou.11. Simulator ore decipit amicum suum. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, amici celat commissum.

26 Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem: ita vir, qui fraudulēter nocet amico suo, & cùm fuerit deprehensus dicit, ludens feci.

29 Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis.

Eccli.27. Annuens oculo, fabricat iniqua, & nemo eū abiiciet, in conspectu oculorum tuorum conculcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Multa audiui & non coæquaui ei, & Dominus odiet illum.

Matt.26 Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est. dixitq; illi Iesus, Amice ad quid venisti?

Amicitia ficta bonum falso prætendit.

Prou.16. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.

Eccli.37. Omnis amicus dicit, & ego amicitiā copulaui, sed est amicus solo nomine amicus. Nōnne tristitia inest vsq; ad mortem? Sodalis autem & amicus ad amicitiam conuertentur. O præsumptio nequissima, vnde creata es, cooperire aridam malitia & dolositate illius!

Amici.

Amicitia ficta odium intendit.

Occasiones quęrit, qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis. *Prou. 18*

Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiā, & est amicus qui odium & rixam, & conuicia denudabit. *Eccles. 6.*

Equus emissarius sic & amicus subsannator sub omni subsidente hinnit. 33

Amicitia ficta opprobriosam se reddit.

Ei qui reuelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commisceaaris. *Prou. 20.*

Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. *Eccles. 6.*

Amico & inimico noli narrare sensum tuū, & si est tibi delictū, noli denudare. Audiet enim te & custodiet, & quasi defendēs peccatum odiet te, & sic aderit tibi semper. 19

Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquetur. *Ierem. 9.*

ANGELI BONI HOMINI SERVIVNT.

QVi facis angelos tuos spiritus. *Hebr. 1.*

Nónne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? *Ibidem.*

Dirigunt gradientes.

Ecce ego mittam Angelum meum qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in *Exod. 23.*

locum,

locum, quem præparaui tibi. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendũ putes, quia non dimittet te cùm peccaueris, & est nomen meum cum illo. Quod si audieris vocẽ eius, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.

Iudith 13 Viuit autem ipse Dominus, quoniam custodiuit me angelus eius, & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati, reuocauit me gaudentem in victoria sua.

Psal 90. Quoniam Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Confortant deficientes.

Gene. 21. Vnde Angelus ancillæ Saræ in deserto fontem ostendit.

3. *Reg.* 19 Sic Eliæ aquam & panem.

Dan. 14. Daniel prandium per Abacuc in lacum leonum in Babylone à Iudæa apportauit.

Flagellant præuaricantes.

2. *Reg.* 4. Vnde populum pestilentia percussit ob peccatum Dauid, septuaginta millia virorum. Immisitque Dominus pestilentiam.

4. *Reg.* 19 Factum est igitur nocte illa venit Angelus Domini, & percussit de castris Assyriorum 185. millia.

2. *Mac.* 3 Heliodorum templũ spoliare volentem grauiter ceciderunt.

Sic Herodem Deo gloriam non dantem.

Con-

Confestim autem percussit eum Angelus, eo quòd non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit. *Act. 12.*

Gratificant orantes.

Si fuerit pro eo angelus loquēs vnus de millibus, vt annūciet hominis æquitatem, miserebitur eius & dicet: Libera eum, vt non descēdat in corruptionem: Inueni in quo ei propitier. *Iob 33.*

Quādo orabas cum lachrymis & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prādium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino. *Tob. 12.*

Alius angelus venit, & stetit ante altare, & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum. *Apoc. 8.*

Honorant decedentes.

Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. *Luc. 16.*

Iuuant certantes.

Vnde angelus cū nube se inter castra Aegytiorum & Israël posuit. Exod. 4 Tollensq́; se angelus Dñi. Sic Iosue angelum in agro euaginatum tenētem gladium vidit. Iof. 5. Cumq́ue esset Iosue in agro. Sic precibus Elisæi puer suus mōtem plenum equorum & curruum igneorum in circuitu vidit Elisæi. 4. Reg. 6. Cum q́ue orasset Elisæus.

Deus meus, quem colo, misit angelū suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia corā eo iustitia mea inuenta est. *Dan. 6.*

Sic

Sic Machabæo apparuit præcedens equus in veste candida, armis aureis hastam vibrans, 2. Macha. 11. Vt autem Machabæus Liberauit Apostolos à carcere. Actu. 5. Sic Petrum, Act. 12.

ANGELI OB PECCATVM FACTI SVNT MALI.

Iob 4. ECce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem.

Esai. 14. Quomodo cecidisti de cælo lucifer, qui mane oriebaris?

Luc. 10. Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem.

2. Pet. 2. Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari.

Iudæ. Angelos verò, qui non seruauerunt suũ principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis æternis sub caligine reseruauit.

Apoc. 12. Et factum est prælium magnum in cęlo, &c.

Malum hominibus moliuntur aggrediendo fraudulenter.

Vnde Euam natura & sexu infirmiorem callidè & solam, & simplici aggressus est quæstione. Gen. 3. Sed & serpens, &c.

2. Cor. 2. Vt non circumueniamur à Satana: nõ enim ignoramus cogitationes eius.

11 Ipse Satanas trãsfigurat se in angelum lucis.

Generaliter omnes quantumcunque sanctos tentãt.

Ioan. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Tunc

Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. *Matt.4.*

Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. *Luc.4.*

Et cœna facta, cũ diabolus iã misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariotes. *Ioan.13.*

Sobrij estote, &c. *1.Pet.5.*

Horribiliter aggrediuntur.

Sic Iob nedum in substantia, prole & corpore, sed quàm maximè in anima per blasphemiam lædere studuit.

Sed extende paululum manum tuã, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. *Iob 1.*

Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet, dabit homo pro anima sua. Alioquin mitte manum tuã, & tange os & carnem eius, & tũc videbis, quòd in faciem benedicat tibi. 2

Non est potestas super terram, quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret. Omne sublime videt: & ipse est rex super omnes filios superbiæ. 41

Sũt spiritus, qui ad vindictã creati sunt, & in furore suo cõfirmauerũt tormẽta sua, & in tẽpore cõsummationis effundẽt virtutem, & furorem eius, qui fecit illos, confundent. *Eccle.39.*

Vnde reddit hominem cæcum & mutum. *Matt.12.*

A Deo reprimuntur, ne quantum volunt, possint.

Ecce vniuersa, quę habet, in manu tua sunt: tantum in eum ne extẽdas manum tuam. *Iob 1.*

Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua. 2

Vnde

Matt.8. Vnde nec in porcos quidem, nisi permissi intrare potuerunt.

Luc.22. Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum : Ego autẽ rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.

Ab homine repelluntur per gratiæ assistentiam.

Rom.16 Deus autem pacis conteret Satanam sub pedibus vestris velociter.

Ephes.4. Nolite locum dare diabolo.

6 Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli

Iacob.4. Subditi estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet à vobis.

1.Pet.5. Cui resistite fortes in fide.

1.Ioan.1 Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum.

Per Deum expelluntur.

Matt.8. Vespere autẽ facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat spiritus verbo.

9 Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmoniũ habentem; & eiecto dæmonio, locutus est mutus: & miratæ sunt turbæ.

12 Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur & videret. Item 17. Marc. 1. 3. 5. 6. 9. Luc.4.8.9.11.

Per homines.

Mat.10. Et conuocatis duodecim discipulis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eiicerent eos.

Luc.10. Reuersi sunt septuagintaduo cũ gaudio dicentes;

centes : Domine etiam in nomine tuo dæmonia subiiciuntur nobis.

Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? 11

Tentauerunt autem quidam de circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebant malos spiritus, nomen Domini Iesu. *Act.* 19.

ANIMA.

Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. *Ezech.* 18

Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt. *Mat.* 10.

Quid enim proderit homini, si totum mundum lucretur, & detrimentum animæ suæ faciat? aut quid commutationis dabit homo pro anima sua? *M.* 16. 8.

APOSTATAE.

Salua animam tuam, & noli respicere post tergum tuum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. *Gene.* 19.

Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam salis. *Ibidem.*

Nunquid reducere debeo filiũ tuum ad locum, de quo egressus est? & ait Abraham: Caue nequando reducas illuc filiũ meum. 24

Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi. 26

Non egrediar, sed hic moriar. 3. *Reg.* 2.

Quare derelinquimus domum Dei? *Neh.* 13.

Homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito lo- *Prou.* 6.

quitur, prauo corde machinatur malum,
in omni tempore iurgia seminat.
27 Sicut auis transmigrans de nido suo; sic v.
qui relinquit locum suum.
Eccl. 10. Si spiritus potestatem habentis ascẽderit s
per te, locum tuum ne dimiseris.
11 Ne manseris in operibus peccatorum: cõ
fide autẽ in Domino, & mane in loco tu.
facile enim est in oculis Domini subi
honestare pauperem.
Ierem. 11 Filij mei exierunt à me, & non subsistunt.
42 Conflabitur indignatio mea super vos, cu
ingressi fueritis Aegyptum.
Ibidem. Nolite intrare in Aegyptum.
Osea 7. Reuersi sunt, vt essent absque iugo, quasi ar
cus dolosus facti sunt.
Soph. 1. Visitabo super omnes, qui induti sunt ves
peregrina.
Luca 9. In quãcunque domum intraueritis, ibi ma
nete, & inde ne exeatis.
Ibidem. Nemo mittẽs manum ad aratrum, & resp
ciens retro, aptus est regno Dei.
10 Nolite transire de domo in domum.
10 Homo quidam descendebat ab Ierusale
in Iericho (de claustro ad seculum) & in
cidit in latrones.
Galat. 1. Miror quòd sic tam citò trãsferimini ab e
qui vos vocauit ad gratiam Christi.
Apoc. 2. Memor esto vnde excideris, & age pœnite
tiam, & prima opera fac: sin autem, ven
tibi cito.

IVdicium pauperibus tribuit. *Iob 36.*
Abſcondiſti hæc à ſapientibus & pruden- *Matt.11.*
tibus,& reuelaſti ea paruulis.
Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædifica- 16
bo Eccleſiam meam, & portæ inferi non
præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo
claues regni cælorum, & quodcunq; liga-
ueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis,
& quodcunque ſolueris ſuper terram, erit
ſolutum & in cælis.
Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis ſu- 18
per terram, erunt ligata & in cælis, & quæ-
cunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſolu-
ta & in cælis.
Vos, qui ſecuti eſtis me, ſedebitis & vos ſu- 19
per ſedes duodecim, iudicantes duodecim
tribus Iſraël.
Sicut miſit me pater & ego mitto vos: hæc *Ioan.20.*
cùm dixiſſet, inſufflauit, & dixit eis: Acci-
pite Spiritum ſanctum, quorum remiſeri-
tis peccata, remittuntur eis, & quorum re-
tinueritis, retenta ſunt.
Paſce oues meas. 21
Stulta enim elegit Deus, vt confundat ſapiē- *1.Cor.1.*
tes: & infirma mundi elegit Deus, vt con-
fundat fortia.
Nónne pauperes elegit Deus in hoc mūdo? *Iacob.2.*

ARBOR BONA EX FRVCTV PROBATVR.

NOn poteſt arbor bona malos fructus fa- *Matth.7.*
cere, neq; arbor mala bonos fructus.
Aut facite arborē bonam & fructū eius bo- 12

num, aut arborem malã, & fructũ eius m
lum, siquidẽ ex fructu arbor cognoscitu
Luc.6. Nō est arbor bona, quæ facit fructus mal
neq; mala, faciens fructum bonum. V
quæque enim arbor ex fructu suo cog
scitur. Neq; enim de spinis colligitur
ctus, neque de rubo vindemiant vuam.

Arbor bona commendatur.

Psal.1. Et erit tanquam lignum quod plantatum
secus decursus aquarum, quod fruct
suum dabit in tempore suo. Et folium e
non defluet.
51 Ego autẽ sicut oliua fructifera in domo D
91 Iustus vt palma florebit, sicut cedrus Liba
multiplicabitur
Ibidem. Plantati in domo Domini, in atriis dom
Dei nostri.
Iere.17. Erit quasi lignum quod transplantatur sup
aquas, quod ad humorem mittit radic
suas: & non timebit cùm venerit æstus,
erit folium eius viride, & in tempore sicc
tatis non erit solicitum, nec aliquando de
net facere fructum.
Ezech.47. Et super torrentẽ orietur in ripis eius, vtra
parte omne lignũ pomiferum, non deflu
folium ex eo, & non deficiet fructus eius.
Matt.7. Omnis arbor bona fructus bonos facit, m
la autem arbor malos fructus facit.

Arbor mala reprobatur.

Eccles.6. Non te extollas in cogitatione animæ tu
velut taurus: ne elidatur virtus tua per st
titiam, & folia tua comedat, & fructus p
di

dat, & relinquaris, velut lignum aridum in eremo.

Et ſcient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile, & ſiccaui lignum viride & frondere feci lignum aridũ. Ego Dominus locutus ſum, & feci. *Ezech.17*

Iam enim ſecuris ad radicẽ arborũ poſita eſt: Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *Matt.3.*

Mala arbor, malos fructus facit: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 7

Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum in ea, & non inuenit. Dixit autẽ ad cultorẽ vineę: Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in hac ficulnea. Succide ergo illã: vt quid terram occupat? At ille reſpondens ait illi: Domine dimitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora, & ſi quidem fecerit fructum: ſin autem, in futurum ſuccides eam. *Luc.13.*

ARMA SPIRITVALIA CONGRVA.

IVſtitia indutus ſum, & veſtiui me, ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo. *Iob 29.*

Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iuſtitiã & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem. *Sapien.5.*

Esai.59. Indutus est iustitia vt lorica, & galea sal
in capite eius. Indutus est vestimētis vl
nis,& opertus est quasi pallio cæli.

Rom.6. Sed neque exhibeatis membra vestra ar
iniquitatis peccato, sed exhibete vos D
tanquam ex mortuis viuentes, & mem
vestra arma iustitiæ Deo.

13 Abiiciamus ergo opera tenebrarum, &
duamur arma lucis, sicut in die, hon
ambulemus.

Ephes.6. State ergo succincti lumbos vestros in ve
tate, & induti loricam iustitiæ, & calce
pedes in præparationem euangelij pac
in omnibus sumentes scutum fidei, in qu
possitis omnia tela nequissimi ignea ext
guere; & galeā salutis assumite, & gladiu
spiritus, quod est verbum Dei.

1.Thes.5. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus; in
duti loricam fidei & charitatis, & gale
spem salutis: quoniam non posuit nos De
in iram, sed in acquisitionem salutis p
Dominum nostrum Iesum Christum.

Arma spiritualia sunt vtilia

2.Cor.10 Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, s
potentia Deo ad destructionem munitio
num, consilia destruentes: & omnem alt
tudinem extollentē se aduersus scientia
Dei,& in captiuitatem redigentes omne
intellectum in obsequium Christi.

Ephes.6. De cætero fratres confortamini in Domin
& in potentia virtutis eius. Induite vos a
maturā Dei, vt possitis stare aduersus ins

 di

dias diaboli, quoniam non eſt nobis collu-
ctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed
aduerſus principes & poteſtates, aduerſus
mundi rectores tenebrarum harum, contra
ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus.

Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſi- *Ibidem.*
tis reſiſtere in die malo, & in omnibus per-
fecti ſtare.

Nam & qui certat in agone, non coronabi- *2. Tim. 2.*
tur, niſi qui legitimè certauerit.

Bonum certamen certaui, curſum conſum- 4
maui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt
mihi corona iuſtitiæ, quàm reddet mihi
Dominus in illa die iuſtus iudex. Non ſo-
lùm autem mihi, ſed & omnibus, qui dili-
gunt aduentum eius.

ARROGANTIA ET VANA GLORIA.

Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſraël. *Ioſ. 7.*
Dabitis Domino Deo Iſraël gloriam. *1. Reg. 6.*

Tua eſt Domine magnificentia, & poteſtas, *1. Par. 29*
& gloria.

Regẽ ſeculorũ exaltate in operibus veſtris. *Tob. 13.*

Omnem arrogantem humilia. *Iob 40.*

Afferte Deo gloriam & honorẽ, & date glo- *Pſal. 28.*
riam laudi eius.

Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini *Pſal. 113*
tuo da gloriam.

Arrogantiam & ſuperbiam ego deteſtor. *Prou. 8.*

Superbus & arrogans vocatur indoctus. *21*

Abominatio Domini eſt omnis arrogans. *16*

Noli te extollere in faciendo opere tuo. *Eccli. 10.*

18 Quid est homo? & quid est gloria illius?

Esa.2. Dies Domini super omnē superbum & excelsum & arrogantem, & humiliabitur.

13 Arrogantes fortium humiliabo.

Esai.40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni, &c.

42 Gloriam meam alteri non dabo.

Ierem.9. Non glorietur sapiens in sapientia sua.

Iere.49. Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui.

Osee 5. Respondebit arrogantia eius in faciem eius.

Soph.1. Visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur, super limen in die illa.

Luc.17. Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.

Ioan.3. Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cælo.

5 Quomodo potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis?

7 Qui à semetipso loquitur, gloriā propriam quæsit.

Ibidem. Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil (est.

12 Dilexerunt gloriam hominum magis, quàm Dei.

1.Cor.4. Quid habes quod non accepisti? si autē accepisti, quod gloriaris?

1.Cor.5. Non est bona gloriatio vestra.

3 Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat.

9 Si euangelizauero, non est mihi gloriatio.

2.Cor.10 Qui gloriatur, in Dño glorietur. Non enim qui

qui seipsum commendat, ille probatus est.
Si gloriari oportet, non expedit quidem. 12
Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. *Galat. 5.*
Hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur. *Ephes. 2.*
Percussit Herodem angelus, eò quòd nō dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus expirauit. *Act. 12.*
Nolite errare fratres mei dilectissimi, omne datum optimū, & omne donū perfectum desursum est, descendēs à patre luminum. *Iacob. 1.*

ASPERITAS VESTIVM.

INdutus est Iacob cilitio lugens filiū suum multo tempore. *Gene. 37.*
Accingimini saccis, & plāgite ante exequias. *2. Reg. 3.*
Ponamus saccos in lumbis nostris. *3. Reg. 20*
Accinxit saccis lumbos. 20
Operuit Rachel cilitio carnem suam. 21
Vidit omnis populus cilitium quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. *4. Reg. 6.*
Induerunt se sacerdotes cilitiis. *Iud. 4.*
Præcincti cilitiis offerebant sacrificium. *Ibidem.*
Saccum consui super carnem meam. *Iob 16.*
Ego cùm mihi molesti essent, induebar cilitio. *Psal. 34.*
Posui vestimentum meum cilitium. 68
Erit pro fascia pectorali cilitium. *Esa. 3.*
Accingite vos cilitiis, plangite & vlulate. *Ierem. 4.*
Filia populi mei accingere cilitio, & cōspergere cinere. 6
Plange, quasi virgo accincta sacco super virum. *Ioel. 1.*
Ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei. *Ibidem.*

Ion. 3. Prædicauerunt ieiuniū, & vestiti sunt facc

Ibidem. Indutus est Rex sacco, & sedit in cinere.

1. Mac. 2. Mathathias & filij eius operuerūt se ciliciis

3 Ieiunauerunt & induerūt se ciliciis & cine

Matt. 3. Ipse Ioannes habebat vestimentum de pi camelorum.

11 Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domib Regum sunt.

Ibidem. Olim in cilitio & cinere pœnitentiam egi sent.

ASTROLOGIA QVAEDAM HVMANA.

Genes. 1. Fiant luminaria in firmamēto cæli, & di uidant diem ac noctē, & sint in signa & tempora, & dies & annos, & luceant in fir mamento cæli, & illuminent terram.

8 Cunctis diebus terræ sementis & messis, fri gus & æstus, hyems & æstas, nox & dies nō requiescent.

Deut. 4. Ne fortè eleuatis oculis ad cælum videas so lem & lunam, & omnia astra cæli, & erro deceptus adores ea, & colas, quæ Dominus Deus tuus creauit in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cælo sunt.

Psal. 135. Qui fecit luminaria magna, solē in potesta tem diei, & lunam in potestatem noctis.

Eccles. 33 & 34. Quare dies diem superat, & iterum lux lucē, & annus annum à sole? A Domini scientia separati sunt facto sole, & præceptum cu stodiente per Dei sapientiam diuiduntur.

Luc. 12. Dicebat autem ad turbas: Cùm videritis nu bem orientē ab occasu, statim dicitis, nim-

bus

bus venit, & ita fit: & cum austrũ flantem, dicitis, quia æstus erit, & fit.

Quædam vana.

Ego sum Dominus faciens omnia, extendẽs cælos, solus stabiliens terram, & nullus mecum, irrita faciẽs signa diuinorum, & ariolos in furorem conuertens. Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam stultam faciens. Esa. 44.

Defecisti in multitudine consiliorũ tuorum. Stent & saluent te augures cæli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis comburit eos: Non liberabunt animam suam de manu flammæ. 47

Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Iere. 10.

AVARITIA.

INsidiatur vt rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum. Psal. 9.

Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? Iob 21.

Promptuaria eorũ plena (& pauperes vacui.) Psal. 143

Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam. Prou. 15.

Infernus & perditio nunquam implentur: similiter oculi hominum insatiabiles. 27

Auarus non implebitur pecunia. Eccle. 5.

Auaro nihil est scelestius. Eccle. 10.

Omnes in viam suã declinauerũt, vnusquisque Esa. 56.

que ad auaritiam suam à summo vsque ad nouissimum.

Ierem.6. A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student.

22 Tui vero oculi & cor ad auaritiam, & ad innocentem sanguinem fundendum, & calumniam, & ad causam mali operis.

Matt.26 Tunc abiit vnus de duodecim.

27 Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit.

1.Cor.6. Auari regnum Dei non possidebunt.

Ephes.5. Auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Vide in tit. Diuitiæ.

AVDITIO VERBI DEI.

Deut.5. DIscite ea & opere complete.

6 Ligabis ea quasi signum in manum.

31 Audientes discant & custodiant.

Deut.32. Ponite corda vestra in omnia verba mea.

Iob 12. Nónne auris verba diiudicat?

Psal.84. Audiam quid loquatur in me Deus, quoniá loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos.

Eccle.32. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.

Ierem.11. Audite verba pacti huius, & discite illa.

26 Factum est verbum Domini ad Ieremiam: Noli subtrahere verbum Dei, si fortè audiant, & auertatur vnusquisque à via sua, & pœniteat me mali, quod cogito facere eis, propter malitiam studiorum eorum.

Ezech.3. Domus Israël nolunt audire te, quia nolunt audire me.

Qui audit audiat. 3

Audiunt ſermones tuos, & non faciunt. 13

Omnis qui audit verba mea, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram. *Matt. 7.*

Qui habet aures audiendi audiat. *Matt. 13.*

Veſtri beati oculi, quia vidẽt, & aures veſtræ, quia audiunt. *Ibidem.*

Hi ſunt, qui audiunt verbum & faciunt. *Luca 8.*

Beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiũt illud. 11

Si manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis. *Ioan. 8.*

Qui audierit verba mea, & non cuſtodierit. 12

Hæc ſi ſcitis, beati eritis, ſi feceritis ea. 13

Qui habet mandata mea, & ſeruat ea. 14

Qui nõ diligit me, ſermonẽ meũ non ſeruat. *Ibidem.*

Non auditores legis iuſti ſunt, ſed factores. *Rom. 2.*

Oportet nos ſeruare, quæ audiuimus. *Hebr. 2.*

Eſtote factores verbi, & nõ auditores tantũ. *Iacob. 1.*

Beatus qui audierit verba prophetiæ huius, & fecerit. *Apoc. 1.*

Auditus malus declinandus.

Eua ſerpentẽ audiens in peccati incidit conſenſum & actum. Sed & ſerpens. *Gene. 3.*

Cunctis ſermonibus, qui dicuntur, non accommodes cor tuum, ne fortè audias ſeruum maledicentem tibi. Scit enim conſcientia, quia tu crebrò maledixiſti aliis. *Eccleſ. 7.*

Sepi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia, & feras auribus tuis. *Eccle. 28.*

Cor-

1.Cor.15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala.

Act.17. Athenienſes autem omnes & aduenæ hoſpites, ad nihil aliud vacabant, niſi aut dicere, aut audire aliquid noui.

AVERSIO A DEO PERVERSITATE HVMANA PERAGITVR.

Deut.32. DEreliquit Deum factorem ſuum, & receſſit à Deo ſalutari ſuo.

Ibidem. Deum, qui te genuit, dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui.

Ioſ.22. Quæ eſt iſta tranſgreſſio? cur reliquiſti Dominum Deum Iſraël?

Ibidem. Abſit à nobis hoc ſcelus, vt recedamus à Domino, & eius veſtigia relinquamus.

14 Abſit à nobis, vt relinquamus Dominum, & ſeruiamus diis alienis.

Ibidem. Si dimiſeritis Dominum, & ſeruieritis diis alienis, conuertet ſe, & affliget vos, atque ſubuertet.

Iud.10. Clamaſtis ad me, & erui vos de manu corũ. Et tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos.

2.Par.12 Si reliqueritis Deum, dereliquet vos.

Pſal.118 Longè à peccatoribus ſalus.

Prou.2. Reliquit ducem pubertatis ſuæ, & pacti Dei ſui oblita eſt.

15 Longè eſt Dominus ab impiis.

Sapien.1. Peruerſę enim cogitationes ſeparant à Deo.

Eccli.29. Ingratus ſenſu dereliquit liberantem ſe.

41 Væ vobis viri impij, qui dereliquiſtis legem Domini altiſſimi.

Eſa.1. Dereliquerunt Dñm, blaſphemauerunt ſan-

ctum

ctum Iſraël, abalienati ſunt retrorſum.
Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpre- *Eſai. 1.*
uerunt me.
Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & 59
Deum veſtrum, & peccata veſtra abſcon-
derunt faciem eius a vobis ne exaudiret.
Multiplicatæ ſunt enim iniquitates noſtræ *Ibidem.*
coram te, & peccata noſtra reſponderunt
nobis: quia ſcelera noſtra nobiſcum, & ini-
quitates noſtras cognouimus, peccare &
mentiri cõtra Dominum. Et auerſi ſumus
ne iremus poſt tergum Dei noſtri, vt loqua-
mur calumniam & tranſgreſſionem: conce-
pimus & locuti ſumus de corde verba mẽ-
dacij, & conuerſum eſt retrorſum iudiciũ,
& iuſtitia longè ſtetit: quia corruit in pla-
teis veritas, & æquitas non potuit ingredi.
Et facta eſt veritas in obliuionem: & qui
receſſit à malo, prædæ patuit.
Quid inuenerunt patres veſtri in me iniqui- *Ierem. 2.*
tatis, quia elongauerũt ſe à me, & ambula-
uerunt poſt vanitatem: & vani facti ſunt,
vbi eſt Dominus?
Duo enim mala fecit populus meus: Me de- *Ibidem.*
reliquerũnt fontem aquę viuæ, & foderunt
ſibi ciſternas diſſipatas quæ continere non
poſſunt aquas.
Quid vultis mecũ iudicio contendere? Om- *Ibidem.*
nes dereliquiſtis me, dicit Dominus.
Domine, omnes qui te dereliquerũt, cõfun- 17
dantur, recedentes à te in terra ſcribentur,
quoniam dereliquerunt venã aquarum vi-

viuentium Dominum.

Baruc. 3. Dereliquisti fontem sapientiæ.

Dan. 3. Peccauimus enim, & iniquè egimus reced tes à te, deliquimus in omnibus, & præc pta tua nõ audiuimus, nec obseruauim nec fecimus, sicut præceperas nobis, vt b ne nobis esset.

Osea 8. Proiecit Israël bonum, inimicus persequ tur eum.

Matt. 22. Abierunt alius in villam, alius ad negoci tionem suam.

1.*Tim.* 5. Quædam cõuersæ sunt retro post Satanam

2.*Pet.* 2. Melius erat non cognoscere viam iustiti quàm post agnitionem conuerti ab eo.

Apoc. 2. Habeo aduersum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquisti.

BAPTISMVS.

Ezech. 47 ET conuertit me ad portam domus, & ecce, aquæ egrediebantur subter limẽ domus ad orientem.

Ibidem. Et sanabuntur & viuent omnia, ad quæ venerit torrens.

Iudi. 12. Baptizabat se in fontem aquæ.

Ezech. 16 Laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te.

36 Effundam super vos aquam mundam, & mũdabimini ab omnibus iniquitatibus vestris, & ab idolis vestris mundabo vos.

47 Omnis anima viuens, quæ serpit, quocunq; venerit torrens, viuet.

Ioel. 3. Fons egredietur de domo Domini, & irrigabit torrentem spinarum.

Exit

Exit fons patens domui Dauid,& habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. *Zach.13*

Baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. *Matt. 3.*

Ego baptizo vos aqua in pœnitentiam (& infra) ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igne. *Ibidem.*

Euntes in mundum vniuersum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris,& Filij & Spiritus sancti. *Vltimo.*

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus (erit. *Marc 16.*

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus,& Iesu baptizato & orante, apertum est cælum, & descendens Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vox de cælo facta est, tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. *Lucæ 3.*

Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. *Io.3.*

Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem,&c. *Rom.6.*

Sine pœnitentia sunt dona Dei,& vocatio. *11*

Omnes in Mose baptizati sunt in nube & mari. *1.Cor.10.*

In vno Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus. *12*

Quicunque in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis. *Galat.3.*

Vna fides, vnum baptisma. *Ephes.4.*

5 Dilexit ecclesiam, (& infra) mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ.

Coloss.2. Consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis.

Tit.3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti.

Hebr.10. Abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.

Act.2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritussancti.

Act.22. Baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine ipsius.

1.Pet.3. In arca pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam.

BELLVM.

Prudenter ordinatur quoad intentionem, vt sit causa iusta.

Num.25. HOstes vos sentient Madianitæ: quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos.

1.Reg.17 Dixit autem Dauid ad Philisthæum: Tu venis ad cum gladio & hasta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituũ, cui exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea.

Eccle.4. Pro iustitia agonizare pro anima tua; & vsq; ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

Ezech.25 Pro eo quòd plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super Israël: idcirco

idcirco ego extendam manum meam super te, & tradā te in direptionem gentium.

Pro eo quod fecit Idumæa vltionē, vt se vindicaret de filiis Iuda, peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis, extendam manum meam super Idumæam. *Ibidem.*

Quòd ad prosecutionem in Deum sit fiducia.

Moises autem & Aaron & Hur ascenderunt super verticem collis. Cumq; leuaret Moses manus, vincebat Israel. *Exod. 17.*

Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes, qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. *Num. 10.*

Si exieris ad bellum cōtra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorē quam tui exercitus multitudinem, non timebis eos, quia Dominus Deus tecum est. *Deut. 20.*

Filij Ruben, Gad & dimidiæ tribus Manasse habentes fiduciam in Domino vicerunt inimicos. *1. Par. 5*

Et conuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, & locutus ad cor eorum, dicens: Viriliter agite & confortamini, nolite timere, nec paueatis Regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem, quæ est cum eo. Multo enim plures nobiscū sunt, quàm cū illo. Cum illo enim est brachiū carneum, nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. *2. Par. 32*

Facile est (ait Iudas) concludi multos in ma- *1. Mac. 3.*

nu paucorum, & non est differentia in conspectu Dei cęli liberare in multis & in paucis: quoniam non in multitudine belli, sed de cælo fortitudo est.

Bellum fiat cum consilio & sapientia.

Deut.20 Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem.

Ibidem. Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circundederis, vt expugnes eam, non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus debes per circuitum vastare regionem, quoniã lignum est, & non homo, nec potes bellantium contra te augere numerum.

Prou.21. Gubernaculis tractanda sunt bella.

24 Vir sapiens & fortis est, & vir doctus, robustus & validus; quia cũ dispositione vnitur bellũ: & erit salus vbi multa consilia sunt.

Eccle.9. Hanc sub sole vidi sapientiam & probaui maximam. Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam, extraxitque munitiones per gyrũ, & perfecta est obsidio. Inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam: & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine.

Ibidem. Melior est sapientia quàm arma bellica.

Luc.3. Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris.

Bellum vtiliter vitatur.

Quando

Quãdo egressus fueris aduersus hostes tuos *Deut.* 23
in pugnam, custodies te ab omni re mala.
Varius euentus est belli, & nunc hunc, & nũc *2. Reg.* 11.
illum consumit gladius.
Non litiges cum homine potente, ne fortè *Eccles.* 8.
incidas in manus illius.
Abstine te à lite, & minues peccata. 28
Esto consentiens aduersario tuo citò, dum es *Matth.* 5.
in via cum eo.

Bellum frequenter oritur ex diuina offensione, sic Dominus transgressoribus legis hostilem minatur persecutionem.

Si nõ audieritis me, nec feceritis omnia mã- *Leu.* 26.
data mea, &c. ponam faciem meam contra
vos, & corruetis coram hostibus vestris, &
subiiciemini his, qui oderunt vos.
O mucro Domini vsquequo nõ requiesces? *Iere.* 47.
ingredere in vaginam tuam, refrigerare &
sile. Quomodo quiescet, cùm Dominus
præceperit ei?
Fugite, saluate animas vestras, & eritis quasi 48
myricæ in deserto. Pro eo quod habuisti fi-
duciam in munitionibus tuis, & in thesau-
ris tuis, tu quoque capieris.
Cessabit Moab esse populus, quoniam con *Ibidem.*
tra Dominum gloriatus est.
Quid gloriaris in vallibus? Ecce ego indu- 49
cam super te terrorem, ait Dominus.
Arrogantia tua decepit te. *Ibidem.*
Cùm exaltaueris quasi aquila nidum tuum, *Ibidem.*
inde detraham te, dicit Dominus.

BENEDICTIO DEI IN IVSTOS SINGVLARITER.

Gen.22. PEr memetipſum iuraui, dicit Dominus, quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito, benedicam tibi.

26 Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ, eò quòd obedierit Abraham voci meæ: & cuſtodierit præcepta mea, & cæremonias, legesque ſeruauerit.

Ibidem. Benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum propter ſeruum meum Abraham.

Pſal.5. Quoniam tu benedices iuſto.

23 Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam. Hic accipiet benedictionem à Domino.

Prou 10 Benedictio Domini ſuper caput iuſti: os autem impiorum operit iniquitas.

Eccli.32. Qui vigilauerint ad illum, inueniēt benedictionem.

Iuſtos in finali benedicet iudicio

Matt.25. Tunc dicet Rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnū à conſtitutione mundi.

Galat.3. Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham.

In ſingulos vtiliter.

Prou.3. Habitacula iuſtorum benedicentur.

Eccle.11. Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat.

39 Benedictio illius quaſi fluuius inundabit.

Epheſ.1. Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit vos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto.

Benedicere debet homo Deum cordialiter.

Et nunc in omni corde, & ore collaudate & benedicite nomen Domini. *Eccli. 39.*

Benedic anima mea Domino,& omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius. *Psal. 102*

Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Humiliter.

Benedicite Deum cæli,& corã omnibus viuentibus,quia fecit nobiscum misericordiã. *Tob. 12.*

Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum. *Iob 1.*

Benedicta gloria domini de loco sancto suo. *Ezech. 3.*

Perseueranter.

Omni tempore benedic Domino. *Tob. 4.*

Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. *Psal. 33.*

Benedicentes Dominum exaltate illũ quantum potestis; maior est enim omni laude. *Eccli 43.*

Exaltantes illum replebimini virtute. Qui videbit eũ & narrabit,& magnificabit eum sicut est ab initio.

Benedicere debet homo homini cordialiter.

Sic benedicetis filiis Israël,& dicetis eis: Benedicat tibi Dominus & custodiat te. Ostẽdat Dominus faciẽ suã tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultũ suũ ad te,& det tibi pacẽ. Inuocabuntq; nomen meum super filios Israël & ego benedicam eis. *Num. 6.*

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. *Psal. 71.*

In quo qui benedictus est super terram, be- *Esai. 65.*

nedicetur in Deo. Amen.

Hebr.7. Sine vlla contradictione, quod minus est, à maiore benedicitur.

Vtiliter, non enim paruæ est virtutis benedictio bonorum.

Num.23 Ad benedicendum adductus benedictionem prohibere non valeo.

24 Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus.

Eccles.3. Benedictio Patris firmat domos filiorum.

Virtualiter, quia ob opera virtuosa.

Gene.14. Sic Melchisedech Abrahæ benedixit reuertenti de cęde Chodorlahomor, & Regũ qui cum eo erant. *Iud.4.* Sic Iahal interficiens Sisaram. Sic Abigail dulcedine eloquij placans Dauidis iram.

1.Reg.25. Benedictus Dominus Deus Israël, qui misit te hodie in occursum meum, benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & vlciscerer me manu mea.

Iud.13. Sic Iudith castissima ob maximam (in amputando caput principis exercitus Nabuchodonosor) virtutem.

Vniuersi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam: Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porrò Ozias princeps populi Israël, dixit ad eam: Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram. Et postea vniuersi presbyteri omnes vna voce dicentes:

15 Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israël, &c.

Sic

Sic Virgo Maria ob fidei munditiam. Exclamauit voce magna Elizabeth, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. *Luc. 1.*

Benedicere debet creatura decenter.

Quæ postquam Moses cuncta vidit completa, benedixit eis. *Exod 39.*

Quia omnis creatura Dei bona est, sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. *1. Tim. 4.*

BLASPHEMIA CONTRA DEVM.

NOn assumes nomen Dñi Dei tui in vanũ (quãto minus ad blasphemandũ?) *Exod. 20.*

Educ blasphemũ extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus super caput eius: & lapidet eum omnis populus. *Leuit. 24.*

Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. *Ibidem.*

Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? *2. Re. 2.*

Veruntamẽ quoniã blasphemare fecisti inimicos nomẽ Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur. *2. Reg. 12*

Quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus eorum, & non est Deus vallium, dabo omnem multitudinem grandem hanc in manu tua: *3. Reg 20*

Cui exprobrasti & quẽ blasphemasti? Contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in *4. Reg. 19*

excelsum oculos tuos? Cōtra sanctū Israël.

Ibidem. Factum est igitur in nocte illa, venit angelus Domini, & percussit de castris Assyriorum centum octogintaquinque milia.

Iob 15. Docuit iniquitas tua os tuū, & imitaris linguam blasphemantium, condemnabit te os tuum, & non ego.

34 Ne desinas ab homine iniquitatis, qui addit super peccata sua blasphemiam.

Psal. 68. Opprobria exprobrantium tibi (pater) ceciderunt super me.

61 Quousque irruitis in hominem (Christum) blasphemando?

68 Super dolorem vulnerum meorū addiderūt

Eccli. 23. Vir multum iurans replebitur multa iniquitate, & non discedet à domo illius plaga.

Esai. 8. Omnia quæ loquitur populus iste, coniuratio est (vt videtur.)

Ierem. 15 Omnes maledicunt mihi, dicit Dominus.

52 Iugiter nomē meum tota die blasphematur.

12 Facta est mihi hæreditas mea quasi Leo in sylua, dedit cōtra me vocē, ideo odiui eam.

18 Nūquid redditur pro bono (incarnationis & passionis) malum?

Ezech. 35 Insurrexistis super me ore vestro, & derogastis aduersum me.

Zach. 5. Omnis fur sicut scriptum est, iudicabitur, & omnis iurans similiter iudicabitur.

Malac. 3. Si affliget homo Deū, quia vos cōfigitis me?

Matt. 12 Ideo dico vobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittitur; Et quicunque dixerit

dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

Amen dico vobis, quoniam omnia remittētur filiis hominum peccata & blasphemiæ, quibus blasphemauerunt. At qui blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum. *Marc. 3.*

Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur ei: ei verò qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. *Luc. 12.*

Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes. *Rom. 2.*

Ideo notum vobis facio, quòd nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. *1. Cor. 12.*

Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiā, turpem sermonem de ore vestro. *Coloss. 3.*

Rursus crucifigentes filium Dei, & ostentui habentes. *Hebr. 6.*

Sit sermo vester, est, est, non, non: (non per Dominum aut alia membra sua.) *Iacob. 5.*

Cum Michaël archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Mosi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit, imperet tibi Deus. *Iud. 1.*

Aperuit os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos, qui in cælo habitant. *Apoc. 13.*

Blasphemauerūt Deū cæli præ vulneribus & doloribus suis, & non egerunt pœnitētiam. *Ibidem.*

D 2

De brevitate huius vitae.

Prou.27. NE glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies.

Eccleſ.3. Tempus naſcendi, & tempus moriendi.

Eccle.9. Nemo eſt qui ſemper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam.

Iacob.4. Quæ eſt vita noſtra? Vapor eſt ad modicum parens.

2.Cor.4. Id enim quod in præſenti eſt, momentaneũ eſt.

Caecitas mentis peccato cavsatvr.

Deut.29. NOn dedit vobis cor intelligens, & oculos videntes, & aures, quæ poſſent audire vſque in præſentem diem.

Sapien.2. Excæcauit illos malitia eorum.

Eſai.6. Audite audientes & nolite intelligere, & videte viſionẽ, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne fortè videat oculis ſuis, auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & conuertatur, & ſanem eum.

29 Obſtupeſcite & admiramini, fluctuate & vacillate, inebriamini, & nõ à vino, mouemini, & non in ebrietate: quoniã miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis. Claudet oculos veſtros; prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet.

Ibidem. Et erit vobis viſio omnium, ſicut verba libri ſignati, quem cùm dederint ſcienti literas, dicent, lege iſtum, & reſpondebit, non poſſum,

sum, signatus est enim. Eò quòd appropinquat populus iste ore suo: & labiis suis glorificat me: cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur.

Et quærent visionem à propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. *Ezech. 7.*

Fili hominis in medio domus exasperãtis tu 12
habitas, qui oculos habent ad videndum, & non vident, & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est.

Et ambulabunt vt cæci, quod Domino peccauerunt. *Soph. 1.*

Hoc est iudicium, quia lux venit in mundũ, *Ioan. 3.*
& dilexerunt homines magis tenebras quã lucem: Erant enim eorum opera mala.

In iudicium in hũc mundũ ego veni, vt qui 9
nõ vident, videant, & qui vident, cæci fiãt.

Propterea non poterãt credere, quia iterum 12
dixit Esaias: Excæcauit opera eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde.

Quia cùm cognouissent Deũ, nõ sicut Deũ *Rom. 1.*
glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

Quid ergo? Quod quærebat Israël, hoc non 11
est

est consecutus, electio autẽ cõsecuta est, c[...]
teri verò excæcati sunt, sicut scriptum e[...]
Dedit illis Deus spiritum compunction[...]
oculos vt non videant, & aures vt non au[...]
diant vsque in hodiernum diem. Et Dau[...]
dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in la[...]
queum, & in captionem & in scandalum[...]
& in retributionem illis. Obscurentur ocu[...]
li eorum ne videant.

Peccatis implicatur.

Sapien.5 Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lume[...] non luxit nobis, & sol intelligentiæ non e[...] ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitat[...] & perditionis, & ambulauimus vias diffic[...] les: viam autem Domini ignorauimus.

Eccle.11. Error & tenebræ peccatoribus cõcreata sunt qui autem exultant in malis, consenescun[...] in malo.

Esai.59. Expectauimus lucem, & ecce tenebræ: sp[...] dorẽ, & in tenebris ambulauimus. Palpaui[...] mus sicut cæci parietẽ, & quasi absq; ocul[...] attrectauimus. Impegimus meridie qua[...] in tenebris, in caliginosis quasi mortui.

Matt.15. Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum: Cæ[...] cus autem si cæco ducatum præstet, amb[...] in foueam cadunt.

Marc.3. Et circunspiciens eos in ira contristatur su[...] per cæcitate cordis eorum.

Luc.19. Et vt appropinquauit, videns ciuitatẽ fleu[...] super illam, dicens: Si cognouisses & tu, [...] quidem in hac die tua, quæ ad pacem ti[...] nunc autẽ abscondita sunt ab oculis tuis.

Et audierũt quidam Phariſæorũ, qui cũ ipſo erant,& dixerunt ei: Nunquid & nos cæci ſumus? dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis, nõ haberetis peccatum: nũc verò dicitis quia videmus; peccatum ergo veſtrum manet. *Ioan.9.*

Hoc igitur dico, & teſtificor in Domino, vt iam nõ ambuletis, ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habẽtes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis ipſorum, qui deſperãtes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. *Ephe*ſ*.4.*

Gratia illuminatur.

Et dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo tenebrarum ſedentes in tenebris. *Eſa.42.*

Et educam cæcos in viam, quam neſciunt, & in ſemitis, quas ignorauerũt, ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta. *Ibidem.*

Educ foras populum cæcum, & oculos habet: ſurdum, & aures ei ſunt. 43

Quis ambulauit in tenebris, & nõ eſt lumen ei? ſperet in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum. 50

Si abſtuleris de medio tui catenã, & deſieris extẽdere digitũ, & loqui quod non prodeſt. Cũ effuderis eſurienti animã tuam, & animam afflictã repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erũt ſicut meridies. 58

Surge,

60 Surge, illuminare Ierusalē: quia venit lumen tuum: & gloria Domini super te orta est.

Psal. 17. Quoniam tu illuminas lucernam meā Domine.

18 Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

26 Dominus illuminatio mea, & salus mea.

33 Accedite ad eum, & illuminabimini.

Ioan. 1. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

8 Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris sed habebit lumē vitæ.

Multum vituperatur.

Esai. 42. Surdi audite, & cæci intuemini ad vidēdum.

Ibidem. Quis cæcus nisi seru⁹ meus, & surdus nisi ad quem nūtios misi? Quis cæcus nisi qui venundatus est, & quis cæcus nisi seruus Domini? Qui vides multa, nónne custodies? Qui apertas habes aures, nónne audies?

Ierem. 5. Audi popule stulte, qui nō habes cor, qui habentes oculos, non videtis, & aures, & non auditis.

Marc. 8. Adhuc obcæcatum habetis cor vestrum? oculos habentes non videtis; & aures habentes, non auditis, & non meministis.

Cæcitas naturalis pœnosa.

Tob. 5. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?

Ipsius illuminatio miraculosa per angelum.

Tob. 6. Et fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.

11 Tunc sumens Tobias de felle piscis liniuit

oculos

oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimidiã ferè horam, & cœpit albugo ex oculis eius quasi in membrana oui egredi. Quam apprehendẽs Tobias traxit ab eius oculis, statimque visum recepit.

Per Christum.

Et trãseunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci clamantes & dicentes: Miserere nostri fili Dauid. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. *Mat.9.*

Et egredientibus illis ab Hiericho: Et ecce duo cæci clamauerunt, dicentes: Miserere nostri fili Dauid. 20

Et veniunt Bethsaidam, & adducũt ei cæcũ. *Marc.8.*

Et præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate. *Ioan.9.*

CALIX PASSIONIS IMITANDVS.

ELeuare, eleuare, consurge Ierusalem, quę bibisti de manu Domini calicẽ iræ eius, vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. *Esai.51.*

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Calicem quidem meum bibetis. *Matt.20*

Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. 26

Calicem quem dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum? *Ioan.18.*

Punitionis declinandus.

Ecce tuli de manu eius calicem soporis, & ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt. *Esa.51.*

Ierem. 51 Calix aureus Babylon in manu domini inebrians omnem terrã: De vino eius biberunt omnes gentes, & ideo commotæ sunt.

25 Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te: bibent, & turbabuntur & insanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos.

49 Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes.

Apoc. 14. Si quis adorauerit bestiam & imaginẽ eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino iræ Dei quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulfure.

16 Et Babylon venit in memoriã ante Deũ: dare illi calicem vini indignationis, iræ illius.

18 In poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplum.

CALVMNIA.

Gene. 43. INtroducti sumus, vt deuoluat in nos calumniam, violenter subiiciat seruituti.

Leuit. 19 Non facias calumniam proximo tuo.

Deut. 28. Omni tempore calumniam sustineas, ne habeas qui liberet te.

1. Reg. 12. Si quempiã calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu munus accepi, & contemnã illud hodie, restituamq; vobis.

Psal. 118. Feci iudicium & iustitiam, nõ tradas me calumniantibus me.

Dux

Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam. *Prou.28.*

Vidi calumnias, quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem. *Eccle.4.*

Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiã in prouinciam, non mireris. *Ibidem 5.*

A tribus timuit cor meũ, & à quarto facies mea metuit, delaturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mẽdacem. *Eccli.26.*

Qui proiicit calumniam & auaritiam ex calumnia, in excelsis habitabit. *Esai.33.*

Recede procul à calumnia. 54

Hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. *Ierem.6.*

Aduenæ & pupillo & viduæ nõ feceritis calumniam, & habitabo vobiscum. 7

Eruite vi oppressum de manu calumniãtis. 21

Quia calũniatus est, & vim fecit fratri suo, ecce mortuus est in iniquitate sua. *Ezech.18*

Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter, egenum & pauperem afflixerunt, & opprimebant calumnia absque iudicio. 22

Congregamini super mõtes Samariæ, & videre insanias multas in medio eius, & calumniam patientes in penetralibus eius. *Amos 3.*

Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quę estis in monte Samariæ, qui calumniam facitis egenis. 4

Viduam & pupillum & aduenam & paupe- *Zach.7.*

rem nolite calumniari.

Mala.3. Accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maledicis, adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij.

Mich.2. Eos, qui tranſibant ſimpliciter, conuertiſtis in bellum.

Lucæ 3. Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris.

1.Cor.6. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? ſed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus.

CAPVT CHRISTI.

1.Cor.11. CApūt Chriſti Deus.

Caput Eccleſiæ.

Ephes.1. Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius.

5 Chriſtus caput eſt Eccleſiæ.

Coloſſ.1. Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ.

Caput viri.

1.Cor.11 Volo vos ſcire: quoniam omnis viri caput Chriſtus eſt.

Caput mulieris.

Ibidem. Caput mulieris vir.

Ephes.5. Vir caput eſt mulieris.

CARO PRO NECESSITATE CVRANDA.

Rom.8. FRatres, debitores ſumus, non carni vt ſecundum carnem viuamus.

13 Carnis curam ne feceritis in deſideriis.

1.Cor.15. Caro & ſanguis regnū Dei non poſſidebūt.

2.Cor.7. Chariſſimi mūdemus nos ab omni inquinamēto carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificatio-

ficationem in timore spiritus.

In carne ambulantes, nō secundum carnem militamus. 2.Cor.10

A voluptate refrenanda, quia bonum impedit.

Qui in carne sunt, Deo placere non possunt: vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Rom. 8.

Cùm sit inter vos zelus, & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? 1.Cor.3.

Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunq; vultis illa faciatis. Galat.5.

Charissimi obsecro vos, tāquam aduenas, abstinete vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. 1.Pet.2.

Caro spiritum interimit.

Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est. Gene.6.

Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Rom.8.

Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Ibidem.

Dico in Christo, spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Galat. 5.

Manifesta sunt opera carnis, quę sūt fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, conten- Ibidem.

tiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectę, inuidię, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.
6 Nolite errare, Deus nō irridetur. Quę enim seminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem.

Carnis maceratio.

Leuit.2. In omni oblatione offeres sal.

Num.22 Nónne animal tuum sum, cui semper insidere consueuisti vsque in præsentem diem?

Iudi.5. Qui ascenditis super nitētes asinos, & sedetis in iudicio, & ambulatis in via, loquimini.

Iob 33. Consumpta est caro eius à suppliciis, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ (quasi renouata.)

Eccle.33. Cibaria & virga, & onus asino, panis & disciplina, & opus seruo.

Ierem 50 Vltionem accipite de ea, sicut fecit, facite ei.

Abdia. Sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam conuertam in caput tuum.

Dan.10. Ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua.

Nahum 3 Intra in lutum & calca, subigens tene laterē.

Abac.3. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: vt requiescam in die tribulationis.

Zach.13. Homo agricola ego sum (proprij corporis) quo-

quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea.
Vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt non vltra seruiamus peccato. *Rom.6.*
Obsecro vos per misericordiam Dei fratres, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. *Rom 12.*
Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *1.Cor.9.*
Semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. *2.Cor.4.*
Christo confixus sum cruci, viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus. *Galat.2.*
Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. *5*
De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini nostri Iesu in corpore meo porto. *Item vlt.*
Configuratus sum morti Christi, si quo modo occurram ad resurrectionem, quę est ex mortuis. *Phil.3.*
Adimpleo, quæ desunt passionum Christi in corpore meo pro corpore eius, quod est Ecclesia, cuius factus sum ego minister. *Colos.1.*
Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram. *3*
Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret *1.Pet.3.*

Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.

Ibid.4. Chriſto igitur in carne paſſo, & vos eadẽ cogitatione armamini: qui enim paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis, vt iam non hominum deſideriis, ſed voluntati Dei, quod reliquum eſt in carne viuat temporis.

Apoc.18. Reddite illi ſicut illa reddidit vobis (ſcilicet caro) & duplicate duplicia ſecundum opera eius. In poculo quo miſcuit vobis, miſcete illi duplum. Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormẽtum & luctum.

Carnalis affectus.

1.Reg.2. Quare magis honoraſti filios tuos quã me?

2.Reg.12. Propter infantem, cùm adhuc viueret, ieiunaui & fleui; nũc autem, quia mortuus eſt, quare ieiuno?

2.Reg.3. Commota ſunt viſcera ſua ſuper filio ſuo.

2.Mac.7. Pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat, propter ſpem, quam in Deum habebat.

2.Mac.15 Erat pro vxoribus & filiis, itemq́ue pro fratribus, & cognatis minor ſolicitudo; maximus verò, & primus pro ſanctitate timor erat templi.

Matth.5. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eũ, & proiice abs te.

Mat.10. Qui amat patrem & matrẽ pluſquàm me, non eſt me dignus.

Luc.2. Requirebant eum (ſcilicet Ieſum) inter cognatos & notos, & non inuenerunt.

Nos

Nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. 2.Cor.5.

Continuò non acquieui carni & sanguini. Galat.1.

CASTITAS.

ABraham nonaginta nouem annorũ erat quando circũcidit carnem prępputij sui. Gene.17.

Circuncidit carnem præputij eorum statim in ipso die. Ibidem.

Qui nequaquã acquiescens nefario operi, dixit ad eam (scilicet Ioseph dominæ suæ) quomodo possum hoc malũ facere & peccare in dominum meum? 39

Gad accinctus præliabitur, & ipse accingetur retrorsum. 40

Notandum quòd Dominus voluit occidere Moysen: sed tulit illico Sephora acutissimam petram, & circuncidit præputium filii sui. Exod.4.

Renes vestros accingetis. 12

Ponat vir gladium super femur suum. 32

Iam senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. Ruth 1.

Elias accinctis lumbis currebat ante Achab (frater patris.) 3.Reg.18

Accinge lumbos tuos. 4.Reg 4.

Confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaueris, & post virum tuũ alterũ nescieris, ideo eris benedicta in æternum. Iud.15.

Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Iob 31.

Accinge sicut vir lumbos tuos. Iob 38.

Tu possedisti renes meos. Psal.138.

Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.

Ibid.4. Chriſto igitur in carne paſſo, & vos eadẽ cogitatione armamini: qui enim paſſus eſt in carne, deſiit à peccatis, vt iam non hominum deſideriis, ſed voluntati Dei, quod reliquum eſt in carne viuat temporis.

Apoc.18. Reddite illi ſicut illa reddidit vobis (ſcilicet caro) & duplicate duplicia ſecundum opera eius. In poculo quo miſcuit vobis, miſcete illi duplum. Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit, tantum date illi tormẽtum & luctum.

Carnalis affectus.

1.Reg.2. Quare magis honoraſti filios tuos quã me?

2.Reg.12. Propter infantem, cùm adhuc viueret, ieiunaui & fleui; nũc autem, quia mortuus eſt, quare ieiuno?

2.Reg.3. Commota ſunt viſcera ſua ſuper filio ſuo.

2.Mac.7. Pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat, propter ſpem, quam in Deum habebat.

2.Mac.15 Erat pro vxoribus & filiis, itemque pro fratribus, & cognatis minor ſolicitudo; maximus verò, & primus pro ſanctitate timor erat templi.

Matth.5. Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue cũ, & proiice abs te.

Mat.10. Qui amat patrem & matrẽ pluſquàm me, non eſt me dignus.

Luc.2. Requirebant eum (ſcilicet Ieſum) inter cognatos & notos, & non inuenerunt.

Nos

Nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem. 2.Cor.5.

Continuò non acquieui carni & sanguini. Galat.1.

CASTITAS.

Abraham nonagintanouem annorũ erat quando circũcidit carnem pręputij sui. Gene.17.

Circuncidit carnem præputij eorum statim in ipso die. Ibidem.

Qui nequaquã acquiescens nefario operi, dixit ad eam (scilicet Ioseph dominæ suæ) quomodo possum hoc malũ facere & peccare in dominum meum? 39

Gad accinctus præliabitur, & ipse accingetur retrorsum. 40

Notandum quòd Dominus voluit occidere Moysen: sed tulit illico Sephora acutissimam petram, & circuncidit præputium filii sui. Exod.4.

Renes vestros accingetis. 12

Ponat vir gladium super femur suum. 32

Iam senectute confecta sum, nec apta vinculo coniugali. Ruth 1.

Elias accinctis lumbis currebat ante Achab (frater patris.) 3.Reg.18

Accinge lumbos tuos. 4.Reg 4.

Confortatum est cor tuum, eò quòd castitatem amaueris,& post virum tuũ alterũ nescieris, ideo eris benedicta in æternum. Iud.15.

Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Iob 31.

Accinge sicut vir lumbos tuos. Iob 38.

Tu possedisti renes meos. Psal.138.

Prou.31. Accinxit fortitudine lumbos suos.

Eccli.25. Ne respicias in mulieris speciem, & ne concupiscas mulierem à specie.

Sap.3. Quoniam felix est sterilis, & incoinquinata quæ nesciuit thorū in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum.

4 O quam pulchra est casta generatio cum charitate: immortalis est enim gloria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines.

Sap.8. Sciui quoniam non possum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia summa.

Eccli.26. Omnis autem ponderatio non est digna cō- tinentis animæ.

Esai.5. Non soluetur cingulum renum eius.

Dan.10. Ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo.

13 Melius est mihi incidere absq; opere in manus hominum, quàm peccare in conspectu Domini.

Osea 3. Non fornicaberis, & nō eris cum viro, & ego expectabo te.

Nahum 2 Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde.

Matt.19 Sunt eunuchi qui castrauerunt seipsos propter regnum cælorum.

Luc.12. Sint lumbi vestri præcincti.

1.Cor.7. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini sunt.

Ibidem. Volo autē oēs homines esse, sicut meipsum.

Dico

Dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis, si sic permanserint, sicut & ego. *Ibidem.*

Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. *Ibidem.*

Fructus spiritus est charitas, continentia, castitas. *Galat. 5.*

Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet. *Ephes. 5.*

State succincti lumbos vestros in veritate. *Ephes. 6.*

Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore. *1. Thes. 4.*

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. *1. Tit. 5.*

Teipsum castum custodi. *Ibidem.*

Succincti lūbos mentis vestræ, sobrij & perfecti sperate in eam, quæ vobis offertur, gratiam, & in reuelatione Iesu Christi. *1. Pet. 1.*

Vidi præcinctum ad mamillas zona aurea. *Apoc. 1.*

Exierunt septem angeli præcincti circa pectora zonis aureis. 15

Hi sunt, qui cum mulieribus nō sunt coinquinati: virgines enim sunt, hi sequuntur agnum quocunque ierit. 14

CHARITAS.

Videbātur illi dies pauci, præ amoris magnitudine. *Gene. 29.*

Ignis semper ardebit in altari, quem nutriet sacerdos, vt non extinguatur, subiiciens manè ligna per singulos dies. *Leuit. 6.*

Offe-

23 Offeretis sacrificiũ in igne Domino septem diebus.

Iud. 5. Qui diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilent.

3. Reg. 6. Nihil erat in tẽplo, quod nõ auro tegeretur.

Prou 10 Vniuersa delicta operit charitas.

14 Qui despicit proximum, peccat.

Cant. 2. Ordinauit in me charitatem.

8 Fortis est, vt mors, dilectio: dura sicut infernus æmulatio.

Ibidem. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam.

Eccli. 22. In tempore tribulationis permane fidelis, vt in hæreditate illius cohæres sis.

Eccli. 41. Ne auertas faciem tuam à proximo tuo.

Esai. 31. Cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem.

47 Non sunt prunæ, quibus calefiant, nec focus, vt sedeant ad eum.

Matt. 22. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ.

24 Quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

Marc. 12 Bene magister cũ veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum, vt diligatur Deus ex toto corde.

Ibidem. Diligere proximum tanquam se, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis.

Ioan. 15. Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

Ibidem. Qui manet in me (per charitatem) & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me

nihil

nihil poteſtis facere.

Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. *Rom. 5.*

Charitate fraternitatis inuicem diligentes. *Rom. 12.*

Neceſſitatibus ſanctorum communicantes, per charitatem ſeruite inuicem. *Ibidem.*

Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, nõ quærit, quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, nõ gaudet ſuper iniquitate: congaudet autem veritati; omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. *1. Cor. 13*

Si linguis hominum loquar & angelorum; charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans. Et ſi habuero omnẽ fidem, ita vt montes trãsferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum: & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, nihil mihi prodeſt. *Ibidem.*

Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodeſt. *Ibidem.*

Charitas nunquam excidit. *Ibidem.*

Nunc autem manẽt fides, ſpes, charitas, tria hæc: maior autem horum eſt charitas. *Ibidem.*

Sectamini charitatẽ, æmulamini ſpiritualia. *14*

Omnia opera veſtra in charitate fiant. *16*

Fructus ſpiritus eſt charitas. *Galat. 5.*

Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. *6*

Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, *Ibidem.*

licto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.

1. Thes. 5. Suscipite infirmos, patiẽtes estote ad omnes.

Ephes. 3. In charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum, &c.

4 In charitate crescamus, in illo per omnia.

5 Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos.

Phil. 1. Oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet.

Colos. 3. Super omnia autẽ charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

1. Tim. 1. Finis autẽ præcepti est charitas, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta.

Hebr. 10. Consideremus inuicẽ in prouocationẽ charitatis, & bonorum operum.

13 Charitas fraternitatis, maneat in vobis.

1. Pet. 4. Ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.

1. Ioan. 4 Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Ibidem. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animam ponere.

Ibidem. Diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est.

Ibidem. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet.

Hæc

Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus.

Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. *2. Ioan. 6.*

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum, vt locuples fias. *Apo. 3.*

CHOREAE.

EGressa est Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius: Quam cum vidisset Sichem filius Emor, adamauit eam, & rapuit, dormiuitque cum illa, vi opprimens virginem. *Gene. 34.*

Qui polluerit sabbatum meum (quod faciunt tales tunc maximè ducentes choreas) morte morietur. *Exod. 31.*

Vt vidit Moses choros, iratus est valde, proiecit tabulas & confregit eas. *32*

Rapuerunt ex his, quæ ducebant choros, vxores singulas. *Iud. vlt.*

Surgant pueri & ludãt coram nobis (sed interfecti sunt.) *2. Reg. 2.*

Nunquam cum ludentibus miscui me (dicit Sara) neque cum his, qui in leuitate ambulant, participem me præbui. *Tob. 3.*

Ab omni via mala prohibui pedes meos. *Psal. 118*

Obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. *Iob. 13.*

Auerte pedem tuum à malo; vias enim, quæ à dextris sunt, nouit Dominus, peruersæ verò sunt quæ à sinistris sunt. *Prou. 4.*

Pedes eius descendunt in mortem, sæpe & *5*

ad

ad inferos gressus illius penetrant, per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gress. illius & inuestigabiles.

Eccle.2. Feci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominum, & vidi in omnibus vanitatem.

Eccli.9. Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius.

21 Stupa collecta, quæ facillimè accenditur synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis.

Esai.1. Sabbatum & alias solennitates non feram: iniqui sunt cœtus vestri.

Ibid.3. Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & pedibus suis cõposito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem filiarum Siõ, & Dominus crinem earum nudabit.

Ierem.15 Non sedi in consilio ludentium.

Ibidem. Solus sedebam, quoniam comminatione replesti me.

Ezech.22 Sanctuaria mea spreuistis (ecclesias & cœmeteria ibi ducẽdo choreas) & sabbata mea polluistis.

25 Pro eo quòd plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu; idcirco extendam manum meam super te, & interficiam te.

32 Cane carmen lugubre super multitudinem Aegypti.

Matt.14. Propter saltatricem occisus est Ioannes.

Ligatis

Ligatis manibus & pedibus (quibus plausit) mittite eum in tenebras exteriores. 22

Ingressus Angelus ad Mariam (domi residentem.) *Luc. 1.*

Similitudines locustarum, similes equis paratis ad prælium, & aculei erant in caudis earum, potestas earum nocere hominibus mensibus quinque. *Apoc. 9.*

CHRISTIANI FALSI.

Non assumes nomen Dei tui in vanum. *Exod. 20.*

Non pollues nomen Dei tui. *Leuit. 19.*

Non polluatis nomen sanctum meum. 22

Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. *Esa. 4.*

Domine nónne bonum semen (fidei) seminasti in agro tuo, vnde ergo habet zizania (peruersorum operum, & hæresim.) *Mat. 13.*

Qui negauerit me coram hominibus, denegabo & ego eum coram patre meo. 10

Confitentur se nosse Deũ: factis autẽ negãt. *Tit. 1.*

Tu credis quia vnus est Deus. Bene facis, & dæmones credunt, & contremiscunt (in hoc te minus mali sunt, quia tu non times, & illi contremiscunt.) *Iac. 2.*

Ministrate in fide vestra virtutẽ, in virtute verò scientiam, in scientia verò temperantiam, in temperantia verò patientiam, rursum in patientia, pietatem, in pietate autem fraternam charitatem, in fraterna verò charitate, dilectionem. *2. Pet. 1.*

In hoc scimus, quoniã cognouimus eũ (per fidẽ) si mandata eius obseruamus, qui dicit *1. Ioan. 2.*

se nosse Deum,& mandata eius non custo
dit,mendax est.

CIBVS ET POTVS DANDVS.

Gene.1. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram,& vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementē generis sui,vt sint vobis in escam.

9 Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt:& omne, quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum.

3.Reg.17. Mihi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem.

Neh.8. Mittite partes eis, qui non præparauerunt sibi.

Tob.1. Diuidebat vnicuique prout poterat.

2 Vade & adduc aliquos de tribu nostra timētes Deum,vt epulentur nobiscum.

4 Panem tuum cum esurientibus comede.

Iob 20. Non remansit de cibo eius.

22 Aquam lasso non dedisti,& esurienti subtraxisti panem.

31 Si comedi buccellam meam solus,& non comedit pupillus ex ea.

Psal.103. Et panis cor hominis confirmet.

Prou.25 Si esurierit inimicus tuus,ciba illum.

Eccle.4. Animam esurientem ne despexeris.

9 Viri iusti sint tibi conuiuæ.

31 Splendidū in panibus benedicent labia multorum, & testimoniū veritatis illius fidele.

Esai.21. Occurrentes sitienti ferte aquam.

28 Hæc est requies mea, reficite lassum.

58 Frange esurienti panem tuum.

Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret. *Thren.4.*

Si panem esurienti dederit, vita viuet. *Ezech.18*

Qui autem potum dederit vni ex minimis meis aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. *Matt.10.*

Esuriui, & non dedistis mihi manducare. 25

Qui habet escas, det non habenti. *Luc.3.*

Cũ fa. is conuiuiũ, voca pauperes & debiles. 14

Pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc. *Ibidem.*

Vos estis qui permãsistis mecũ in tẽtationibus, & ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. 22

Operamini nõ cibum qui perit: sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dedit vobis. *Ioan.6.*

Accepit ergo Iesus panes, & cũ gratias egisset, distribuit discumbentibus. *Ibidem.*

Vbi manducauerãt panẽ gratias agẽtes Deo. *Ibidem.*

Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent. *1.Cor.11.*

Cibi delectus ob præceptum & scandalum habendus.

Scio & cõfido in Dño Iesu, quia nihil cõmune per ipsum, nisi ei, qui existimat quid cõmune esse, illi cõmune est. Si enim propter cibũ frater tuus contristatur, iã non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus *Rom.14.*

 est;

eſt: non ergo blaſphemetur bonũ noſtrum
Nõ enim regnũ Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto.

Ibidem. Omnia quidem ſunt munda, ſed malum eſt homini qui per offendiculum manducat.

1.Cor.6. Omnia mihi licent, ſed nõ omnia expediũt: Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.

Tit.1. Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundũ, ſed inquinatæ ſunt eorum & mens & conſcientia.

Act.15. Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodiẽtes vos, bene agetis.

CIRCVNCISIO IOANNIS.

Luc.1. ET factum eſt in die octauo venerũt circuncidere puerum, & vocabant eũ nomine patris ſui Zachariam.

Circunciſio Chriſti.

Luc.2. Et poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus.

Circunciſio carnalis à Deo mandata.

Geneſ.17. Hoc eſt pactum meum, quod obſeruabitis, inter me & vos, & ſemen tuum poſt te. Circuncidetùr ex vobis omne maſculinum, & circuncidetis carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis.

Et

Et die octauo circuncidetur infans. *Luc. 1. 2.*

Propterea Moses dedit vobis circuncisionẽ: *Ioan. 7.* non quia ex Mose est, sed ex patribus.

Dico enim Christum Iesum ministrũ fuisse *Rom. 15.* circuncisionis propter veritatẽ Dei ad confirmandum promissiones patrum.

Per Christum terminata.

Circuncisio nihil est, & præputium nihil est: *1. Cor. 7.* sed obseruatio mandatorum Dei.

Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si cir *Galat. 5.* cuncidamini, Christus nihil vobis proderit.

Nam in Christo Iesu neque circuncisio ali *Ibidem.* quid valet, neque præputium: sed fides, quę per charitatem operatur.

In Christo enim Iesu neq; circũcisio aliquid *6* valet, neq; præputium, sed noua creatura.

Circuncisio spiritualis rigorosè exigitur.

Ambulabo & ego contra eos, & inducam il- *Leu. 26.* los in terram hostilem, donec erubescat incircuncisa mens eorum.

Omnis alienigena incircuncisus corde, & in- *Ezech. 44* circuncisus carne non ingredietur sanctuarium meum omnis filius alienus, qui est in medio filiorum Israël.

Circũcidimini Domino, & auferte præputia *Ierem. 4.* cordium vestrorum viri Iuda & Ierusalem, ne fortè egrediatur, vt ignis, indignatio mea, & succẽdatur, & nõ sit qui extinguat, propter malitiam cogitationũ vestrarum.

Cui loquar, & quem contestabor vt audiat? *6* Ecce incircuncisæ aures eorum, & audire non possunt.

Act.7. Dura ceruice & incircūcisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis.

Virtuosè perficitur.

Deut.30. Circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum, & seminis tui, vt diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere.

Ierem.9. Quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israël incircuncisi sunt corde.

Rom.2. Si igitur præputium iustitias legis custodiat: nónne præputium illius in circuncisionem reputabitur?

Ibidem. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne, est circuncisio: sed qui in abscōdito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

Phil.3. Nō enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes.

Colos.2. In quo & circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circuncisione Iesu Christi consepulti ei in baptismo.

CIVITAS SVPERNA MIRE DECORATVR.

Hebr.11. EXpectabat fundamenta habentem ciuitatem (Abraham) cuius artifex & conditor Deus.

12 Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem cælestem.

Non

Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. 13

Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim. *Apoc. 21.*

Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso, & templum non vidi in ea. *Ibidem.*

Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & agnus. *Ibidem.*

Et ciuitas non eget sole neq; luna, vt luceant in ea: nam claritas Dei illuminat illam. *Ibidem.*

Ciuitas terrena pietate gubernatur.

Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, nõ exprobretis ei, sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eũ, quasi vosmetipsos; fuistis enim & vos aduenæ in terra Aegypti. *Leuit. 19.*

In bonis iustorum exultabit ciuitas. *Prou 11.*

Vbi non est gubernator, populus corruet. *Ibidem.*

Qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes eam. Ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. *Eccle. 10.*

Vrbs fortitudinis nostræ Sion saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Aperite portas & ingredietur gens iusta custodiens ciuitatem. *Esa. 26.*

Impietate deuastatur.

Præcipita Domine, diuide linguas eorum. Die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & dolus. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus. *Psal. 54.*

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. 126

Prou. 11 Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur.

29 Homines pestilentes dissipant ciuitatem: sapientes verò auertunt furorem.

Eccli. 28. Susurro & bilinguis maledict⁹: multos enim turbauit pacē habentes. Lingua tertia multos commouit, & disperdidit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitū destruxit, & domos magnatorum effodit.

Esai. 17. Et eris deserta, quia oblita es Domini Dei Saluatoris tui: & fortis adiutoris tui non es recordata.

Abac. 2. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate.

CLAVIS MORTIS.

Esa. 22. ET dabo clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat.

Apoc. 1. Ego sum viuens in sæcula sæculorum, & habeo claues mortis & inferni.

3 Hęc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.

COGITATIO BONA.

Gene. 24. EGressus fuerat (Isaac) ad meditādum in agro, inclinata iam die.

Prou. 12 Cogitationes iustorum, iudicia: consilia impiorum, fraudulenta.

Ibid. 15. Mens iusti meditabitur sapientiam: Os impiorum redundat malis.

Prou. 16. Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.

Cogi.

Cogitatum tuũ habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientię dabitur tibi. *Eccli.6.*

Cogitatus sensati in omni tempore, vel metu non deprauabitur. 22

Fiduciam autem talẽ habemus per Christũ ad Deum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. *2.Cor.3.*

Deus est enim qui operatur in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate. *Phil.2.*

De cætero fratres, quæcunq; sunt vera, quæcunq. iusta, quæcunq; sancta, quæcunque amabilia, quæcunq; bonæ famæ: siqua virtus est, siqua laus disciplinæ, hæc cogitate. *Phil.4.*

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. *Matt.5.*

Cogitatio mala.

Videns autem Deus, quòd multa malitia esset in terra: & cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem, quem creaui, à facie terræ. *Gene.6.*

Dolus, in corde cogitantium mala. *Prou.12.*

Abominatio Domini, cogitationes malæ. *Prou.15.*

Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labium suum perficiet malum. 16

Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur. 24

Cogitatio stulti, peccatũ est: & abominatio

hominum detractor.

Sap.1. Peruersæ cogitationes separant à Deo.

Ibidem. In cogitationibus impij, interrogatio erit.

3 Impij secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt.

9 Corpus quod corrũpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem. Non est cogitatus impiorum, prudentia.

Eccli.6. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam.

16 Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens, & errans, cogitat stulta.

27 Sicut in percussura cribri remanebit puluis: sic aporia hominis in cogitatu illius.

Esa.59. Cogitationes eorum cogitationes inutiles.

Matt.15 De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemiæ: hæc sunt quæ coinquinant hominem.

Ierem.4. Auferte præputia cordiũ vestrorũ, viri Iuda, ne fortè egrediatur, vt ignis indignatio mea, & succendatur, & nõ sit, qui extinguat propter malitiam cogitationum vestrarum.

Ibidem. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias: vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?

Matt.9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?

COGNITIO DEI.

1.Reg 16. HOmo enim videt ea quæ patent: Deus autem intuetur cor.

Nónne

Nónne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? *Iob 31.*

In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos. *Prou. 15*

Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum? *Ibidem.*

Omnes viæ hominum patēt oculis eius, spirituum ponderator est Dominus. *16*

Non pręterit Dominum omnis cogitatus: & non abscondit se ab eo vllus sermo. *Eccli.42.*

Bonos singulariter.

Et respexit Dñs filios Israël, & cognouit eos. *Exod.2.*

Quoniam nouit Dominus viam iustorum. *Psal.1.*

Priusquam te formarem in vtero noui te. *Ierem.1.*

Firmum fundamentū Dei stat, habēs signaculū hoc. Cognouit Dominus qui sunt sui. *2.Tim.2.*

Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. *Hebr.4.*

Malos non agnoscit.

Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine: Et tunc confitebor illis, quia nunquā noui vos: discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. *Matt.7.*

Amen dico vobis, nescio vos. *25*

Si quis autem ignorat, ignorabitur. *1.Cor.14.*

Firmiter exigitur.

Cognoscetur Dominus iudicia faciens. Cōuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum. *Psal.9.*

Vacate & videte, quoniam ego sum Deus. *45*

Deus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. *52*

Vani

Sap. 13. Vani ſunt omnes homines, in quibus no ſubeſt ſcientia Dei.

Eſai. 1. Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.

Ierem 4. Quia ſtultus populus meus me non cognouit: filij inſipientes ſunt, & vecordes.

9 Cõfortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit Dominus.

Ibidem. Non glorietur ſapiens in ſapiẽtia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitiis ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me: quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam & iudicium & iuſtitiam in terra.

Oſee 6. Miſericordiam volui, & non ſacrificium: & ſcientiam Dei pluſquam holocauſta.

Rom. 1. Reuelatur ira Dei de cælo ſuper omnẽ impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iuſtitia detinent: quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis: Deus enim illis manifeſtauit.

Multipliciter acquiritur, ſcilicet diuina illuſtratione.

Iob 21. Qui dixerunt Deo, recede à nobis, ſciẽtiam viarum tuarum nolumus.

Pſal. 4. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui Dñe.

Eſa. 52. Propter hoc ſciet populus meus nomen meũ in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum.

Confi-

Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, *Mat.* 11
quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et nemo nouit filiũ, nisi pater, neq; patrẽ quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.
Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & san- 16
guis non reuelauit tibi: sed pater meus, qui in cælis est (me scilicet esse Christũ filium Dei viui.)
Nemo venit ad me, nisi pater meus, qui mi- *Ioan.* 6.
sit me, traxerit eũ. Nõ quia patrẽ vidit quis quam, nisi is, qui à Deo est, hic vidit patrẽ.
Neq; me scitis, neq; patrem meum scitis: si 8
me sciretis, forsitan & patrem meũ sciretis.
Et cognouerunt verè quia à te exiui, & cre- 17
diderunt, quia tu me misisti.
Et scimus, quoniã filius Dei venit, & dedit *Ioan.* 5.
nobis sensum, vt cognoscamus, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus & vita æterna.

Creaturarum consideratione.

Nimirum interroga iumenta, & docebunt *Iob.* 12.
te: & volatilia cæli, & indicabũt tibi: loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quòd omnia hęc manus Domini fecerit?
Cæli enarrant gloriam Dei. *Psal.* 18.
Vani sunt omnes homines, in quibus nõ est *Sap.* 13.
scientia Dei, & de his, quæ videntur bona, nõ potuerũt intelligere eũ, qui est, nec operibus attendẽtes agnouerũt, quis esset artifex. Quorum etsi specie delectati Deos putaue.

tauerunt, sciant quanto his dominator speciosior est. Speciei enim generator hęc omnia constituit. Aut si virtutem & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniá, qui fecit hæc, fortior est illis.

Ibidem. A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Creauit illis scientiam spiritus, & sensu impleuit cor illorum.

Ecli.43. Multa abscondita sunt maiora his, pauca vidimus operum eius.

Ioan.5. Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibēt de me, quia pater misit me.

Rom.1. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.

1.Cor.13. Ex parte enim cognoscimus.

Scripturarum declaratione.

Ioan.5. Scrutamini scripturas: quia vos putatis in illis vitam æternam habere. Et illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.

Ibidem. Si crederetis Mosi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.

Salubriter perquiritur.

Sap.15. Nosse enim te consummata iustitia est, & scire iustitiam & virtutem tuam, radix est immortalitatis.

Esa.11. Non nocebunt & non occident in vniuerso mōte sancto meo: quia repleta est terra sciētia Domini, sicut aquæ maris operientis.

Osea 6. Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, & viuemus in cōspectu eius: scie.

ſciemus, ſequemurq́; vt cognoſcamus Dominum.

Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti, Ieſum Chriſtum. *Ioan.17.*

Veruntamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminētem ſcientiā Ieſu Chriſti Domini mei. *Phil.3.*

Ideo nos ex qua die audiuimus, nō ceſſamus pro vobis orantes, vt impleamini agnitione voluntatis eius: in omni ſapientia & intellectſpirituali, vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes. *Coloſ.1.*

Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quia Deus charitas eſt. *1.Ioan.4.*

Cognoſcit homo differenter.

Homo videt ea quæ patent. *1.Reg.16*

Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri, ſed homo ſapiens exhauriet illud. *Prou.20.*

Veſtigium cordis boni, & faciem bonā difficilè inuenies & cum labore. *Eccli.13.*

Quis ſcit hominum, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus qui in ipſo eſt? *1.Cor.2.*

Cognoſcitur homo frequenter ex viſu.

Iratusq́ue eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. *Gene.4.*

In facie prudentis lucet ſapientia. *Prou.17.*

Sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentiſſimus faciem illius commutabit. *Eccle.8.*

Cor hominis immutat faciem illius, ſiue in bono, ſiue in malo. *Eccli.13.*

19 Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.

A statu.

Prou.27. Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium: sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.

Eccli.27. Sicut rusticatio de ligno ostẽdit fructum illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis.

Gestu.

Prou.20. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius.

Eccli.19. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis euuntiant de illo.

COMPASSIO HABENDA AD PROXIMVM.

Iob.29. AVris audiens beatificauit me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, *eò* quòd liberassem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non erat adiutor, benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.

Matt.7. Omnia quæcunque vultis bona, vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex, & prophetæ.

Rom.12. Gaudete cum gaudentibus, flete cũ flẽtibus.

Non solùm iustis in afflictione compatiendum est, sed etiam peccatoribus & iniustis.

Esa.21. Propter destructionẽ Babylonis repleti sunt lũbi mei dolore, sicut angustia parturientis.

22 Recedite à me (dicebat Esaias vidẽs spiritualẽ calamitatẽ superuenientem populo suo) amarè flebo, nolite incumbere, vt consolemini

mini me, super vastitate filiæ populi mei.

Tristitia est mihi magna (dicebat Paulus cōpatiens fratribus, & cognatis suis pereuntibus) & continuus dolor cordi meo. *Rom. 9.*

Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati, secundum carnem, qui sunt Israëlitæ, quorum adoptio est, & gloria. *Ibidem.*

Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? *2. Cor. 11*

Filioli mei, quos iterum parturio, iudicium sine misericordia fiet ei, qui non facit misericordiam. *Galat. 4.*

COMPVNCTIO.

RIsus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. *Prou. 14.*

Amen dico vobis: Quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. *Ioan. 16.*

Vos tristes eritis, sed tristitia vestra in lætitiam conuertetur. *Ibidem.*

Qui flent, tanquam non flentes sint, & qui gaudent, tanquam non gaudentes. *1. Cor. 7.*

Miseri estote, lugete & plorate, risus vester in luctū conuertetur, & gaudiū in mœrorē. *Iacob. 4.*

CONCVPISCENTIA.

NE sequantur cogitationes suas, & oculos suos per res varias fornicantes. *Num. 15.*

Exardescet contra eum sitis. *Iob. 18.*

Comedistis, & non estis satiati. *Agg. 1.*

Oculus malus ad mala non satiabitur pane indigens, & tristitia erit super mensam suā *Eccle. 14.*

In ore imprudentis conculcabitur inopia, & *Eccli. 40.*

in ventre eius ignis ardebit.

Esai.5. Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino.

Ezech.7. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non saturabuntur.

Abac 2. Dilatauit quasi infernus animam suam, & ipse quasi mors non adimpletur.

Concupiscentia mala peccatum operatur.

Gene.8. Sensus & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua.

Rom.7. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonũ. Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non inuenio. Non enim, quod volo bonũ, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem, quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. Inuenio legẽ volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis.

Iacob.1. Nemo cùm tentatur, dicat, quoniã à Deo tẽtatur: Deus enim intentator malorum est. Ipse autẽ neminem tẽtat. Vnusquisq; verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum: Peccatũ verò, cùm consummatum fuerit, generat mortem.

Cum fructu frenatur.

Gene.4. Nónne si bene egeris, recipies; sin autẽ malè,

lè, statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi.

Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua: Adolescentia enim & voluptas vana sunt. *Eccli.11.*

Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui. *Eccli.5.*

Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius. *Ibidem 9.*

Auerte faciem à muliere compta, & ne circunspicias speciem alienam. *Ibidem.*

Propter speciem mulieris, multi perierũt, & ex hoc cõcupiscẽtia, quasi ignis exardescit. *Ibidem.*

Ne respicias in mulieris speciem, & ne concupiscas mulierem à specie. *Ibid.25.*

Post concupiscentias tuas non eas, & à volũtate tua auertere. Si præstes animæ tuæ cõcupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. *Eccli.18.*

Aufer à me vanas concupiscẽtias, & cõcubitus concupiscentiæ ne apprehendant me. *23*

Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit. *Mat.6.*

Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. *1.Cor.2.*

Efficiamini diuinæ naturæ cõsortes, fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ correptionem. *2.Pet.1.*

Concupiscentia rei alienæ prohibetur.

Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non *Exod.20. & Deut.5.*

ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt.

Eccle.9. Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim scis, quæ futura sit illi subuersio.

CONFESSIO.

Gene.3. Consuerunt sibi folia ficus, & fecerũt sibi perizomata (excusationes in peccatis.)

Exod.19. Sanctifica eos hodie & cras, & lauent vestimenta sua, & sint parati in diem tertium.

Leu.13. Leprosus adducetur ad sacerdotem vel ad vnum quemlibet filiorum eius.

14 Radet homo omnes pilos corporis sui, & lauabitur aqua, purificatusque ingredietur castra (vnitatem Ecclesiæ.)

26 Quòd etsi de his aliqui remanserint, tabescẽt in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorũ; & propter peccata patrum suorum & sua affligentur, donec confiteantur iniquitates suas, & malorum suorum recordentur, quibus præuaricati sunt in me.

Num.5. Vir siue mulier cũ fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatũ Domini, atque deliquerint: peccatũ suum confitebuntur.

Deut.21. Quando peccauerit homo quod morte plectendũ est, & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo: nõ permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur.

Iosu.7. Fili mi da gloriã Domino Deo Israël, & cõfitere atq; indica mihi, quid feceris; ne abscondas: & dixit, Verè ego peccaui.

Vade

Vade lauare septies in Iordane, & recipiet caro tua sanitatem, & mundaberis. 4.*Reg* 5.

Confessio (peccatorum) & magnificētia (bonorum operum) coram illo. 1.*Par.* 16

Ex voluntate mea (non timore compulsus) confitebor illi. *Psal.* 27.

Beati quorum tecta sunt peccata (ne appareant in iudicio.) 31

Delictum meum tibi cognitum feci (imò ignotum.) 31

Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. 31

Iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo diu pro peccato meo. 37

Effundite coram illo corda vestra. 61

Ne tradas bestiis animas confitentes tibi (id est dæmonibus.) 73

Præoccupemus faciem eius in confessione. 94

Confessio & pulchritudo (sequens) in conspectu eius. 95

Confitebor tibi in toto corde meo. 110

Os meum aperui (ad confessionem) & attraxi spiritum meum. 118

Nō declinet cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. 140

Reuela Domino opera tua, & diriget cogitationes tuas. *Prou.* 16.

Iustus prior est accusator sui. 18

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur; qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. 28

Cant.2. Tempus putationis aduenit.
Ibidem. Sonet vox tua in auribus meis.
Eccli.4. Pro anima tua non confundaris dicere verũ. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam.
Ibidem. Non confundaris confiteri peccata tua:& ne subiicias te omni homini pro peccato.
7 De negligentia tua purga te cum paucis.
11 In fine hominis, denudatio operũ eius (nisi tegat confessio.)
17 Non demoreris in errore impiorum, ante mortem cõfitere. A mortuo quasi nihil petit confessio, confiteberis viuẽs, viuus, & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationibus illius.
20 Et qui perdit animam suam præ confusione (confitendi.)
38 Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum.
Esa.14. Perdã Babylonis (peccati) nomẽ, & reliquias, & progeniem, & germen, dicit Dominus.
38 Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.
Ibidem. Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie (non differens.)
43 Reduc me in memoriam, vt iudicemur, simul narra si quid habes vt iustificeris.
47 Tolle molã, & mole farinã, denuda turpitudinẽ tuã, discooperi humerum, reuela crura, trãsi flumina, alioquin reuelabitur ignominia tua & opprobriũ tuum (in iudicio) vltionem copiam, & non resistet mihi homo.

Solue

Solue vincula colli tui captiua filia Siō (qui- 52
bus ad inferni patibula traheris.)
Creaui fructum labiorum pacem, pacē ei qui 57
longè est, & qui propè, dixit Dominus, &
sanaui eum.
Dissolue colligationes impietatis, solue fa 58
sciculos deprimentes.
Inuocabis, & Dominus exaudiet, si abstule *Ibidem.*
ris de medio tui catenā, & desieris extēdere
digitum tuum, & loqui, quod non prodest.
Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ *Ibidem.*
erunt sicut meridies.
Vade & ostende te sacerdoti, & offer munus *Matt. 8.*
tuum.
Confitentes peccata sua. 3.
Soluite & adducite mihi. 21
Quodcunque solueris super terram, erit so- 16
lutum & in cælis (claue non errante.)
Quæcunq; ligaueritis super terram, erūt li- 18
gata & in cælis, & quæcunque solueritis su-
per terram, erunt soluta & in cælis.
Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis; *Ioan. 20.*
& quorum retinueritis, retenta sunt.
Ore autem confessio fit ad salutem. *Rom. 10.*
Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua *1. Cor. 5*
consperſio.
Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iu- 11
dicaremur à Domino.
Confitemini alterutrum peccata vestra. *Iacob. 5.*
Si dixerimus: Quia peccatum nō habemus, *1. Ioan. 1.*
ipsi nos seducimus, & veritas in nobis
non est.

Ibidem. Si confiteamur peccata nostra, Deus fidelis est, & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.

CONFIDENTIA IN DEVM.

Psal.10. IN Domino confido.
56 In te confidit anima mea.
117 Bonum est cõfidere in Domino, quàm confidere in homine.
124 Qui confidũt in Domino sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem.
Sap.3. Qui confidunt in Domino, intelligent veritatẽ: & fideles in dilectione acquiescent illi.
Eccli.32. Qui confidit in Domino, non minorabitur.
Prou.3. Habe fiduciam in Domino Deo tuo.
Ibidem. Ne paueas repentino timore, & irruentes tibi potentias impiorum.
Ibidem. Dominus erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris.
Marc.6. Confidite quia ego sum.
Ioan.16. Confidite, ego vici mundum.
Rom 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Confidentia vana & stulta.

Ierem.17 Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit [illegible] eius.
Prou.12. Qui confidit in cogitationibus suis, impiè (agit.
14 Sapiens timet, & declinat à malo: stultus trãsilit & confidit.

Qui

Qui confidit in corde suo, stultus est. 28
Væ, qui opulenti estis in Sion, & cõfiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorum, ingredientes pompaticè domui Israël. *Amos 6.*
Qui confidunt in sculptili, confundantur confusione. *Esai. 42.*
Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè, sed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates: conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. 59
Ecce vos cõfiditis vobis in sermonibus mẽdacij, qui non proderunt vobis. *Ierem. 7.*

CONFIRMATIONIS MODVS ET FRVCTVS.

TVnc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. *Matt. 19.*
Et offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. *Marc. 10*
Et cùm cepisset eos in vlnas, impositis manibus super illos, benedixit eis.
Manus citò nemini imposueris. *1. Tim. 5.*
Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. *Act. 6.*
Iosue verò filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. *Deut. 34.*
Admoneo te, vt resuscites gratiã Dei, quę est in te per impositionem manuum mearum. *2. Tim. 1.*
Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. *Act. 8.*
Et cùm imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebãtur linguis, & prophetabant. 19

CONFVSIO SALVTARIS.

Eccli.4. Est enim confusio adducens peccatum,' est confusio adducẽs gloriã & gratiar

Esa.29. Non modò confundetur Iacob, nec mo. vultus eius erubescet, sed cùm viderit fil: suos opera manuum mearum in medio s: sanctificantes nomen meum, & sanctific: bunt sanctum Iacob, Deum Israël prędic: bunt, & scient errantes spiritu intellectum & mussitatores discent legem.

Ierem.6. Quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt, quamobrem cade: inter ruentes.

Ezech.36 Recordabimini viarum vestrarum pessima- rum, studiorumq́ue non bonorũ, & displi cebunt vobis iniquitates vestræ, & scelera vestra.

Ibidem. Confundimini, & erubescite super via ve- stra domus Israël.

Pœnalis confusio.

Eccli.41. Erubescite à patre & à matre de fornicatio ne, & à præsidente, & à potẽte de mẽdacio A principe & à iudice de delicto, à synago ga, & à plebe de iniquitate, à socio & ami co de iniustitia, & de loco, in quo habita: de furto, de veritate Dei, & testamento.

Ierem.2. Quomodo confunditur fur, quando depre henditur: sic confusi sunt domus Israël, & ipsi, & terga eorum.

3 Dormiemus in confusione nostra, & operie: nos ignominia nostra, quoniam Domin Deo nostro peccauimus.

Con

Confundemini à fructibus veſtris propter 12
iram furoris Domini.

Domine omnes qui te derelinquunt, con- 17
fundentur.

Confundantur omnes qui me perſequũtur, *Ibidem.*
& non confundar ego.

CONSCIENTIAE BONAE QVALITAS.

NAm gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium *2. Cor. 1.*
conſcientiæ noſtræ.

Filioli mei non diligamus verbo, neque lin- *1. Ioan. 3*
gua, ſed opere & veritate. In hoc cognoſci-
mus, quoniã ex veritate ſumus. & in cõſpe-
ctu eius ſuadebimus corda noſtra. Quoniã
ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior eſt
Deus corde noſtro, & nouit omnia.

Vtilitas.

Secura mens quaſi iuge conuiuium. *Prou. 15.*

Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit *1. Ioan. 3.*
nos, fiduciam habemus ad Deum: & quic-
quid petierimus, accipiemus ab eo.

Conſcientiæ malæ peruerſitas.

Frequenter enim præoccupant peſſima, re- *Sap. 17.*
darguente conſcientia. Cùm enim ſit ti-
menda nequitia, dat teſtimonium cõdem-
nationis condemnata: ſemper enim præſu-
mit ſæua perturbata conſcientia.

CONSILIVM DIVINVM INCOMPREHENSIBILE.

QVis enim hominum poterit ſcire conſi- *Sap. 9.*
lium Dei? aut quis poterit cogitare,
quid velit Deus?

Sicut

Prou.25 Sicut, qui mel multũ comedit, non eſt ei bonum; ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria.

Eſai.40. Quis audiuit ſpiritũ Domini, aut quis conſiliarius eius fuit, & oſtendit illi? Cum quo iniit conſilium, & inſtruxit eum?

Ierem.23 Quis enim affuit in conſilio Domini?

32 Fortiſſime, magne & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu.

Rom.11. Quis cognouit ſenſum Domini? aut quis prior dedit illi, & retribuetur illi?

2 Cor.2. Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei.

Ibidem. Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis inſtruxit eum?

Inſuperabile.

Prou.21. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.

Eſa.46. Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet.

Act.5. Et nunc itaq; dico vobis, abſtinete ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi eſt ex hominibus conſiliũ, aut opus hoc diſſoluetur. Sin ex Deo eſt, non poteſtis diſſoluere, nequando & Deo repugnare reperiamini.

Irreprehenſibile.

Pſal.32. Conſilium autẽ Domini in æternũ manet.

65 Terribilis in conſiliis ſuper filios hominum.

Prou.1. Cùm venerit repẽtina calamitas, & interitus veſter vt tempeſtas ingruerit, cùm venerit ſuper vos tribulatio & anguſtia, tunc inuo-

cabunt

cabunt me,& nō exaudiā; manè consurgēt, & non inuenient me, eò quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Dñi non susceperint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ.

Consilium bonum.

Audi verba mea atque consilia, & erit Dominus tecum. *Exod. 18.*

State, vt consulam, quid præcipiat Dominus de vobis (de immundis super anima hominis.) *Num. 9.*

Gens absque consilio & sine prudentia, vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. *Deut. 32*

Melius est consilium Chusi consilio Achitophel. *2. Reg. 17*

Orate vt firmum faciat consiliū meū Deus. *Iudi. 8.*

In corde meo Domine consiliū corrobora, vt domus tua in sanctificatione permaneat. *9.*

Quæ domus sumus nos. *Hebr. 3.*

Det tibi Deus gratiam & omne consilium cordis tui virtute sua corroboret. *Iud. 10.*

Conseruasti animam tuam, eò quòd tale reperisti cōsilium, vt descenderes ad Dominum Deum nostrum (hic in bono.) *Ibidem.*

Peto ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia cōsilia tua in ipso permaneant. *Tob. 4.*

Nūquid cōsiliū Dei audisti (obediēdo? nō.) *Iob 15.*

Quamdiu ponam consilia in anima mea, & dolorem in corde meo per diem. *Psal. 12.*

Tribuat tibi Deus secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet. 19

Obliti

105 Obliti sunt operum eius, & non sustinuerũt consilium eius.

106 Exacerbauerunt eloquia Dei, & consilium Altissimi irritauerant.

Prou.1. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.

2 Consilium custodiet te.

3 Custodi legem meam atq; cõsilium meum, & erit vita animæ tuæ.

8 Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus.

Ibidem. Meum est consilium & æquitas.

13 Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.

Ibidem. Astutus omnia agit cum consilio.

Esa.9. Vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius.

Ierem.23 In nouissimis diebus intelligetis consilium eius (quod modò contemnitis.)

38 Si consilium dedero tibi, non me audies (sæpe fit.)

1.Mac.2. Simon frater vester scio quòd vir cõsilij est, ipsũ audite semper: & ipse erit vobis pater.

Rom 9. Præuidimus animabus nostris errore vestro compulsi, & hoc consilium iniuimus.

Consilium bonum bonus attendit i quo habeat.

Tob.4. Consilium semper à sapiente perquire.

Prou.12. Qui sapiens est, audit consilia.

20 Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri.

Eccli.6. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille.

Cum

Cum fatuis consilium nō habeas, non enim 8
poterunt diligere, nisi quæ eis placent. Coram extraneo non facias consilium, nescis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum manifestes, ne forté inferat tibi gratiam falsam, & conuicietur tibi.

Cum sapientibus & prudentibus tracta. 9

Non omnem hominem inducas in domum 11
tuam, multæ enim sunt insidię dolosi. Sicut enim eructant præcordia fœtentiū, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum: sic & cor superborū, & sicut prospectator videns casum proximi sui: Bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam.

Scientia sapientis quasi inūdatio abundabit, *Eccli. 21.*
& consilium eius sicut fons vitę permanet.

Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & *Eccli. 37.*
cum iniusto de iustitia. Sed cum viro sancto assiduus esto, quem cunque cognoueris obseruantem timoré Dei, cuius anima est secundum animam tuam.

Cor boni consilij statue tecum. *Ibidem.*

Anima viri sancti enuntiat aliquando vera, quā septem circunspectores sedentes in excelso. Et sic in his omnibus deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam.

Omni tempore consilia tua in ipso perma- *Tob. 4.*
neant.

Et consilium tuum iustificationes tuæ. *Iob 21.*

Fili sine consilio nihil facias, & post factum *Eccli. 32.*
non pœnitebis.

Ante

37 Ante omnia opera verbũ verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile.

Consilium bonum vtilitatem prætendit.

Psal. 110 Cõfitebor tibi Domine in toto corde meo, in consilio iustorum, & congregatione.

Prou. 11. Salus, vbi multa consilia.

12 Qui pacis ineunt consilia, sequetur eos gaudium.

15 Dissipantur cogitationes, vbi nõ est consiliũ: vbi verò sunt plures cõsiliarij, cõfirmãtur.

20 Cogitationes consiliis roborantur.

Eccli. 22. Sicut loramẽtum ligneũ colligatum in fundamento ædificij non dissoluetur, sic & cor confirmatum in cogitatione consilij.

Prou. 20. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud.

27 Vnguento, & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consiliis anima dulcoratur.

Eccli. 40. Aurum & argentum est cõstitutio pedum, & super vtrunque consilium beneplacitum.

Eccli. 25. Quàm speciosum cãtici iudicium, & à presbyteris cognoscere consilium.

Consilium malum.

Num. 24. Dabo tibi consilium quod populus tuus faciet populo huic extremo tempore.

32 Cur subuertitis mentes filiorum Israël, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus?

Deut. 18. Non inueniatur in te qui lustret filiũ suum, aut filiam, ducens per ignem, neq; qui pythones consulat, nec diuinos, nec à mortuis quærat veritatem: Omnia enim hæc abomina-

minatur Dominus.

Conduxerunt aduersus eos consiliatores, vt destruerent consilium eorum. (sic aliqui.) 1. Esdr. 4.

Cogitationes malignorum dissipat, ne possint implere manus eorum, quod cœperãt. Iob. 5.

Nunquid bonum tibi videtur, vt consilium impiorum adiuues? Iob 10.

Adducit consiliarios (malos) in stultũ finem & iudices in stuporem. 12

Præcipitabit impium consilium suum. 18

Consilium impiorum longè sit à me. 21

Cui dedisti consiliũ, forsitan illi qui non habet prudentiam (nónne præsumptio est?) 26

Non est consilium contra Dominum (ipse det: sed magis contra nos est.) Prou. 21.

A zelantibus te absconde consilium. Eccli. 37.

A cõsiliario (malo) serua animam tuã, prius scito, quæ sit illius necessitas. Ibidem.

Non solùm qui faciunt ea digni sunt morte, sed etiam, qui consentiunt facientibus, consilium dando. Rom. 1.

Consilium malum dolosè machinatur.

Consilium malignantium obsedit me. Psal. 21.

Accipere animam meam consiliati sunt. 30

Super populum tuum malignauerunt consilium. 82

Consilia impiorum fraudulenta. Prou. 12.

Veruntamen, quia non sunt in manu eorum bona consilium eorum longè fac à me. Iob 21.

Beatus vir qui nõ abiit in consilio impiorũ. Psal. 1.

Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed Gene. 50.

Deus illud vertit in bonum.

Iob 5. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quæ cœperant.

Ibidem. Qui apprehendit sapientes in astutia sua, & consilium prauorum dissipat.

12 Adducit consiliarios in stultum finem.

Psal. 32. Dominus dissipat consilia gentium.

Isa. 8. Cõfortamini & vincemini: accingite vos & vincemini: inite consilium & dissipabitur.

Rigorosè plectitur.

2. Reg. 17 Sic Achitophel videns consilium suum posthaberi, seipsum laqueo suspendit.

Prou. 1. Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.

Eccli. 27. Qui in altũ mittit lapidem, super caput eius cadet, & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo suo, offendet in eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequissimum cõsilium, super eum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniet illi.

Ibidem. Laqueo peribunt, qui oblectãtur casu iustorum: dolor autem cõsumet illos, antequam moriantur.

Esa. 29. Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos?

30 Væ filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis consilium, & non ex me.

Consolatio divina in necessitatibus.

Ecce ego pluam vobis panes de cælo, aquam de petra. *Exod.16.*

Et ait Dominꝰ ad Mosen, antecede populũ. 17

Afflixit te penuria, & dedit tibi cibũ Manna. *Deut.8.*
Vestimẽtũ tuũ, quo operiebaris, nequaquã vetustate defecit, & pes tuꝰ nõ est subtritus.
En quadragesimus annus est, vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit homo filiũ suũ: sic Dñs Deꝰ tuꝰ erudiuit te, vt custodias mãdata Dñi Dei tui, & ambules in viis eiꝰ, & timeas eũ.

Sic Dñs pauit turbas in deserto. *Matt.15.*

Non dimittam, nec relinquam te. Confortare & esto robustus. *Ios.1.*

Vespere autẽ facto accesserunt ad eum discipuli, &c. *Matt.14.*

Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerãt mecum. 15

In persecutionibus consolando & liberando.

Mœrentes erigit sospitate. *Iob 5.*

Hoc autẽ pro certo habet omnis, qui te colit, quia vita eius si in probatione fuerit, coronabitur: si autẽ in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiã tuã venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tẽpestatẽ tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis. *Tob.3.*

Expectemus humiles consolationem eius. *Iud.8.*

Secundum multitudinem dolorũ meorum, in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. *Psal.93.*

Esai.40. Consolamini consolamini popule meus.

51 Ego ego ipse consolabor vos.

Ierem.31 Et conuertam luctum eorum in gaudium,& consolabor eos,& lætificabo à dolore suo.

Nahum 1 Bonus Dominus & confortans in die tribulationis.

1.Cor.10 Fidelis autē Deus est,qui nō patietur vos tētari,supra id quod potestis,sed faciet cū tētatione,prouentum,vt possitis sustinere.

2.Cor.1. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi,pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Ibidem. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra;sicut socij passionum estis,sic eritis & consolationis.

4 In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.

7 Foris pugnæ,intus timores,sed qui consolatur humiles,consolatus est & nos.

Act.18. Noli timere, sed loquere, & (inquit Dominus per visionem nocte Paulo cùm prædicaret Corinthi) ne taceas, propterea quòd ego sum tecum, & nemo apponetur tibi,vt noceat te.

Consolatio humana.

Iob 16. Consolatores onerosi omnes estis.

Ibidem. Consolarer & ego vos sermonibus,& mouerem caput meum super vos.

2.Cor.1. Vt possimus & ipsi consolari vos, qui in omni pressura estis.

Conso-

Consolamini pusillanimes. *1.Thess.5.*
Dixi ego in corde meo: Vadam & affluam delitiis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset vanitas. *Eccle.2.*

Consortio bonorum & malorum.

Fili mi, si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis. *Prou.1.*
Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius. 3
Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. *Eccle.7.*
Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio in præceptis Altissimi. *Ibidem 9.*
Pondus super se tollit, qui honestiori se cõmunicat. 13
Ditiori te ne socius fueris. 13
Cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoueris obseruantem timorem Dei. 37
Sanctorum vita, cæteris viuendi norma est. *Ibidem.*
Rogamus vos fratres, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè. *2.Thess.3.*
Discedat ab iniquitate omnis, qui inuocat nomen Domini (iustum igitur & valde iustum est separare eum qui saluari vult, ab eo qui non vult.) *2.Tim.2.*

CONSVETVDO.

Lapides excauant aquæ. *Iob 14.*
Prouerbium est, adolescens iuxta viam suam etiã cùm senuerit, non recedet ab ea. *Prou.22.*
Ego sum Dñs Deus vester, iuxta cõsuetudinem Aegypti, in qua habitastis, nõ facietis. *Leuit.18.*

Esa.65. Quoniam puer centum annorum morietur.

Thren.3. Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua.

13 Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis bene facere, cùm dilexeritis malum?

Apoc.22. Qui nocet, noceat adhuc.

CONTEMPLATIO.

Gen.28. Vidit Iacob in somnis (contemplationis) scalam stantem super terram, & cacumen eius tangentem cælum, angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ.

Deut.33. Amantissimus Domini habitabit confidéter in eo quasi in thalamo, tota die morabitur: & inter humeros illius requiescet.

Iud.8. In superioribus domus suæ cubiculum secretum sibi fecit, in quo cum puellis suis clausa morabatur.

Iob 4. Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audiui. (Nota præcedés.)

7 Elegit suspendium anima mea.

29 Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, quando Deus secretò erat mecum in tabernaculo meo?

34 Ex quo abscondit vultum suum, quis est qui contempletur eum?

Psal.17. Qui perfecit pedes meos, tanquã ceruorum, & super excelsa statues me.

38 In meditatione mea exardescet ignis.

Quis

Quis dabit mihi pennas sicut colũbæ? & volabo, & requiescam? 54

Memor fui Dei, & delectatus sum, meditatus sum nocte cũ corde meo, & exercitabar. 76

Audiã quid loquatur in me Dominus Deus. 84

Mens mea contemplata est multa sapienter. *Eccle.1.*

Ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam meam, donec ipsa velit. *Cant.2.*

Ego dormio, & cor meum vigilat. 5

Cogitare de illa (sapientia increata) sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, citò securus erit. *Sap.6.*

Intrans in domum meam (cælestem) conquiescam cum illa. 8

A magnitudine enim speciei, & creaturę cognoscibiliter potest creator horum videri. 13

Præcurre prior in domum tuã, & illic aduocare, & illic lude, & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo. *Eccli.32.*

Sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur, nisi ab Altissimo amissa fuerit vigilatio, ne dederis illis cor tuum. 34

Pone mensam, contemplare in specula comedentes & bibentes. *Esa.21.*

Contemplatus est diligenter multo intuitu, & clamauit vt leo. *Ibidem.*

Vade populus meus, intra in cubiculũ tuum, & claude ostia tua super te. 26

Qui sunt isti, qui vt nubes volant? 60

Estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis (vulnerum Christi.) *Ierem.48*

Statue tibi speculã, pone tibi amaritudines *Ierem.31*

(gehennæ) dirige cor tuum in viam rectam (ad cælum) in qua ambulasti.

Ezech. 3. Ingredere & includere in medio domus tuę.

8 Eleuauit me spiritus inter cælum & terram, & adduxit in Ierusalem in visione Dei.

Dan. 10. Domine mi in visione tua dissolutę sunt cõpages meæ, & nihil in me remansit virium.

Oseæ 2. Adducam eam in solicitudinẽ, & loquar ad cor eius.

Nahum 2 Contemplare viam (salutis) conforta lumbos, robora virtutem valde.

Mat. 13. Beati vestri oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iusti cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt; & audire, quæ auditis, & non audierunt.

14 Dimissa turba ascẽdit in mõtem solus orare.

17 Duxit illos in mõtem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos.

Luc. 10. Martha Martha solicita ęs, & turbaris erga plurima, Maria optimam partem elegit.

Rom. 1. Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius & virtus & diuinitas.

2. *Cor.* 3. Nos verò omnes (vtinam) reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.

Phil. 3. Nostra autem conuersatio in cælis est.

Hebr. 12. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.

Act. 7. Cùm esset Stephanus plenus Spiritu sancto inten-

intendens in cælum vidit gloriam Dei.
Fui in Spiritu in dominica die. *Apoc.1.*

CONTEMPTVS MVNDI.

Peregrini sumus coram te. *1. Par. 29*
Filia Babylonis misera est (congregatio malorum.) *Psal. 136.*
Aspiciemus in terram, & ecce tenebrę tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius. *Esa. 5.*
Ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ, & dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. *8*
Recedite, recedite, pollutum nolite tangere. *52*
Surgite & ite, quia non habetis hîc requiem. *Mich. 2.*
Omnis qui viderit te, resiliet à te (ô mũde.) *Nahum 3*
In ignem zeli mei deuorabitur omnis terra. *Soph. 1.*
O Sion surge (sancta anima) quæ habitas apud filiam Babylonis. *Zach. 2.*
Non potest vos odisse mundus (amantes eũ) me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera illius mala sunt. *Ioan. 7.*
Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere. *14*
In mundo pressuram habebitis. *16*
Non pro mundo rogo, sed pro eis quos dedisti mihi: quia tui sunt. *17*
Mundus eos odio habuit (& ipsi mundum) quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. *Ibidem.*
Pater iuste mundus te non cognouit. *Ibidem.*
Nolite confirmari huic seculo. *Rom 12.*

Galat. 1. Dedit ſemetipſum pro nobis, vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequam.

Ibidem. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

Phil. 3. Omnia propter Chriſtum detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.

Iac. 4. Quicunque voluerit amicus eſſe ſeculi huius, inimicus Dei conſtituitur.

1. *Ioan.* 2. Nolite diligere mundum.

5 Mundus totus in maligno poſitus eſt.

Apoc. 18. Exite de ea popule meus, & ne ſitis participes delictorum eius.

Multa ad hanc materiam deſeruientia inuenies in diuerſis titulis.

CONTENTIO MALIGNE OPERATVR.

Prou. 29 VIr ſapiens, ſi cum ſtulto cõtenderit, ſiue iraſcatur ſiue rideat, nõ inueniet requiẽ.

Ecli. 8. Non litiges cũ homine linguato, & nõ ſtrues in ignem illius ligna.

21 Obiurgatio & iniuriæ annullabunt ſubſtan-(tiam.

22 Pungens oculum educit lachrymas, & qui pungit cor, profert ſenſum.

1. *Cor.* 3. Cũ ſit inter vos zelus, & cõtẽtio, nónne carnales eſtis, & ſecundum hominẽ ambulatis?

2. *Tim.* 2. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.

Condignè deuitatur.

Gene. 13. Ne, quæſo, ſit iurgiũ inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos (ait Abrahã Lot) fratres enim ſumus.

Iob 6. Reſpondete obſecro abſque contentione.

Non

Non contendas aduersus hominem frustra, cùm ipse nihil tibi malè fecerit. *Prou.* 3.

Inter superbos semper iurgia sunt, semper iurgia quærit malus. 13. & 17

Honor est homini, qui separat se à contentionibus. 20

Ne contendas cum pessimis. 24

Non contendas cum viro locuplete, ne fortè contra te constituat litem: Multos enim perdidit aurum, & vsque ad cor regum extendit & conuertit. *Eccle.* 8.

Abstine te à lite, & minues peccata. 28

Qui tecum vult contendere in iudicio, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium. *Matt.* 5.

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. *Phil.* 2.

Seruum autẽ Domini non oportet litigare. 2. *Tim.* 2.

CONTRITIO.

CVm esset Anna amaro animo, orauit Dominum flens largiter. 1. *Reg.* 1.

Circundederunt me contritiones mortis, (quod merui.) (illi. 2. *Reg.* 22

In spiritu contrito & humiliato seruiamus *Iud.* 8.

Nemo loquebatur ei verbum, videbát enim dolorem eius esse vehementem. *Iob* 2.

In memetipso marcescit anima mea, & possidet me dies afflictionis. 30

In cubilibus vestris compungimini. *Psal.* 4.

Laboraui in gemitu meo. 6

Factum est cor meum tanquã cera liquescẽs. 21

Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. 30

Iuxta

33 Iuxta eſt Dñs his qui tribulato ſunt corde.

50 Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

59 Commouiſti terram & conturbaſti eam: (& infrà) potaſti nos vino compunctionis.

126 Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.

146 Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.

Prou.14. Cor, quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus.

31 Date vinum his qui amaro ſunt animo.

Cant.4. Vado ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

Eſai.13. Omne cor hominis tabeſcet & conteretur, tortiones & dolores tenebunt, quaſi parturiens dolebunt.

26 A timore tuo (vel facie pendentis in cruce) concepimus, & quaſi parturiuimus & peperimus ſpiritum ſalutis.

38 Ecce in pace (reformanda) amaritudo mea (pro conſenſu amara, pro opere amarior, pro conſuetudine amariſſima.)

57 Habitans cum contrito & humili ſpiritu, vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum.

61 Spiritus Domini ad annũtiandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prędicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem.

66 Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & con-

contritum ſpiritu, & trementem ſermones meos?

Anima, quæ triſtis eſt ſuper magnitudinem mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes (lachrymis & vigiliis) & anima eſuriens dabit tibi gloriã, & iuſtitiã Dño. *Bar. 2.*

Spiritus quoq; leuauit me (à terrenis) & aſſumpſit me, & abij amarus in indignatione ſpiritus mei (contra me.) *Ezech. 3.*

Signa Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. 9

Omnem autem ſuper quem videritis Thau, occidatis. *Ibidem.*

In animo cõtrito & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. *Dan. 3.*

Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra, & cõuertimini ad Dñm Deũ veſtrum. *Ioel. 2.*

Dole (contritio) & ſatage (ſatisfactio) filia Sion, quaſi parturiens. *Mich. 4.*

Deponet omnes iniquitates noſtras, & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra. 7

Iudas autem (confeſſio) genuit Phares (diuiſionem peccatorum) & Zaram (orientem virtutum) de Thamar (amara.) *Matt. 1.*

Noli timere accipere Mariam. *Ibidem.*

Tanta fuit contritio, quòd eiecit ab ea ſeptẽ dæmonia. *Mar. 6.*

Dimittuntur tibi peccata tua. *Luc. 5.*

Hodie mecum eris in paradiſo. (ecce magna virtus contritionis, delẽs culpã & pœnam.) 23

Mu-

Ioan.16. Mulier, cùm parit, tristitiam habet.

2.Cor.7. Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitẽtiam in salutem stabilem operatur.

Apoc.12. Mulier (anima peccatrix) habẽs in vtero (venenatos serpentes) clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat.

Vide etiam titulum planctus & gemitus, &c.

CONTVMELIAE PERVERSITAS.

Prou.22 Eiice derisorem, & exibit cũ eo iurgium, cessabuntq; causæ & contumeliæ.

Eccli.20. Est correptio mendax in ira contumeliosi.

22 Ante ignem camini vapor, & fumus ignis exaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, contumeliæ & minæ.

23 Homo assuetus in verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur.

Periculositas.

Prou.10. Qui profert contumeliam, insipiens est.

25 Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgio citò, ne postea emendare non possis, cùm dehonestaueris amicum.

Eccli.8. Nec contra faciem stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo.

CONVERSATIO.

Psal.17. CVm sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.

Prou.13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.

Eccli.13. Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea, & qui communicauerit superbo, induet superbiam.

Non

Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. *Matt.13.*

Modicū fermentū totā massam corrumpit. *1.Cor.5.*

CONVERSIO SEV REVERSIO *in generali ad Deum.*

IN toto corde & in tota anima vestra Dñm Deū vestrū sequimini, & ipsum timete. *Deut.13.*

Et nunc venistis ad me necessitate compulsi. *Iud.11.*

Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominū, auferte deos alienos de medio vestri. *1.Reg.7.*

Si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo. *Iob 22.*

Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit & parauit illum. *Psal.7.*

Deus conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus. *79*

Reuertentur Aegyptij ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos. *Esai.19.*

Impietas impij nō nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. *Ezech.33*

Venite & reuertamur ad Dominū, quoniam ipse cœpit & sanabit nos, percutiet & curabit nos. *Osea 6.*

Conuertam eos & miserebor eorum, & erūt sicut fuerunt, quando non proieceram eos. *Zach.10.*

Adeamus cum fiducia ad thronū gratię eius, vt misericordiā consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. *Hebr.4.*

Accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, aspersi corde à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. *10*

Qui

Iacob. in fine. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

1. Pet. 2. Eratis sicut oues errantes, sed conuersi estis nũc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum.

2. Pet. 3. Dominus patienter agit, propter nos, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

Apoc. 20. Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima (à peccato:) in his secunda mors non tenet potestatem.

Conuersionis ortus per inspirationem.

Psal. 79. Deus virtutum conuerte nos.

Esa. 44. Reuertere ad me, quoniam exaudiui te.

Ierem 31 Conuerte me & conuertar, quia tu Dominus Deus meus es. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam.

Thren. 5. Cõuerte nos Domine ad te, & cõuertemur.

Zach. 1. Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum, & conuertar ad vos.

Ibidem. Conuertimini de viis vestris malis.

Mala. 3. Reuertimini ad me & reuertar ad vos.

Ioan. 6. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum, qui venit ad me, non eiiciam foras.

Ibidem. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum.

Ibidem. Omnis qui audiuit à patre, & didicit, venit ad me.

14 Ego sum via, veritas, & vita: nemo venit ad patrem nisi per me.

Ephes. 2. Quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem.

Appro-

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. *Iacob.4.*

Per tribulationem.

Imple facies eorum ignominia, & quærent te Domine. *Psal.82.*

Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. *Esa.26.*

Vulgò dicitur, Si dimiserit vir vxorẽ suam; & recedens ab eo, duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nũquid nõ polluta erit & contaminata mulier illa? Tu autẽ fornicata es cũ amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus (& ego suscipiam te.) Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis. *Ierem.3.*

Conuertere Israël ad Dominum Deũ tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, & accipite bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorum. *Osea 14.*

Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in illa regione, & ipse cœpit egere. *Luc.15.*

In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereo! Surgam & ibo ad patrem meum. *Et infra.*

Modus requirit, vt conuersio hæc sit ex corde & cum effectu.

Si in corde vestro reuertimini ad Dominũ, auferte deos alienos de medio vestri, & pręparate corda vestra, & seruite ei soli. *1.Reg.7.*

Esa.10. In veritate reliquiæ conuertentur.

31 Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israël.

Ierem.24 Reuertentur ad me in toto corde.

Thren.3. Quid murmurauit homo viuēs pro peccatis suis? scrutemur vias nostras, & quæramus & reuertamur ad Dominū. Leuemus corda nostra cū manibus ad Dominū in cælos

Ioel.2. Nunc ergo, dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, in fletu & planctu.

4.Reg 17 Reuertimini à viis vestris pessimis.

Psal.118 Conuertantur mihi timentes te.

Eccli.17. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua.

Ibidem. Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem, & cognosce iustitias & iudicia Dei.

Ierem.4. Si reuerteris ad me Israël, ait Dominus, ad me cōuertere. Si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis.

Ezech.14 Conuertimini & recedite ab idolis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris.

Osee 12. Et tu qui ad Dominum Deum tuum conuerteris, misericordiam & iudicium custodi, & spera in eo.

Fructus in occasione mali.

Tob.13. Conuertimini itaq; peccatores, & facite iustitiam coram Domino, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam.

Eccli.17. Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se.

Dere-

Derelinquat impius viã suam, & vir iniquus *Esa. 55.*
cogitationes suas, & reuertatur ad Domi-
nu, & miserebitur eius; & ad Deũ nostrum,
quoniam multus est ad ignoscendum.

Si conuerteris conuertam te, & ante faciem *Ierem, 15*
meã stabis, & si separaueris pretiosum à vi-
li, quasi os meum eris.

Noli subtrahere verbum si forte audiant, & 26
conuertatur vnusquisque à via sua mala, &
pœniteat me mali, quod cogitaui facere eis
propter malitiam studiorum eorum.

Conuertimini & agite pœnitentiam ab om- *Ezech. 18*
nibus iniquitatibus vestris, & non erit vo-
bis in ruinam iniquitas. Proiicite à vobis
omnes iniquitates vestras, in quibus præua-
ricati estis, & facite vobis cor nouũ, & spi-
ritum nouum. Et quare moriemini domus
Israël? quia nolo mortem morientis: dicit
Dominus Deus, reuertimini & viuite.

Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem im- 33
pij, sed vt conuertatur à via sua, & viuat.
Conuertimini à viis vestris pessimis. Et
quare moriemini, domus Israël? iustitia
iusti non liberabit eum, in quacunque die
peccauerit, & impietas impij non nocebit
ei, in quacunq; die conuersus fuerit ab im-
pietate sua.

Consecutione boni.

Si reuersus fueris ad Omnipotentẽ, ædifica- *Iob 22.*
beris, & longe facies iniquitatem à taber-
naculo tuo. Dabit pro terra silicem, & pro
silice torrentes aureos, eritq; Omnipotens

contra hostes tuos. Tunc super omnipotentem delitiis afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum & exaudiet te, & vota tua reddes. Decernes rem & veniet tibi, & in viis tuis splendebit lumen.

Eccli. 17. Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua. Precare ante faciem Domini, & minue offendicula. Reuertere ad Dominũ, & auertere ab iniustitia tua.

Esa. 30. Si reuertimini & quiescatis, salui eritis: in silentio & spe erit fortitudo vestra.

45 Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ.

55 Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles.

Ierem. 3. Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster.

25 Reuertimini vnusquisq; à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris, & habitabitis in terra, quam dedit Dominus vobis, & patribus vestris à seculo & vsq; in seculum.

Tempus.

Iob 10. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terrã tenebrosam, & opertam mortis caligine.

Eccle 8. Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo.

Me-

Memento Creatoris tui in diebus iuuentis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis tuæ. 12

Non tardes cõuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem. Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. *Eccle. 5.*

Conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? *Ionæ 3.*

Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. *Act. 3.*

Adeamus ergo cũ fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam cõsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. *Hebr. 4.*

Conuersio per ingressum religionis.

Fiat firmamentum in medio aquarum. *Gene. 1.*

Vniuersæ aues ingressę sunt ad Noë in arcã. 7

Egredere de terra, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. 12

Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatem istam, & visus est eis quasi ludens loqui. 19

Ne stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. *Ibidem.*

Ascendit Lot de Segor, & mansit in monte. *Ibidem.*

Vade in terram visionis, atq; ibi offeres eum in holocaustum super vnum montiũ, quem monstrauero tibi. 22

Serui cum asino in valle remanent, sed filius ascendit. *Ibidem.*

Ibidem. Appellauit nomē loci illius, Dominus videt. Vnde vſque hodie dicitur, in monte Dominus-videbit.

25 Iacob vir ſimplex habitabat in tabernaculis.

28 Verè Dñs eſt in loco iſto,& ego neſciebam.

Ibidem. Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli.

30 Iuſtū eſt, vt aliquādo prouideā domui meæ.

32 Caſtra Dei ſunt hæc.

Ibidem. Apud Laban (mundum) peregrinatus ſum, & fui vſq; in præſentem diem; mitto nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo.

35 Surge Iacob & aſcēde Beth-el, & habita ibi.

Ibidem. Mundamini, & mutate veſtimenta veſtra, aſcēdamus in Beth el, vt faciamus ibi altare Domino qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei.

41 Eductum de carcere Ioſeph, totonderunt, & veſte mutata obtulerūt Pharaoni (Chriſto.)

Exod.29. Eduxi eos de terra Aegypti, vt manerem inter illos.

Leuit.26 Vetera nouis ſuperuenientibus proiicitis.

Num.10. Proficiſcimur ad locum, quem Dominus Deus daturus eſt nobis: veni nobiſcum, vt benefaciamus tibi, quia Dominus bona promiſit Iſraëli.

Ibidem. Cumque nobiſcum veneris, quod optimum fuerit ex opibus, quas nobis daturus eſt Dominus, dabimus tibi.

27 Aſcende in montem iſtum Abarim (id eſt tranſituum.)

Cùm

Cùm videris eam, ibis & tu ad populũ tuum, *Infra.*
sicut iuit frater tuus Aaron.

Lætare Zabulon in exitu tuo (de mundo) & *Deut. 33.*
Isachar in tabernaculis tuis, populos ad mõtem vocabunt, ibi immolabũt victimas iustitiæ. Qui inundationem maris quasi lac sugent.

Morabatur Dauid in deserto, in locis firmissimis. *1. Reg. 23*

Et ait Dauid, veni mecum, vt requiescas securus in Ierusalem. *2. Reg. 19*

Habitauit in locis tutissimis Engaddi. *1. Reg. 24.*

Aedifica tibi domum in Ierusalem, & habita *3. Reg. 2.*
ibi, & non egredieris inde huc atque illuc. Quacunq; autẽ die egressus fueris, & trãsieris torrentẽ Cedron, scito te interficiendum, sanguis tuus erit super caput tuum.

Dominus misit me vsque in Beth-el. *4. Reg. 2.*

Congrega nos & erue de gentibus. *1. Par. 16*

Aedificemus vobiscum, quia ita vt vos quærimus Dominum. *1. Esd. 4.*

Decima pars populi eligitur, vt habitet in Ierusalem. *Nehe. 11.*

Qui spontè obtulistis animas vestras ad periculum, benedicite Domino. *Iud. 5.*

Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, *Iob 2.*
dabit pro anima sua.

Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. *Psal. 44.*

Elegi abiectus esse in domo Dei mei. 83

Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. 132

Sap. 11. Iter fecerunt per deſerta, quæ nō habitabātur, & in locis deſertis fecerunt caſas.

Eccli. 1. Religioſitas cuſtodiet & iuſtificabit cor: iucunditatem atque gaudium dabit.

Eſai. 2. Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.

11 Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit.

41 Dabo in ſolitudine cedrum, & ſpinā, & myrtum, & lignum oliuæ.

51 Ponet deſertū Sion quaſi delitias, & ſolitudinē quaſi hortū Dñi: gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarū actio, & vox laudis.

Ierem. 8. Quare ſedemus? conuenite. & ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter ſilere nos facit.

35 Venite & ingrediamur Ieruſalē à facie exercitus Chaldæorum.

48 Fugite & ſaluate animas veſtras, & eritis quaſi myricæ in deſerto.

51 Fugite de medio Babylonis, vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam.

Ezech. 20 In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos, cùm eduxero vos de populis.

Oſeæ 2. Ecce ego lactabo eam, & educam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius.

11 Ex Aegypto vocaui filium meum.

Ibidem. Auolabunt quaſi auis ex Aegypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum.

Ioel. 2. In monte Sion & Ieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit Dominus, & in reſiduis, quos Dominus vocauerit.

Ibimus

Ibimus vobiscũ, audiuimus enim, quoniam Deus vobiscum est. *Zach.8.*

Omnis qui zelum habet legis, statuens testamentum exeat post me. *1.Mac.2*

Fugit Mathathias & filij ei⁹ in mõtes, & reliquerunt quæcunque habebant in ciuitate. *Ibidem.*

Omnis voluntarius in lege, & omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum. *Ibidem.*

Filij æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrum. *Ibidem.*

Secesserat Iudas in locum desertum, ibiq́ue inter feras vitam in mõtibus cum suis agebat, & fœni cibo vescentes demorabantur, ne participes essent coinquinationis. *2.Mac.5.*

Non veni pacem mittere in terram, sed gladium: veni enim separare hominem aduersus patrem suum. *Matt.10*

Tollite iugum meum super vos: iugũ enim meum suaue est, & onus meum leue. 11

Simile est regnum cælorum thesauro abscõdito in agro: quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum. 13

Vade post me Satana (qui impedis) scandalũ mihi es: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. 16

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum. *Ibidem.*

Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. *Mat.18.*

Sinite paruulos venire ad me, & nolite pro- 19

habere eos (quanto magis adultos?) ad me venire.

Ibidem. Si vis perfectus esse, vade & vēde omnia quę habes, & da pauperib⁹, & veni, sequere me.

Ibidem. Amen amen dico vobis, quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cùm venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.

Ibidem. Omnis qui reliquerit domū, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorē, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplū accipiet, & vitam æternā possidebit. (Marcus addit) nunc (in tempore hoc.)

Matt.21. Abiit Iesus foras extra ciuitatē in Bethaniā, (domum obedientiæ) ibique mansit.

Marc.6. Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.

Luc.5. Relictis omnibus secuti sunt eum.

Ibidem. Ascendit in vnam nauim, quæ erat Simonis (obediētis: hæc est religio vbi Domin⁹ est.)

5 Dixit Leui: Sequere me, & omnibus relictis surgens secutus est eum (sic & tu.)

9 Assumptis discipulis, secessit seorsum, in locū desertum qui est Bethsaide, (domus frugū.)

24 Quid quæritis viuentem cū mortuis? (peccatoribus)

Ioan.1. Audierūt Ioannem loquētem duo discipuli, & secuti sunt Iesum (ecce quàm facile.)

21.in fine. Domine hic autē quid? Dicit eis Iesus: Quid ad te? tu me sequere.

Hebr.11. Moses fide grandis, magis eligens affligi cū popu-

populo Dei, quàm tẽporalis peccati habere iucunditatem, negauit se esse filiũ Pharaonis: aspiciebat enim in remunerationem.
Exeamus ad eũ extra castra, improperiũ eius 13
portantes, non enim habemus hic manentẽ ciuitatem, sed futuram inquirimus.
Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. *Act. 9.*

COR BONVM ORDINETVR *bene erga Deum.*

IVstificationem meam quam cœpi tenere, non deseram: neq; enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. *Iob 27.*
Iustum adiutorium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde. *Psal. 7.*
Probasti cor meum, & visitasti nocte. 16
Paratum cor meum Deus. 56
Quàm bonus Israël Deus, his qui recto sunt corde. 72
Paratum cor meum Deus, paratum. 107
Sicut diuisiones aquarum: sic cor & Regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinabit illud. *Prou. 21.*
Appendit autem corda Dominus. *Ibidem.*
Præbe fili mi cor tuum mihi. 23
Ne accesseris ad illum duplici corde. *Eccli. 1.*
Qui timet Dominũ, præparabũt corda sua. 2
Sapiens cor, & intelligibile, abstinebit se à peccatis. 3
Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus, & bene sit eis, & filiis eorum post eos. *Ierem. 32*

Ezech.11 Et dabo vobis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuã in viſceribus eorum. Et auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant, faciantq; ea, & ſint mihi in populum, & ſim eis in Deum.

36 Et auferam cor lapideum de carne veſtra. Et dabo vobis cor carneum, & Spiritum meũ ponam in medio veſtri. Et faciã vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini.

2.Theſ.3. Dominus autẽ dirigat corda veſtra in charitate Dei & patientia Chriſti.

Erga ſeipſum.

Prou.4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.

16 Cor hominis diſponit viam ſuam: ſed Domini eſt dirigere greſſus.

17 Sicut igne probatur argentum & aurum in camino, ita corda probat Dominus.

Eccle.10. Cor ſapientis in dextra eius, & cor ſtulti in ſiniſtris illius.

Ierem.4. Laua à malitia cor tuum.

Erga proximum.

Eccle.1. Ne fueris hypocrita in conſpectu Domini, & non ſcandalizeris in labiis tuis. Attende in illis, ne forte cadas & adducas animæ tuę inhonorationem: & reuelet Deus abſconſa ſua, & in medio ſynagogæ elidat te, quoniam acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.

3 Cor ſapientis intelligetur in ſapientia.

Diuitis

Diuitis & pauperis cor bonũ, in omni tem- 26
pore, vultus illorum hilaris.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui *Luc.6.*
profert bonum.

Cor malum deordinatur prauè erga Deum.

Ne fortè sit inter vos vir aut mulier, familia *Deut.29.*
aut tribus, cuius cor auersum est hodie à Domino Deo vestro, & vadat & seruiat diis illarum gentium, & sit inter vos radix germinans fel & amaritudinem.

Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole *Eccle.9.*
fiunt, quia eadem cunctis eueniũt, vnde & corda filiorum hominum implentur malitia & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.

Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo, & *Eccli.2.*
ideo non protegentur ab eo.

Cor nequam grauabitur in doloribus. 3

Prauũ est cor hominis & inscrutabile. Quis *Ierem.17*
cognoscet illud? Ego Dominus scrutãs corda & probans renes.

Erga seipsum.

Quomodo si argẽto sordido ornare velis vas *Prou 26*
fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.

Et factus est Ephraim quasi columba sedu- *Osea 7.*
cta non habens cor.

Vir duplex animo inconstãs est in omnibus *Iac.1.*
viis suis.

Erga proximum.

Acetum in nitro qui cantant carmina cordi *Prou.25.*
pessimo,

Cor

27 Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam.

Eccli. 2. Væ duplici corde & labiis scelestis, & manibus malefaciētibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis.

36 Cor prauum dedit tristitiam, & homo peritus resistit illi.

Luc. 6. Malus homo de malo thesauro profert malū.

Flagellatur durè.

Prou. 11. Abominabile Domino cor prauum.

17 Qui peruersi cordis est, nō inueniet bonum.

28 Qui mentis est duræ, corruet in malum.

Eccli. 3. Cor durum habebit malè in nouissimo.

Ibidem. Cor ingrediens duas vias, nō habebit successus, & prauum cor in illis scandalizabitur.

Ezech. 11 Quorū cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horū viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus.

Osea 10. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt.

CORPVS MYSTICVM QVOMODO *ordinatur ad Christum.*

Rom. 12. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autē mēbra non eundē actū habent, ita multi vnū corpus sumus in Christo, singuli autē alter alterius membra.

1. *Cor.* 12. Sicut corpus vnum est, & membra multa habet, omnia autem membra corporis cùm sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus.

Rom. 14. Nemo nostrū sibi viuit, & nemo sibi moritur: siue enim viuimus, Domino viuimus: siue

sine nominatur, Deinde nominatur.

Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. *Ephes. 1.*

Ad seipsum.

Nam & corpus nō est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, quoniam nō sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? *1. Cor. 12.*

Nō potest autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. *Ibidem.*

Sed Deus temperauit corpus ei, cui deerat abundantiorem honorē tribuendo, vt nō sit schisma in corpore, sed idipsum pro inuicē solicita sint mēbra: & si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Siue gloriatur vnum mēbrum, congaudent omnia mēbra. Vos autē estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdā quidē posuit Deus in Ecclesia: primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. *Ibidem.*

Vnum corpus, & vnus spiritus. *Ephes. 4.*

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autē Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autē pastores & doctores, ad consummationem sanctorū in opus ministerij in ædificationem corporis Christi. *Ibidem.*

Psal.89. VIrga protulit flores & amygdala (hæc est bona.)

Eccle.7. Melius est à sapiente corripi, quàm stultorũ adulatione decipi.

Veram & certam dedit Dominus regulam Petro de correctione fraterna facienda, dicens:

Matt.18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eũ inter te & ipsum solum.

Correctio bona requirit bonam intentionem.

Leuit.19. Nõ oderis fratrẽ tuũ in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatũ.

Eccli.19. Corripe amicum, ne fortè non intellexerit, & dicat non feci, aut si fecerit, ne iterũ addat facere.

Ibidem. Corripe proximum, ne fortè non dixerit: & si dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum; sæpe enim fit commissio.

1.Cor.4. Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo.

1.Tit.5. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.

Et debitam executionem.

1.Reg.25. Abigail virum suum Nabal in cõuiuio non arguit, sed post.

Eccle.7. Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis.

Sap.1. Probata virtus corripit insipientes.

Eccli.8. Non incendas carbones peccatorum arguẽs eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum.

11 Priusquã interroges, ne vituperes quenquã, &

& cùm interrogaueris, corripe iustè.
Corripe proximum antequam commineris. 19
Quàm bonũ est arguere, quàm irasci, & cõ- 20
fitentem in oratione non prohibere.
In conuiuio vini non arguas proximum. 31
Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in a- *Galat. 6.*
liquo delicto, vos qui spirituales estis, hu-
iusmodi instruite in spiritu lenitatis: con-
siderans teipsum ne & tu tenteris.
Rogamus autẽ vos fratres, corripite inquie- *1. Thes. 5.*
tos, consolamini pusillanimes suscipite in-
firmos, patientes estote erga omnes.
Seniorẽ ne increpaueris, sed obsecra, vt pa- *1. Tit. 5.*
trem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres:
iuuenculas, vt sorores in omni castitate.
Seruum autem Domini non oportet litiga- *2. Tit. 2.*
re: sed mansuetum esse ad omnes, docibi-
lem, patientem, cum modestia corripien-
tem eos, qui resistunt veritati.
Argue, obsecra, increpa in omni patientia & 4
doctrina.

Et gratiæ susceptionem quo ad correctum.

Corripiet me iustus in misericordia, & in- *Psal. 140*
crepabit me.
Conuertimini ad correptionem meam. *Prou. 1.*
Plus profuit correctio apud prudentẽ, quàm 17
centum plagæ apud stultum.
Vir impius procaciter obfirmat vultũ suum: 21
qui autem rectus est, corrigit viam suam.
Inauris aurea, & margarita fulgens, qui ar- 25
guit sapientem, & aurem obedientem.
Et vir prudẽs & disciplinatus nõ murmura *Eccle. 10.*

bit correptus, & insciūs non honorabitur.

20 Quàm bonum est correptū manifestare pœnitentiam: sic enim effugies voluntarium peccatum.

Et acquirit magnam remunerationem corrigenti.

Leuit. 5. Si peccauerit anima, & audierit vocē iurantis, testisq́; fuerit, aut quòd ipse vidit, aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam.

Prou. 9. Argue sapientem, & diliget te.

24 Qui dicunt impio, iustus es; maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. Qui arguunt eum, laudabuntur, & super eos veniet benedictio.

28 Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit.

Correctio est bona.

Prou. 15. Qui custodit increpationes, astutior fiet.

Ibidem. Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientum commorabitur.

Ibidem. Qui abiicit disciplinam, despicit animā suā: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis.

27 Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.

29 Virga atque correctio tribuit sapientiam.

Eccle. 7. Sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti.

Mat. 18. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

Iacob. 5. Fratres mei, si quis errauerit ex vobis à veritate,

tate, & conuerterit quis eum, scire debet: quoniam, qui conuerti fecerit peccatorem de errore viæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Correctio mala ex parte corripientis.

Ad increpandum tantum eloquia concinnatis; & in ventum verba profertis. Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum. *Iob 6.*

In ore stulti virga superbiæ: labia autem sapientum custodiunt eos. *Prou. 14.*

Est correptio mendax in ira contumeliosi. *Ecli. 20.*

Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, Frater, sine eiiciã festucam de oculo tuo? Hypocrita eiice primùm trabem de oculo tuo: & perspicies festucam eiicere de oculo fratris tui. *Matt. 7.*

Qui sine peccato est vestrum, primus in illã lapidem mittat. *Ioan. 8.*

Ex parte contemnentis.

Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? *Gene. 13*

Si nolueritis recipere disciplinã: sed ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoq; contra vos incedam, & percutiam vos septies, propter peccata vestra; inducamque super vos gladium vltorem fœderis mei. *Leuit. 16.*

Quis te constituit iudicem & principem super nos? *Exod. 2.*

Cor eorum longè fecisti à disciplina: propterea non exaltabuntur. *Iob 17.*

Qui erudit derisorem, ipse iniuriã sibi facit: *Prou. 9.*

 & qui

& qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te.

10 Via vitæ custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.

12 Qui diligit disciplinam, diligit scientiã; qui autem odit increpationes, insipiens est.

13 Filius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cùm arguitur.

15 Qui increpationes odit, morietur.

Ibidem. Non amat pestilens eum, qui se corripit.

27 Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius.

29 Viro qui corripientem dura ceruice cõtemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur.

Eccli.1. Peruersi difficilè corriguntur.

7 Cõsidera opera Dei quòd nemo possit corrigere, quem ille despexerit.

19 Qui odit correptionem, minuetur vita.

21 Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris.

32 Peccator homo videbit correctionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem.

Eccli.10. Vir prudens & disciplinatus, non murmurabit correptus.

Esai.29. Arguentem in porta supplantabant.

Amos 5. Odio habuerunt corripientẽ in porta, & declinauerunt frustra à iusto.

Luc.3. Herodes autem tetrarcha cũ corriperetur ab illo

illo (S. Ioanne) de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes: adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem.

Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quòd opera eius mala sunt. *Ioan. 7.*

Ergo inimicus vobis factus sum, verą dicens vobis? *Galat. 4.*

Correctio filiorum.

Suscitabo aduersus Heli omnia, quæ locutus sum super domum eius: incipiam & complebo: Prædixi enim ei, quòd iudicaturus essem domū eius in æternum, propter iniquitatem: eò quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. *1. Reg. 3.*

Adonias autem filius Agith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. (& infrà) Nec corripuit eum pater suus aliquando. *3. Reg. 1.*

Audite filij disciplinam patris. *Prou. 4.*

Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit, instanter erudit illum. 13

Stultus irridet disciplinam patris: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. 15

Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionē autem eius ne ponas animam tuam. 19

Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. 22

Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur: tu virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. 23

29 Virga atque correctio, tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.

Eccli.7. Filij tibi sunt, erudi illos: & curua illos à pueritia illorum.

16 Vtilius est sine filiis mori, quàm relinquere filios impios.

22 Confusio patris est de filio indisciplinato.

30 Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo, vt non palpet proximorum ostia.

Ibidem. Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur.

Ibidem. Qui docet filium, in zelum mittit inimicũ, & in medio amicorum gloriabitur in illo.

Ibidem. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se.

Ibidem. In vita sua vidit, & lætatus est in illo, in obitu suo non est contristatus, nec cõfusus est coram inimicis, reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.

Ibidem. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps.

Ibidem. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera eius dum infans est, ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ (hic & in futuro.)

Ibidem. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.

41 De impio patre queruntur filij, quoniã propter cũ sunt in opprobrio (propter malum exem-

exemplum, & defectum doctrinæ.)

Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorum (qui non docuerunt eos.) *Esa.14.*

Educate filios vestros in disciplina & correptione Domini. *Ephes.6.*

Quis filius, quem non corripit pater? *Heb.12.*

DE CONVIVIIS.

Melius est vocari ad olera cum gaudio, quàm ad vitulum saginatum cum odio. *Prou.15.*

Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescẽdum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. 23

Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. *Eccli.37.*

In multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad choleram. *Ibidem.*

(Super mensam) non extendas manũ tuam prior, ne inuidia contaminatus, erubescas. *Eccli 31.*

Si in medio multorum sedisti, tu prior illis, ne extendas manum tuam, nec prior poscas bibere. *Ibidem.*

Si coactus fueris in edendo multum, surge è medio & vome, & refrigerabit te, & nõ adduces corpori tuo infirmitatem. *Ibidem.*

In conuiuio vini non arguas proximum, & non despicias eum in iucunditate illius. *Ibidem.*

Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus, alit enim animam suam cibis alienis. 40

CREATVRAE A DEO POTENTER CREANTVR.

Gene.1. IN principio creauit Deus cælũ & terram.
2 Istæ sunt generationes cæli.
Psal.32. Verbo Domini cæli firmati sunt, quoniã ipse dixit & facta sunt.
73 Tuus est dies, & tua est nox, tu fecisti omnes terminos terræ.
101 Initio tu Domine terram fundasti.
103 Quàm magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti.
Hebr.1. Per quem fecit & secula.
11 Fide intelligim⁹ aptata esse secula verbo Dei.

Sapienter gubernantur.

Psal.118. Ordinatione tua perseuerat dies.
Sap.11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorũ, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses, aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.
12 Cùm sis iustus, iustè omnia disponis.

Vtiliter ordinantur.

Gene.1. Viditque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.
8 Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies nõ requiescent.
Eccli.39. Opera Domini vniuersa bona valde.
Idem. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala.

Ini-

Initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis similagineus, & mel & botrus vuæ, & oleum, & vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona; sic & impiis & peccatoribus in mala conuertentur. Omnia opera Domini bona *Ibidem.*

Non est dicere, hoc est illo nequius: Omnia enim in tempore suo comprobantur. *Ibidem.*

Omnis creatura Dei bona est. *1. Tim. 4.*

CREDVLITAS.

INnocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos. *Prou. 14.*

Qui credit citò, leuis corde est. (Ideo non omni verbo credas.) *Eccli. 19.*

Crucis præfiguratio.

In serpente æneo, quem Moses ex præcepto fecit Domini, ponens in sublimi. *Num. 21.*

Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israël. *Esa. 11.*

Transi per mediã ciuitatẽ in medio Ierusalem; & signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentiũ super cunctis abominationibus, quæ sunt in medio eius. *Ezech. 9.*

Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso non pereat: sed habeat vitam æternam. *Ioan. 3.*

Gloriatio in cruce.

Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. *Sap. 14.*

Nos autẽ prædicamus Christũ crucifixũ, Iudæis quidẽ scandalũ, Gentibus autẽ stulti- *1. Cor. 1.*

tiam, ipsis autē vocatis, Iudæis atq; Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapiētiam.

Galat.6. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.

Hebr.13. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes.

Quibus crux abominatio est.

Deut.21. Quando peccauerit homo, quod morte plectendum est, & adiudicatus morti, appēsus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eodē die sepelietur, quia maledictus à Deo est, qui pendet in ligno.

1.Cor.1. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est.

Phil.3. Imitatores mei estote, fratres, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorū Deus venter est, & gloria in cōfusione ipsorum, qui terrena sapiunt.

Hebr.6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filiū Dei, & ostentui habentes.

Crucis baiulatio quo ad necessitatem.

Matt.10 Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus.

Luc.14. Et qui nō baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

1.Cor.6. Non estis vestri: empti enim estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro.

Semper

Semper mortificationẽ Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. 2. Cor. 4.

Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Galat. 5.

Quo ad modum.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Matt. 16 Qui enim voluerit animam Luc 9. suam saluam facere, perdet eam.

Hoc scientes, quia vetus homo noster crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato. Rom. 6.

Obsecro itaque vos fratres per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. 12

Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei, qua dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Galat. 2.

CVPIDITAS SACERDOTVM.

TOllant mihi primitias ab omni homine, qui offert vltroneus (non coactus) accipietis eas. (Domino. Exod. 25.

Omnis volũtari⁹ & prono animo offerat eas 35

Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. Num. 18.

Oblationem spõtaneam manus tua offeret. Deut. 16.

Sacrificia Dñi & oblationes eius comedent, 18

& nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum.

4.Reg.12 Quare sarta tecta templi nõ instauratis? nolite ergo accipere pecuniam amplius, iuxta ordinem vestrum.

Ierem.7. Ergo spelunca latronũ facta est domus ista?

Oseæ 4. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum.

Amos 2. Vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui.

Hebr.5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quę sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.

Esa.61. Fortitudinem Gẽtium comedetis, & in gloria eorum superbietis.

Ezech.19 Eduxit vnum de leunculis suis, & factus est leo, & didicit prædam capere, hominemque comedere.

Ezech.22 Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè sectando lucra.

Oseæ 8. Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandũ, factæ sunt ei aræ in delictum.

Amos 6. Væ qui opulenti estis in Sion, & cõfiditis in monte Samariæ.

Mala.1. Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò?

Matt.21 Eiiciebat omnes vendentes, & ementes de templo.

2.Cor.12. Nõ quæro, quæ vestra sunt, sed vos: nõ enim debent

debent filij thesaurizare parentibus, sed patres filiis.

Omnes, quæ sua sunt, quærunt, non quę Iesu Christi. *Phil. 2.*

Non quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. 4

Nocte ac die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei. *2. Thes. 3.*

Oportet Episcopum esse irreprehensibilem, non cupidum. *1. Tim. 3.*

Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorē: non turpis lucri cupidū. *Tit. 1.*

Scio quòd intrabunt post discessionē meam, lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. *Act. 20.*

Argentum & aurum & vestem nullius concupiui: sicut ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ. *Ibidem.*

Pascite, qui in vobis est gregem Dei, prouidentes, non coactè, sed spontaneè, secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè. *1. Pet. 5.*

CVRIOSITAS MVNDANA.

NOn stabit testis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium, stabit omne verbum. *Deut. 19.*

Si fueris plurimum scrutatus, frequēter miraberis. *Esdr. 4.*

Qui inuestigator malorum est, opprimetur ab eis. *Prou. 11.*

In

Eccle.3. In superuacuis rebus noli scrutari sensum tuum multipliciter: non est tibi necessarium, ea quæ sunt abscondita videre oculis tuis: de ea re, quæ te non molestat, ne certaueris, & in pluribus operibus eius non eris curiosus.

Act.1. Non est vestrum nosse tempora, vel momẽta, quæ pater posuit in sua potestate.

CVSTODIA SVI POST CONVERSIONEM.

Deut.4. Custodi temetipsum, & animam tuam solicitè.

Ibidem. Custodite solicitè animas vestras (cautè, ne fortè decipiatur cor vestrum, & recedatis à Domino.)

16 Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis (sensuum.)

23 Quãdo egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam, custodias te ab omni re mala.

Iud.5. Descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum.

Nehe.13. Præcepi vt non aperirent portas vsque post sabbathum.

Tob.3. Mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia.

Prou.4. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit.

10 Cor impiorum pro nihilo.

16 Custos animæ suæ seruat vitam suam.

Eccli.7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

21 Quasi à facie colubri fuge peccatum.

Super

Super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. *Esa.21.*

Custodite animas vestras, & nolite portare opera in die sabbathi. *Ierem 17.*

Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem. *Abac.2.*

Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, videntes sub oculis quæ facta sunt pro peccatis eorum, qui prostrati sunt. *2.Mac.12*

Regnum Dei intra vos est (Custodite ergo quia thesaurus maximus est.) *Luc.17.*

Ecce sanus factus es, iã amplius noli peccare. *Ioan.5.*

Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? *1.Cor.3.*

Vigilate (iusti in vestri custodia, nolite peccare) state in fide, viriler agite. *16*

Habemus thesaurum in vasis fictilibus. *2.Cor.4.*

An nõ cognoscitis vosmetipsos, quia Christ⁹ Iesus in vobis est? nisi fortè reprobi estis. *13*

O Timothee, depositum custodi. *1 Tim.6.*

Hæc scribo vobis, vt non peccetis. *1.Ioan.2.*

Melius erat illis, non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. *2.Pet.2.*

Beatus qui vigilat, & custodit vestimẽta sua, ne nud⁹ ambulet, & videãt turpitudinẽ ei⁹. *Apoc.16.*

DAMNVM.

Damnum proximo non inferendum.

NOn facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. *Leuit.19*

Non est bonum, damnum inferre iusto. *Prou.17.*

24 Ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei, & reddam vnicuiq; secundum opus suum.

Eccle.9. Nō placeat tibi iniuria iniustorū, sciēs quoniam vsq; ad inferos non placebit impius.

2.Cor.6. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt?

Ne inferatur, impediendum.

Exod.23. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc eum. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, non pertransibis, sed sublcuabis cum eo.

Deut.22. Nō videbis bouem fratris tui, aut ouem errantē, & præteribis: sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum, duces in domum tuam, & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus, & recipiat: Similiter facies de asino, & de vestimēto, & de omni re fratris tui, quæ perierit. Si inueneris eam, ne negligas quasi alienam. Si videris asinum fratris tui, aut bouem cecidisse in via, non despicies, sed subleuabis cum eo.

Illatum resarciendum.

Exod.21. Si quis aperuerit cisternam, & foderit, & nō operuerit eā, cecideritque bos, aut asinus in eā, reddet Dñs cisternæ pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

Si

Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum, vt depascatur aliena, quicquid optimum habuerit in agro suo, vel vinea, pro damni æstimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spicas & comprehenderit aceruos frugum, siue stantes segetes in agris: reddet damnum, qui ignem succenderit. *Exod. 22.*

Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro anima. *Leuit. 24*

Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorum: sicut fecit, sic fiet ei, fracturã pro fractura, oculum pro oculo, dentẽ pro dente restituet. *Ibidem.*

Vir siue mulier cũ fecerint ex omnibus peccatis, quæ solent hominibus accidere, & per negligentiã transgressi fuerint mandatum Dñi, atq; deliquerint, confitebũtur peccatũ suũ, & reddent ipsum caput, quintãq; partem desuper ei, in quẽ peccauerunt. Sin autem non fuerit, qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. *Num. 5.*

Maledictus, qui transfert terminos proximi sui. *Deut. 27.*

Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. *Prou. 17.*

DECIMATIO BONA EX DEI *præcepto virtuosa, quo ad accipientem.*

ET dedit ei decimas ex omnibus. *Gen. 14.*

Vouit etiã votũ, dicens: Si fuerit Domi- 28

nus mecum, & custodierit me in via, per quã ambulo, erit mihi Dominus in Deum, cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

Leuit. 27 Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborũ, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Si quis autem voluerit reddere decimas suas, addet quintam partem earũ. Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ sub virga pastoris transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonũ, nec malum, nec de altero commutabitur.

Num. 18 Filiis autẽ Leui dedi omnes decimas Israëlis in possessionem pro ministerio, quo seruiũt mihi in tabernaculo fœderis, vt nõ accedãt vltrà filij Israël ad tabernaculum (fœderis) nec committant peccatum mortiferum foris, filiis Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portantibus peccàta populi.

Ibidem. Nihil aliud possidebũt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum, & necessaria separaui.

Quò ad dantem.

Exod. 22. Decimas & primitias tuas non tardabis offerre Domino. Primogenitum filiorũ tuorum dabis mihi: de bobus quoque & ouibus similiter facies.

23 Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.

Deut. 14. Decimã partẽ separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per singulos annos,

Anno

Anno tertio separabis aliam decimam. *Ibidem.*

Omnia quæ offeretis ex decimis & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt cuncta. *Num. 18.*

Et non peccabitis super hoc. Egregia vobis & pinguia reseruantes, ne polluatis oblationes filiorum Israël, & moriamini. *Ibidem.*

In omni dato fac hilarem vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. *Eccle. 35.*

Da altissimo secundum donatum eius, & in bono oculo adinuētionem facito manuum tuarum, quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. *Ibidem.*

Inferte omnem decimam in horreū meum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus: Si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ, nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. *Mala. 3.*

De filiis Leui sacerdotum accipientes mādatum habent decimam sumere à populo, secundum legem, id est à fratribus suis. *Hebr. 7.*

CONTRA DEFICIENTES.

NVnc venit super te plaga, & defecisti. *Iob 4.*

Læditur quasi vinea in primo flore botrus eius. 15

Qui spernit modica, paulatim decidit. *Eccli. 9.*

Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas. *Esa. 5.*

Concipietis ardorem, & parietis stipulā spi- 33

ritus vester, vt ignis vorabit vos.
37 Facti sunt sicut herba tectorũ, quæ exaruit.
Agg.1. Respexistis ad amplius, & ecce factũ est minus, & intulistis in domum, & exufflaui illud: quam ob causam dicit Dominus? quia domus mea deserta est, & vos festinastis vnusquisque in domum suam.
2 Quis vidit domũ istam in gloria sua prima?
Galat.2. Non abiicio gloriam Dei.
1.Cor.15 Fratres, stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini.
Galat.3. Sic stulti estis, vt cùm spiritu cœperitis, nunc carne consummamini.
5 Currebatis bene, quis vos impediuit?
6 Bonum facientes non deficiamus, tempore suo metemus.
1.Thes.5. Spiritum nolite extinguere.
2.Thes.3. Fratres nolite deficere benefaciẽtes in Christo Iesu.
Hebr.6. Non segnes efficiamini.
Apoc.2. Memor esto vnde excideris.

DERISOR DEVM OFFENDIT.

Iob 12. QVi deridetur ab amico suo, sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum.
Prou.3. Abominatio Domini est omnis illusor.
Ibidem. Ipse deludet illusores: & mãsuetis dabit gratiam.
Sap.5. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum.
Ibidem. Videntes turbabũtur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicen-

dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei, & inter Sancto, sors illorum est!

Non irrideas hominem in amaritudine animæ: est enim qui humiliat & exaltat circũspector Deus. *Eccle.7.*

Proximum vilipendit, non enim parcit simpliciter viuenti.

Deridetur iusti simplicitas. *Iob 12.*

Ambulans recto itinere & timẽs Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via. *Prou.14.*

Malum sibi accendit.

Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percutientes stultorum corporibus. *Prou.19*

Eiice derisorem, & exibit ab eo iurgiũ, cessabuntque caussæ, & contumeliæ. *22*

Illusio & improperium superborum, & vindicta, sicut leo insidiabitur illi. *Eccli.27*

Et qui spernis, nónne & ipse sperneris? Cùm consummaueris deprædationem, deprædaberis: cùm fatigatus desieris contemnere, contemnêris. *Esa.33.*

DESIDERIVM PRAEMII ET FRVITIO DEI.

VNiuersa terra desiderabat videre vultũ Salomonis. *3.Reg 10*

Quis det, vt veniat petitio mea, & quod ex- *Iob 6.*

 pecto,

pecto, tribuat mihi Deus?

23 Quis mihi det, vt cognoscā & inueniā illū?

Psal. 37. Domine ante te omne desiderium meum.

41 Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te De⁹. Sitiuit anima mea ad Deū fontē viuū.

Ibidem. Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam.

62 Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.

83 Cōcupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

119 Heu mihi, quia incolatus meus prolōgat⁹ est.

130 Sicut ablactatus super matre sua, ita retributio in anima mea.

136 Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.

142 Anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Prou. 10. Desiderium suum iustis dabitur.

11 Desiderium iustorum omne bonum.

13 Lignum vitæ desiderium veniens.

Cant. 1. Curremus in odorem vnguentorū tuorum.

Esa. 26. Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ.

Ibidem. Anima mea desiderauit te in nocte.

Dan. 9. Ego veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorum tu es.

10 Noli timere vir desideriorum, pax tibi.

Rom. 8. Qui scrutatur corda, scit, quid desideret spiritus.

Phil. 1. Coarctor è duobus, desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.

Quæ

Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. *Colos. 3.*

Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuę gratis. *Apo. 21.*

DESPERATIO.

AN ignoras quòd periculosa sit desperatio? *2. Reg. 2.*

Desperaui, nequaquā iam vltra viuam *Iob 7.* [vita gratiæ]

Nō credit quòd reuerti possit de tenebris ad lucem circunspectans vndique gladium. 15

In profundissimum infernum descendent omnia mea, putas ne saltē ibi erit requies mihi? [non.] 17

Quasi euulsæ arbori abstulit spem meam. 19

Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? *Ierem 15*

Insanabilis est fractura tua, pessima plaga tua. 30

Super hoc plangam & vlulabo, quia desperata est plaga eius. *Mich. 1.*

Desperatio pœnam multiplicat.

Dixitque Cain ad Dominum: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. *Gene. 4.*

Impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia, & opprobrium. *Prou. 18*

Et dixisti, desperaui, nequaquā faciā: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. *Ierem 2.*

Desperauimus, post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. 18

Desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. *Ephes. 4.*

Pœnam aggrauat.

Ezech. 33 Tu ergo fili hominis dic ad domum Israël: Sic locuti estis, dicentes: Iniquitates nostrę, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere poterimus?

DETRACTIO.

Gene. 11 IN terra Sennaar (fœtor dentium) confunduntur linguæ.

Exod. 22 Diis non detrahes, & principi populi tui non maledices.

Leuit. 19. Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum: sed timebis Dominũ Deum tuum, quia ego sum Dominus.

Num. 12 Quare non timuistis detrahere seruo meo Moysi?

22 Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est.

Ibidem. Mane autem facto, duxit eũ ad excelsa Baal, & intuitus est extremam populi partem.

Deut. 27. Maledictus, qui clã percusserit proximũ suũ.

Iob 19. Cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi.

27 Non loquentur labia mea iniquitatẽ (& cætera detrahendo.)

Psal. 13. Sepulchrum patens guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, venenum aspidum sub labiis eorum.

30 Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum.

33 Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?

Ibidem. Prohibe linguam tuam à malo.

Dum

Dum cõmouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. 37
Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus. 56
Obstructũ est os loquentiũ iniqua (vtinam.) 62
Domine libera animam meam à labiis iniquis & à lingua dolosa. 114
Acuerunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum. 139
Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. *Eccli.28.*
Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. *Ibidem.*
Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. *Ibidem.*
Liberasti me à lingua coinquinata (detractorum) & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. *Eccli.51.*
Prouisorem ciuitatis ac defensorem gentis suæ, æmulatorem legis Dei, audebat insidiatorem regni dicere. *2.Mac.4.*
Beati estis cũ maledixerint vobis homines, & dixerint omne malũ aduersum vos mẽtientes propter me. *Mat.5.*
Serpentes genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? 23
Malus homo de malo thesauro cordis sui profert malum. *Luc.6.*
De ore tuo te iudico serue nequam. 19
Quidam dicebant, quia bonus est; alij dicebant, non, sed seducit turbas. *Ioan.7.*
Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne *Galat.5.*

ab inuicem consumamini.

Phil. 2. Omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus, vt sine querela sitis, & simplices filij Dei, sine reprehensione, in medio nationis prauæ & peruersæ.

2. Tim. 2 Multum proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, vt cancer serpit.

Iacob. 3. Ecce quantus ignis, quàm magnam syluam incendit, & lingua ignis est: vniuersitas iniquitatis.

Ibidem. Lingua inquietum malum est, plena veneno mortifero.

Apo. vlt. Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat & facit mendacium.

Bonum peruertit.

Iob 6. Quare detraxistis sermonibus veritatis, cũ è vobis nullus sit qui possit arguere me?

Psal. 37. Qui retribuunt mihi mala pro bonis, detrahebãt mihi, quoniam sequebar bonitatem.

63 Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.

Ibidem. Subitò sagittabunt eum, & nõ timebunt, firmauerunt sibi sermonem nequam.

Ibidem. Scrutati sunt iniquitates (aliorum.)

Psal. 100. Detrahentem secretò proximo suo hũc persequar.

108 Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi. (Sic Pharisæi factis Christi.)

Iudicium subuertit.

Eccle. 10. Si mordeat serpẽs in silẽtio, nihil minus habet

bet qui occultè detrahit.
Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem. *Ezech.22*
Salubriter vitatur.
Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. *Sap.1.*
Tumultus murmurationũ nõ abscondetur. *Ibidem.*
Non appelleris susurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris & confundaris. *Eccle.5.*
Susurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia. *Ibidem.*
In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia & aues cæli portabunt vocẽ tuã, & qui habent pennas, annuntiabunt sententiam. *Eccli.10.*
Bona in mala conuertens insidiatur, & in electis ponit maculam. *Eccle.11.*
Beatus qui tectus est à lingua nequã, & qui in iracundia illius iam transiuit, & qui non attraxit iugum eius, & in vinculis illius non est ligatus: iugum enim illius, ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum est. 28
Neque murmurauerit is, sicut quidã patrum vestrorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. *1.Cor.10.*
Detractores Deo (sunt) odibiles. *Rom.1.*
Nec rapaces, nec maledici, regnum Dei possidebunt. *1.Cor.6.*
Nolite detrahere alterutrũ fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrẽ suum, detrahit legi, & iudicat legem. *Iacob.4.*
Deponentes igitur omnẽ malitiã, & omnem *1.Pet.2.*
dolum

dolum & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes rationabiles sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem, si tamē gustatis quoniam dulcis est Dominus.

Vt non audiatur.

Prou.4. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te.

13 Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat.

26 Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima cordis.

25 Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.

24 Abominatio hominum detractor.

Ibidem. Cum detractoribus ne commiscearis, quoniam repente consurget perditio eorum, & ruinam vtriusque quis nouit?

26 Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescunt.

Eccli.21. Susurro coinquinabit animam suam, & in omnibus odietur.

28 Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis.

DEVS VERVS CERTITVDINALITER.

Exod. 3. EGo sum qui sum. Sic dices filiis Israël: Qui est, misit me ad vos.

Ios.2. Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum.

Esa.41. Ego Domin⁹ primus, & nouissimus, ego sum.

Ego

Ego Dominus,& non est alius amplius. Extra me non est Deus. 45

Ego Dominus,& non alter; formās lucem & creans tenebras, faciens pacē, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc. *Ibidem.*

Ego primus,& ego nouissimus,& absque me non est Deus. 44

Recordamini prioris seculi, quoniā ego sum Deus,& non est vltra Deus, nec est similis mei, annuntians ab exordio nouissimum,& ab initio, quæ necdum facta sunt. 46

Ego autem Dominus Deus tuus in terra Aegypti, & Deum absque me nescies, & saluator non est præter me. *Oseæ 13.*

Vnus essentialiter.

Audi Israël, Dominus Deus noster, Deus vnus est. *Deut. 6.*

Ego & pater vnum sumus. *Ioan. 10.*

Non credis quia ego in patre, & pater in me (est? 14

Spiritum veritatis qui à patre procedit. 15

Et si sunt qui dicuntur dij, siue in cælo, siue in terra, siquidem sunt dij multi,& domini multi; nobis tamē vnus Deus pater, ex quo omnia,& nos in illo: & vnus Dominus, Iesus Christus, per quē omnia, & nos per ipsum. Sed non in omnibus est scientia. *1. Cor. 8.*

Vnus Deus & Pater omnium. *Ephes. 4.*

Vnus enim Deus & mediator Dei,& hominum, Homo, Christus Iesus. *1. Tim. 2.*

Trinus personaliter.

Benedicat nos Deus Deus noster: benedicat nos Deus. *Psal. 66.*

Et

Esa.6. Et clamabant alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum.

Ioan.15. Nunc autem & viderunt & oderũt & me & patrem meum. Cùm autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit.

DILECTIO DEI.

Ios.23. HOc tantum diligẽtissimè præcauete, vt diligatis Dominum Deum vestrum.

Psal.17. Diligam te Domine fortitudo mea.

30 Diligite Dominũm omnes Sancti eius.

Prou.23. Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant.

Cant.2. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.

5 Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum, vt annuntietis ei, quia amore langueo.

Ibidem. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locut' est.

8 Fortis est vt mors, dilectio.

Eccli.1. Dilectio Dei, honorabilis sapientia.

7 In omni virtute tua dilige illum qui te fecit.

13 Dilige Deum, & inuoca eum in salute tua.

Ioan.8. Si De' pater vester esset, diligeretis me vtiq;.

1.Cor.2. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixũ.

1.Cor.16 Si quis nõ amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema.

2.Cor.5. Charitas Christi vrget nos.

Galat.2. Viuo ego, iã non ego, viuit verò in me Christus.

Philip.1. & mihi viuere Christus est.

Phil.3. Omnia detrimẽtum feci, & arbitror vt stercora,

cora, vt Christum lucrifaciam.

Diligit Deus vniuersaliter.

Vniuersa propter semetipsũ operat⁹ est Dñs. *Prou. 16*
Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti *Sap. 11.*
eorum, quæ fecisti: nec enim odiẽs aliquid
constituisti, aut fecisti.

Vtiliter auferendo malum, & conferendo bonum.

Ex quo honorabilis factus es in oculis meis *Esa. 43.*
& gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines
pro te, & populos pro anima tua: noli timere,
quia ego tecum sum.

Veruntamen populus meus est, filij non ne- *63*
gãtes: & factus est eis saluator in omni tribulatione
eorum. In dilectione sua, & indulgentia
sua, ipse redemit eos, & portauit,
& eleuauit eos cunctis diebus seculi.

Sic enim Deus dilexit mundũ, vt filiũ suum *Ioan. 3.*
vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in eũ,
non pereat, sed habeat vitam æternam. Nõ
enim misit Deus filiũ suũ, vt iudicet mundum:
sed vt saluetur mundus per ipsum.

Commendat autem charitatem suam Deus *Rom. 5.*
in nobis, quoniam si, cùm adhuc peccatores
essemus secundum tẽpus, Christus pro
nobis mortuus est: multo igitur magis nũc
iustificati in sanguine ipsius, salui erimus
ab ira per ipsum.

Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charis- *Ephes. 5.*
simi, & ambulate in dilectione: sicut &
Christus dilexit nos, & tradidit senetipsum
pro nobis oblationem, & hostiam in
odorem suauitatis.

Viri

Ibidem. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiã,& seipsum tradidit pro ea.

1.Ioan.4. In hoc apparuit charitas in Dei nobis, quoniam filium suum vnigenitũ misit Deus in mũdum, vt viuamus per ipsum.

Apoc.1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

Exod.20. Ego sum Dominus Deus tuus faciens misericordiam his qui diligunt me,& custodiũt præcepta mea.

Esa.49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. (te.

Ierem.31 In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi

Oseæ 11. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis.

1.Cor.1. Factus est nobis sapientia à Deo & iustitia.

2 Oculus non vidit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt eum.

1.Tit.2. Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Iac.1. Accipiet coronam vitę, quã repromisit Deus diligentibus se.

1.Ioan.4. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscũ, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est,& nos sumus in hoc mundo.

Dilectio quomodo amittitur & conseruatur.

Prou.8. Ego diligentes me, diligo: & qui manè vigilant ad me, inuenient me.

Oseæ 9. Propter malitiam adinuentionum eorum de domo

domo mea eiciam eos. Non addam, vt diligam eos.

Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit, & pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & mansionem apud eũ faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. *Ioan.14.*

Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. 15

Vtilitas.

Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semẽ tuũ, & diligas Dominũ Deum tuum, vtq; obedias voci illius, & illi adhæreas. Ipse enim est vita tua, & longitudo dierum tuorum. *Deut.30.*

Et gloriabũtur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. *Psal.5.*

Custodit Dominus omnes diligentes se. 144

Qui diligunt Deum, replebũtur lege ipsius. *Eccle.2.*

Remittentur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. *Luc.7.*

Qui autẽ diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligã eũ, & manifestabo ei meipsum. *Ioan.14.*

Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis. 16

Scimus quoniam diligẽtibus Deum, omnia cooperantur in bonum. *Rom.8.*

Modus, vt diligatur integraliter corde.

Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. *Deut.6.*

Et dilexerũt eum in ore suo. Cor autem eorum non erat rectum cum eo. *Psal.77.*

Pone me vt signaculum super cor tuum. *Cant.8.*

Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo, *Mat.22.*

Mar.12. & in tota anima tua, & in tota mente tua.
Luc.10.

Opere.

Deut.10. Et nũc Iſraël, quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominũ Deũ, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiaſq; mandata Domini, & ceremonias eius, quas ego hodie præcipio tibi, vt bene ſit tibi?

Eccli.2. Qui diligunt illũ, conſeruabũt verbũ illius.

3 Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur.

Ioan.14. Si diligitis me, mandata mea ſeruate.

Ibidem. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, is eſt qui diligit me.

1.Ioan.2. Qui autem ſeruat verbum eius, verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.

Perſeueranter.

Eccli.13. Omni vita tua dilige Deum.

Rom.8. Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? (ſicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.) Sed in his omnibus ſuperamus propter eum qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos ſeparare

parare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. *1. Ioan. 4.*

DILECTIO PROXIMI.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Deut. 6.*

Nō videbis ouē fratris tui, aut bouē errantem, & præteribis, sed reduces fratri tuo. *22*

Maiorem hac dilectionē nemo habet, quam vt animam suā ponat quis pro amicis suis. *Ioan. 15.*

Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. *Phil. 2.*

Facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. *1. Thes. 2.*

Charitas fraternitatis maneat in vobis. *Hebr. 13.*

Simplici ex corde inuicem diligite. *1. Pet. 1.*

Qui diligit fratrem suum, in lumine manet. *1. Ioan. 2*

Et nos debemus pro fratrib⁹ animā ponere. *3*

Primùm diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est, & qui diligit fratrem suum ex Deo natus est, & cognoscit Deum. *4*

Si diligamus nos inuicē, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. *Ibidem.*

Dilectio proximi est necessaria.

Omne animal diligit sibi simile: sic & omnis homo proximum sibi. *Eccli. 13.*

Omnis caro ad similem sibi coniungitur, & omnis homo simili sibi sociatur. *Ibidem.*

Et mandauit illis vnicuiq; de proximo suo. *17*

De charitate fraternitatis non necesse habemus vobis scribere, ipsi enim vos à Deo didicistis, vt diligatis inuicem. *1. Thes. 4.*

1\. Ioan. 3 Nos scimus, quia translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui autem non diligit, manet in morte.

4 Charissimi diligamus nos inuicem. Qui non diligit, non nouit Deum.

Ibidem. Charissimi si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.

Ibidem. Si quis dixerit, quoniã diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui non diligit fratrem suum, quẽ videt: Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Est fructuosa.

Eccli. 25. In tribus placitum est spiritui meo, quę sunt probata corã Deo & hominibus. Cõcordia fratrum, & amor proximorũ: & vir & mulier sibi bene consentientes. (in bonum)

Matt. 18. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quaecunque petierint, fiet illis à patre meo.

22 In duobus his mandatis vniuersa lex pendet & prophetæ.

Rom. 13. Nemini quicquã debeatis, nisi vt inuicẽ diligatis: Qui enim diligit proximũ, legem

Ibidem. impleuit. Plenitudo ergo legis, est dilectio.

Galat. 5. Omnis enim lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Ordinata, vt diligatur cum virtute.

Matt. 10 Qui amat patrem aut matrem plusquã me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.

Man-

Mandatum nouum do vobis, vt diligatis in- *Ioan.13.*
uicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis
inuicem. In hoc cognoscẽt omnes, quia di-
scipuli mei estis, si dilectionem habueritis
ad inuicem.

Hoc est præceptum meum, vt diligatis inui- 15
cem, sicut dilexi vos.

Vnusquisque vestrum proximo suo placeat *Rom.15.*
in bonum.

Consideremus inuicem in prouocationem *Hebr.10.*
charitatis & bonorum operum.

Qui diligit fratrem suũ, in lumine manet, *1.Ioan.2.*
& scandalum in eo non est.

Fructuosè.

Dilectio sine simulatione. *Rom.12.*

Gaudete cũ gaudentibus, flete cũ flentibus. *Ibidem.*

Nemo quod suũ est quærat, sed quod alteri⁹. *1.Cor.10.*

Semper quod bonum est sectamini in inui- *1.Thes.5.*
cem & in omnes.

Animas vestras castificãtes in obediẽtia cha- *1.Pet.1.*
ritatis, in fraternitatis amore, simplici ex
corde inuicem diligite attentius.

Cum affectu dulci supportando.

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu ali- *Tob.4.*
quando alteri facias.

Nunquid nõ pater vnus omnium nostrum? *Mala.2.*
nunquid nõ Deus vnus creauit nos? Quare
ergo despicit vnusquisq; nostrum fratrem
suum, violans pactum patrum vestrorum?

Dilectio proximi malum non operatur. *Rom.13.*

Debemus autẽ nos firmiores, imbecillitates
infirmiorum sustinere & nõ nobis placere. 15.

Galat. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.

Ephes. 4. Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis: cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate.

Phil. 2. Nihil per contentionē, neq; per inanē gloriam, sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrantes: non quæ sua sunt singuli considerantes, sed & ea, quæ aliorum.

Vtiliter subueniendo.

Eccle. 7. Non te pigeat visitare infirmū, ex his enim in dilectione firmaberis.

Matt. 5. Qui petit à te, da ei, & volenti mutuare à te, ne auertaris.

7 Omnia quæcunque vultis, vt faciant vobis homines: ita & vos facite illis. Hæc est enim lex.

Luc. 10. Et quis est meus proximus? Quis enim videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Mar. 4. In qua mēsura mēsi fueritis, remetietur vobis.

Galat. 5. Per charitatem spiritus seruite inuicem.

Ephes. 5. Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione.

1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.

1. Ioan. 3 In hoc cognouimus charitatē Dei, quoniam ille

ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.

DILECTIO INIMICORUM
exigitur ad peccatorum remissionem.

CUm placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pacē. *Prou.16.*

Qui vindicari vult à Domino, inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. *Eccl.28*

Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. *Ibidem.*

Homo homini reseruat iram, & à Domino quærit medelam. *Ibidem.*

In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur.

Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo: Quis exorabit pro delictis illius?

Memento nouissimorū, & desine inimicarī.

Si enim dimiseritis hominibus peccata sua, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. *Matt.6.*

Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. 18

Ad regni cælorum adeptionem.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, *Matt.5.*

quam mercedē habebitis? Nónne & publicani hoc faciunt?

Luc.6. Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores diligentes se diligunt.

Ibidem. Verumtamen diligite inimicos vestros, & eritis filij Altissimi.

Perficitur corde.

Iob 31. Si gauisus sum ad ruinam eius, qui me oderat, & exultaui, quòd inuenisset eum malū. Non enim dedi ad peccandū guttur meū, vt expeterē maledicens animam eius.

Prou.17 Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.

24 Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne lætetur cor tuum, ne fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.

Eccli.8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens quoniam omnes moriuntur: & in gaudium nolumus venire.

10 Omnis iniurię proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ.

Et ore.

Esa.53. Et pro transgressoribus rogauit.

Matt 5. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

23 Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.

Rom. 12. Benedicite persequentibus vos.

Act. 7. Positis autem genibus clamauit voce magna Stephanus, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum.

Et

Et opere.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illũ; si sitit, da illi aquam bibere: Prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. *Prou.25* *Rom.12.*

Et si benefeceritis his qui vobis benefaciũt; quę vobis est gratia? Nam & peccatores hoc faciunt. *Luc.6.*

Necessitatibus Sanctorum communicantes. *Rom.12.*

DISCIPLINA FERENDA.

HVMILITER.

SI iustus in terra recipit, quanto magis iniustus & peccator? *Prou.11*

Egestas & ignominia ei, qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguenti, glorificabitur. 13

Cùm enim tentati sunt, & quidẽ cum misericordia disciplinam accipientes, scierunt quemadmodum cũ ira iudicati impij tormenta paterentur Hos quidem tanquã durus rex interrogans condemnasti. *Sap.11.*

Frustra percussi filios vestros, disciplinã non receperunt. *Ierem.2.*

Percussisti eos, & non doluerũt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. 5

Hæc est gens, quæ non audiuit vocẽ Domini Dei sui, & non recipit disciplinam ore. 7

Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba. Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam. *Soph.3.*

Perseueranter.

Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias; nec deficias cùm ab eo corriperis. Quem enim *Prou.3.*

diligit Dominus, corripit, & quasi in filio complacet sibi.

4 Tene disciplinam, ne dimittas eam. Custodi illam, quia illa est vita tua.

Sap.3. Sapientiam enim & disciplinam qui abiicit, infelix est; & vacua spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum.

Eccli.vlt. Congregate vos in domo disciplinæ.

Hebr.12. Fili mi noli negligere disciplinã Domini, neque fatigeris dũ ab eo argueris. Quẽ enim diligit Dñs, castigat: flagellat autẽ omnẽ filiũ, quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filiis offert se Deus. Quis enim filius, quẽ non corripit pater? Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis.

Disciplina malitiam refrenat.

Psal.17. Et disciplina tua correxit me in finem.

Ezech.6. Et relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium in gentibus, cùm dispersero vos in terris, & recordabuntur mei liberi vestri in gentibus, ad quas captiui ducti sunt, quia contriui cor eorum.

Baru.3. Et nũc Dñe omnipotens Deus Israël, animá in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te.

2.Mac.6 Etenim multo tẽpore nõ sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij indicium est.

Culpam purgat.

Prou.10. Via vitæ custodienti disciplinam.

Esa.1. Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis, & conuertam

manum

manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum.

Quia si abiecit, miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum. Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum. *Thren.3.*

Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei. *Mich.7.*

Dū iudicamur autē, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. *1.Cor.11*

Gratiam conseruat.

Qui diligit disciplinam, diligit scientiam. *Prou.12.*

Malitia horę, obliuionē facit luxurię magnę. *Eccle.11.*

Ego quos amo, arguo & castigo. *Apoc.3.*

DISCIPVLVS CHRISTI BE-
ne ordinatur in agendis.

SI vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. *Ioan.8.*

Amen amen dico vobis, nō est seruus maior domino suo, neque apostolus maior eo, qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. 13

Non est discipulus super magistrū, nec seruus super dominū suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius, & seruo, sicut dn̄s eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? *Matt.10*

In hoc cognoscēt omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. *Ioan.13.*

Ita vt cognominarentur primum Antiochiæ discipuli Christiani. *Act.11.*

In ma-

In malis tolerandis.

Matt. 10 Non est discipulus super magistrum.
Luc. 6. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.
14 Si quis venit ad me, & non odit patrē suum, & matrem & vxorem & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.
Ibidem. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulus.
Ioan. 15. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur, si sermonem meū seruauerunt, & vestrum seruabunt.
17 Mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo: sicut & ego non sum de mundo. Non rogo, vt tollas eos de mūdo, sed vt serues eos à malo, vt sint vnum sicut & nos.

Plenè remuneratur

17 Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi.
Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.
Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex eis periit nisi filius perditionis.
Ibidem. Sicut tu me misisti in mundum, ita ego eos misi in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Nō pro eis autē rogo tantū, sed & pro eis qui credituri sunt per verbū eorū in me.

Pater

Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, *Ibidem.*
& illi sint mecum, vt videant claritatem,
meam, quam dedisti mihi.

DISCORDIA.

SEx sunt quæ odit Deus: & septimum de- *Prou. 6.*
testatur anima eius. Primò, oculos sublimes. Secundò, linguam mendacē. Tertiò, manus effundentes innoxium sanguinem. Quartò, cor machinans cogitationes pessimas. Quintò pedes veloces ad currendum in malum. Sexto, proferentē mendacia falsum testē. Septimò, qui seminat inter fratres discordias.

Odium suscitat rixas, & vniuersa delicta o- 10
perit charitas.

Abscondunt odium labia mendacia: qui pro- *Ibidem.*
fert contumeliam, insipiens est.

Abominatio est Domino labia mēdacia: qui 12
autem fideliter agunt, placent Deo.

Vir iracundus prouocat rixas: qui patiēs est, *Ibidem.*
mitigat suscitatas.

Homo peruersus suscitat lites, & verbosus 16
separat principes.

Semper iurgia quærit malus, Angelus autem 17
crudelis mittetur contra eum.

Labia stulti immiscēt se rixis, & os eius iur 18
gia prouocat.

Qui prouocat iras, producit discordias? 30

Noli esse sicut leo in domo tua, euertens do- *Eccli. 4.*
mesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.

Noli litigare cum homine potente, ne fortè 8
incidas in manus illius.

Væ

Ierem.15 Væ mihi mater mea: quare genuisti me virũ rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? nõ fœnerauit; nec fœnerauit mihi quisquã: omnes maledicunt mihi.

Mat.12. & Luc.11. Omne regnum diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas vel domus diuisa cõtra se, non stabit.

Matt.18 Necesse est vt veniant scandala, veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit.

1.Cor.14 Non enim est dissensionis Deus, sed pacis.

2.Tim.2. Stultas & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites.

Galat.5. Si inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini.

DISCVSSIO STATVS SVI.

Genes.3. ADam vbi es?

Eccli.18. Ante quàm loquaris, disce.

21 Qui timet Dominũ, conuertetur ad cor suũ.

Esa.46. Redite præuaricatores ad cor.

Ierem.2. Vide vias tuas in conualle.

3 Leua oculos tuos in directum, & vide.

31 Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectã, in qua ambulasti: reuertere virgo Israël, reuertere ad ciuitates tuas istas.

Thren.3. Ego vir videns paupertatem meam.

Abac.2. Cõtẽplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.

Mar.13. Videte vosmetipsos.

Rom.2. Qui alios doces, teipsum non doces.

2.Cor.13. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Iesus Christus in vobis est?

Galat.6. Considerans teipsum, ne & tu tenteris.

DIVINATIONIS PROHIBITIO. *Leuit.19.*

NOn augurabimini, neque, obseruabitis somnia.

Non declinabitis ad magos, neq; ab hariolis aliquid sciscitemini, vt polluamini per eos. *Ibidem.*

Nō est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israël. *Num.23*

Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium se dicat vidisse, & prædixerit signum,& portentum, & euenerit quod locutus est, non audies verba prophetæ illius, aut somniatoris; quia tentat vos Dominus Deus vester. *Deut.13.*

Gentes illæ,quarum possidebitis terram, augures & diuinos audiunt: tu autem à Domino Deo tuo aliter institutus es. 18

Seruierunt Baal,& consecrauerunt filios suos & filias suas per ignem, & diuinationi inseruiebant & auguriis. *4.Reg.17.*

Diuini vestri viderunt mendacium, & consolatores locuti sunt frustra, vanè consolabantur,&c. *Zach.10.*

Diuinatio erroris & auguria, mendacia, & somnia malefacientium, vanitas est. *Eccli.34.*

Et dixerint ad vos, quærite à pythonibus & à diuinis,qui strident in incātationibus suis, nunquid non populus à Deo requiret visiones à viuis pro mortuis? Ad legem magis & ad testimonium. *Esa.8.* nu. 19. & cum cor.

A signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes. *Ierem.10*

Nolite audire prophetas vestros & diuinos & somnia- 27

somniatores & maleficos, qui prophetant vobis mendacium, vt longè vos faciant de terra vestra, vt eiiciant vos, & pereatis.

29 Non vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrûm, & diuini vestri, & ne attendatis ad somnia vestra, quę vos somniatis: quia ipsi prophetant falsò in nomine meo, & non misi eos, dicit Dominus.

Ezech.12 Non erit vltrà omnis visio cassa, nec diuinatio ambigua in medio filiorum Israël

Mich.3. Prophetę eius in pecunia diuinabunt (& adhuc hodię.)

Punitio.

Leuit.20. Anima, quę declinauerit ad magos, & hariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei.

Ibidem. Vir, siue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus, morte moriātur. lapidibus obruent eos, sanguis eorū sit super illos.

Deut.18. Quando ingressus fueris terrā, quā Dominus Deus tuus daturus est tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inueniatur in te, qui lustret filiū suum, aut filiā ducens per ignem, aut qui hariolos sciscitetur, aut obseruet somnia atq; auguria, nec sit maleficus, nec incantator, neque qui pythones consulat, neque diuinos.

Ibidem. Omnia enim hæc abominatur Dñs Deus tuus; & propter huiusmodi scelera delebit eos Dominus Deus tuus in introitu tuo.

Domi-

Dominus auferet ab Iſraël prophetam & hariolum. *Eſa. 3.*
Interrogabunt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos, & pythones & hariolos. Et tradã eos in manu dæmoniorum crudelium, & vir fortis dominabitur eorum. *19*
Irrita faciens ſigna diuinorum, & hariolos in furorem vertens. *44*
Gladius ad diuinos eius, qui ſtulti erunt. *Ierem. 50*
Vident vana, & diuinant mẽdacium, dicentes, Ait Dominus: cùm Dominus non miſerit eos: & perſeuerauerunt confirmare ſermonem. Nunquid non viſionem caſſam vidiſtis, & diuinationem mendacem locuti eſtis? & ideo, ecce ego ad vos, ait Dñs: Et erit manus mea ſuper prophetas, qui vidẽt vana, & diuinant mendacium. *Ezech. 13*
Nox vobis pro viſione erit, & tenebrę pro diuinatione. *Mich. 3. 5*
Auferã maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. *5*

CONTRA DIVITES EPVLONES SPIRITVALITER.

CArnem cum ſanguine non comedetis (de malè acquiſito, ſicut multi.) *Gene. 9.*
Nec ſanguinem nec adipem omnino comedetis. *Leuit. 3.*
Omnis anima, quæ comederit ſanguinem alterius, peribit de populis ſuis. *Deut. 14.*
Non comedetis quæ immunda ſunt (effectu, vel malè acquiſita.) *Ibidem.*
Faciebant cõuiuia per domos vnuſquiſq; in *Iob 1.*
 die

die suo (sicut quidam modò: sed illi pereunt, & isti euadent?)

15 Pingui ceruice armatus est. Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius à ruina dependet.

20 Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.

Ibidem. Diuitias quas deuorauit, euomet: & de ventre eius extrahet eas Deus.

Ibidem. Non remansit de cibo eius (pauperibus) & propterea nihil remanebit de bonis eius (spiritualibus, vel temporalibus)

Ibidem. Cum satiatus fuerit, arctabitur & æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.

21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Prou.4. Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.

Eccle.11. Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus, & nescit quòd prætereat tempus, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & moriatur.

Esa.10. Dominus exercituum mittit in pinguibus eius tenuitatem (æternam.)

Jerem.12 Congrega eos, quasi gregem ad victimam.

Luc.6. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis (quanto magis crapulati?)

Ibidem. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram.

12 Anima mea, multa bona habes posita in annos plurimos: comede, bibe, epulare. dixit autem illi Deus: Stulte hac nocte animam

tuam

tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cùius erunt?

Cùm facis prandium aut cœnam, noli voca- 14
re amicos tuos, neque fratres tuos, neque
cognatos, neque vicinos, neque diuites, ne
fortè & ipsi reinuitent te, & fiat tibi retri-
butio: sed cùm facis conuiuium, voca pau-
peres, debiles, & cæcos, & claudos: & bea-
tus eris, quia non habent retribuere tibi.
Retribuetur enim tibi in resurrectione iu-
storum.

Homo quidam erat diues, qui induebatur 16
purpura, & bysso, & epulabatur quotidie
splendidè, & sepultus est in inferno (ad quē
dixit Abraham) recordare quia recepisti
bona in vita tua.

Vnusquisque suam cœnam præsumit ad 1.Cor.11.
manducandum, & alius quidem esurit, alius autem ebrius est.

Epulati estis super terram, & in luxuriis e- Iaco.5.
nutristis corda vestra.

Voluptatem existimantes diei delitias coin- 2.Pet.2.
quinationis & maculæ: delitiis affluētes, in conuiuijs suis luxuriantes.

Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes Iudæ.
sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur.

DIVITIARVM VANITAS.

NVdus egressus sum de vtero matris Iob.1.
meæ, & nudus redeo illuc.

Si comportauerit quasi terram argentum, & 27
sicut lutum præparauerit vestimenta; præ-

parabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet.

Psal. 16. Dimiserunt reliquias suas paruulis suis.

48 Cùm interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.

Ibidem. Relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum.

51 Sperauit in multitudine diuitiarũ suarum.

72 Velut somnium surgentium.

75 Dormierunt omnes somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum.

134 Similes illis fiant qui faciũt ea, & omnes qui confidunt in eis.

Prou. 10. Nihil proderunt thesauri impietatis.

11 Non proderunt diuitiæ in die vltionis.

17 Quid prodest stulto habere diuitias, cùm sapientiam emere non possit?

28 Qui odit auaritiam, longè fient dies eius.

Eccle. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.

5 Vbi multæ sunt opes, multi sunt qui comedunt eas.

Ibidem. Quid prodest possessori, nisi quòd cernat diuitias oculis?

Ibidem. Sicut egressus est nudus de vtero matris suę, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit, sic reuertetur.

Sapie. 5. Diuitiarum iactantia quid contulit nobis?

Ibidem. Omnia transierunt sicut vmbra, & tanquam nuntius precurrens, & tanquam nauis, quę pertransit fluctuantem aquam, cuius, cùm præterierit, non est vestigium inuenire, neque

que semitam carinæ illius in fluctibus.

Insatiabilis oculus cupidi, in tempore iniquitatis non satiabitur. *Eccli.14.*

In medio dierum suorũ derelinquet eas (.s. diuitias) & in nouissimo erit insipiens. *Ierem.17.*

Vbi sunt qui thesaurizant argentum & aurum in quo confidunt homines? *Bar.3.*

Ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt. *Ibidem.*

Argẽtum eorum foris proiicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. *Ezech.7.*

Desiderabile argentum vrticam hęreditabit: lappa in tabernaculis eorum. *Oseæ 9.*

Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam, quam fecisti. *Ezech.22.*

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi fures effodiunt, & furantur, vbi ærugo, & tinea demolitur. *Matt.6.*

Stulte hac nocte animam tuam repetẽt à te, quæ autem parasti cuius erunt? *Luc.12.*

Cauete & videte ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. 12

Audiebant autẽ hęc omnia Pharisęi, qui erãt auari, & deridebãt illum (sic adhuc multi.) 16

Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiam. *Ephes.4.*

Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. *1.Tit.6.*

Nihil enim intulimus in hunc mundũ: haud *Ibidem.*

dubium, quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur: his contenti simus.

Hebr.13. Sint mores sine auaritia, contenti praesentibus.

Iosu.1. Ipse enim dixit, non te deseram, neque derelinquam.

Diuitiarum spiritualium qualitas.

Psal.118 Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.

Esa.33. Diuitiae salutis sapientia, & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius.

Matt.6. Thesaurizate autem vobis thesauros in cęlo.

1.Tim.6. Diuitibus huius seculi praecipe diuites fieri in bonis operibus.

Vtilitas.

Prou.13 Redemptio animae viri diuitiae suae.

Luc.12. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem, in caelis, quò fur non accedit, neque tinea corrumpit.

1.Cor.1. In omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo, & in omni scientia.

2.Cor.8. Scitis enim gratiā Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset diues, vt illius inopia vos diuites essetis.

DIVITIARVM CORPORALIVM
vsus bonus in congregando.

Prou.10. BEnedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eis afflictio.

16 Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate.

Noli

Noli laborare vt diteris, sed prudentiæ tuæ 23
pone modum.

Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient sibi pennas, quasi aquilæ, & volabunt in cælum. *Ibidem.*

Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. *Eccli.13.*

In conseruando.

Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. *Psal.61.*

Iustus comedit, & replet animam suam: venter autem impiorum insatiabilis. *Prou.13.*

Corona sapientum diuitiæ eorum: facultas 14
stultorum imprudentia.

Hoc itaque visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, quo laborauit sub sole. *Eccle.5.*

Et omni homini dedit Deus diuitias atque substantiam, potestatemq; tribuit vt comedat ex eis, vt fruatur parte sua, & lætetur de labore suo, hoc est donum Dei. *Ibidem.*

Memento paupertatis in tẽpore abundãtiæ, & necessitatẽ paupertatis in die diuitiarũ. A mane vsq; ad vesperam immutabitur tempus & hæc omnia citata in oculis Dei. *Eccli.18.*

Beatus diues, qui inuentus est sine macula, 31
& qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunia, & thesauris.

Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua, diues autem in humilitate sua. *Iacob.1.*

In exponendo.

Honora Dominũ de tua substãtia, & de primitiis omnium frugum tuarũ da pauperibus, *Prou.3.*

bus, & implebuntur horrea tua saturitate,
& vino torcularia tua redundabunt.

30 Mendicitatē & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo necessaria, ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicā: quis est Dominus? Aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Dei mei.

Eccle. 2. Nónne melius est comedere, & bibere & ostēdere animę suæ bona de laboribus suis? Et hoc de manu Dei est.

3 Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonū de labore suo, hoc donū Dei est.

Eccl. 14. Fili si habes, bene fac tecum, & Deo dignas oblationes offer.

Luc. 14. Cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cęcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi.

16 Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis?

Abusus in congregando per fraudem.

Leuit. 19. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statera iusta, & æqua sint pondera.

Prou. 24 Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis, quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.

Osea 12. Chanaam in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit.

Amos 8. Audite hoc, qui cōteritis pauperē, & deficere facitis egenos, dicentes: Quando transibit mensis, & venundabimus merces: & sabbatum, & aperiemus frumētū: vt minuamus

mensu-

mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas: Vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamẽtis, & quisquilias frumẽti vendamus? iurauit Dominus per excellentiã Iacob, si oblitus fuero vsque in finem opera eorũ. Nunquid super isto nõ commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius?

Punitio in anima.

Nihil proderunt thesauri impietatis.. *Prou. 10.*

Pondus & pondus, mensura & mensura, vtrunq; abominabile est apud Dominum. 20

Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris: Est mihi sufficiens tempus. Nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. *Eccle. 5.*

Multos perdidit aurum & argentum. 8

Nihil est iniquius quam amare pecuniã: hic enim & animam suam venalem habet. 10

In substantia.

Non inueniet fraudulentus lucrum. *Prou. 12.*

Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. 20

Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. 28

Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius. *Ibidem.*

Iniquitates vestrę declinauerũt hęc, & peccata nostra prohibuerũt bonũ à vobis: quia inuẽti sũt in populo impij, insidiãtes quasi aucupes, laqueos ponẽtes, & pedicas ad capiẽdos viros. *Ierem. 5.*

Mich.6. Ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. Nunquid iustificabo stateram impiam, & saccelli pondera dolosa? In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.

Ibidem. Et ego cœpi percutere te. Tu comedes, & nõ saturaberis.

Ibidem. Tu seminabis, & non metes.

Abac.2. Væ ei qui multiplicat non sua: Vsquequo aggrauat cõtra se densum lutũ? Nunquid nõ repẽtè consurgẽt, qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinã eis?

Per rapinam.

Iob 12. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deũ, cùm ipse dederit omnia in manu eorum.

Eccli.13. Venatio leonis onager in eremo, & pascua diuitum, sunt pauperes.

34 Panis tenuis vita pauperum est: qui defraudat eam, est vir sanguinarius.

Ibidem. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.

Punitio in anima.

Prou.21. Damnum, quod dant impij, ad ipsos redibit: quia noluerunt facere quod æquum erat, & iustum est.

Esa.9. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis.

Hierem.22 Væ qui ædificat domum suã in iniustitia, & cœna-

cœnacula sua non in iudicio: amicũ suum opprimet frustra, & mercedẽ nõ reddet ei.
Rapaces regnum Dei non possidebunt. *1. Cor. 6.*

In prole.

Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente suscipient. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erit, & nepotes eius nõ saturabũtur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt. *Iob 27.*

In substantia.

Si coacervet impius argentum vt puluerem, & sicut lutum paret vestimẽta: parabit quidem, sed iustus vestietur illis, ac innocẽs argentum diuidet. *Iob 27.*

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. *Psal. 61.*

Ne attingas paruulorũ terminos, & agrum pupillorum ne introeas: propinquus enim illorum fortis est, & iudicabit contra te causam illorum. *Prou. 23.*

Facultates iniustorũ in modum luminis arescent, & per tumultum dissipabũtur, vt ingens tonitru cum pluuia. *Eccli. 40.*

Pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis, vineas plãtastis amœnissimas, at vinum earum haudquaquam bibetis. *Amos 5.*

Væ qui cogitatis inutile, & operamini malũ in cubilibus vestris: In luce matutina faciũt *Mich. 2.*

illud,

illud, quia contra Dominũ est manus eorũ.
Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos, & calumniabantur virum, & domũ eius: hæreditatem eius. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego cogito super familiã istam malum, vnde nõ auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi: quoniam tempus pessimum est.

Ibidem. Desuper tunicam palliũ sustulistis, & eos q. transibant simpliciter conuertistis in bellũ. Mulieres populi mei eiecistis de domo delitiarum suarum: & à paruulis earum tulistis laudem in perpetuum. Surgite & ite, quia non habebitis hic requiem.

3 Et dixi, audite principes Iacob duces domus Israël: Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum; qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum?

Ibidem. Tunc clamabunt ad Dominum, & nõ exaudiet eos, & abscondet faciem suam ab eis eo tempore, quemadmodum & ipsi malitiæ suæ studuerunt.

Abac. 2. Quoniam tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te quoque reliquiæ populorũm.

In conseruando.

27 Diues cũ dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nemo aderit ei. Inruent in eum terrores, vt aqua, & nocte furtim opprimet illum tempestas.

Psal. 48. Ne timueris cùm diues factus fuerit homo

Quo

Quoniam cùm introierit, nõ sumet omnia.

Ecce homo qui nõ posuit Deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum. 51

Qui abscondit frumẽta, execratur à populo: benedictio autem super caput distrahentis. *Prou. 11.*

Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole; diuitiæ conseruatæ in exitiũ domini, pereũt enim in afflictione pessima. Generauit filium, qui in summa egestate erit. *Eccle. 5.*

Miserabilis prorsus infirmitas, quomodo venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventum? *Ibidem.*

Cũctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris, & in curis multis. *Ibidem.*

Est & aliud malum quod vidi sub sole, idque principatum apud homines obtinuit: Vir cui dedit Deus diuitias, & opes & honorẽ, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo: sed extraneus quispiã deuorabit illud. 6

Est qui locupletatur parcè agendo, & hęc est pars mercedis illius in eo, quod dicit: Inueni requiem mihi, & nunc mãducabo de bonis meis solus, & nescit quòd tempus prætereat illum, & mors appropinquet, & relinquet omnia aliis, & morietur. *Eccli. 11.*

Viro cupido & tenaci sine ratione est substãtia, & homini liuido ad quid aurum? 14

Qui sibi nequã est, cui alij bonus erit? & nõ iucundabitur in bonis suis. *Ibidem.*

Qui

Ibidem. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & h[illegible] redditio est malitiæ illius.

Agg. 1. Qui merces cõgregauit, misit eas in saccu[m] pertusum.

Luc. 12. Hominis cuiusdã diuitis vberes fructus a[ger] attulit, & cogitabat intra se dicens: Quid [fa]ciam, quòd non habeo quò congregẽ fr[u]ctus meos? & dixit, Hoc faciam: Destrua[m] horrea mea, & maiora faciã, & illuc cõg[re]gabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bo[na] mea, & dicã animę meę: Anima, habes mu[l]ta bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, gaude. Dixit autem illi *Deus* Stulte, hac nocte animã tuam repetũt à te. Quæ autem parasti, cui cedent? *Sic est qui* recondit sibi, & non est erga Deum diues.

Iacob 5. Agite nunc diuites, plorate, vlulantes *super* miseriis vestris quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra tineis obnoxia facta sunt. Aurum & argentum vestrum ærugine vitiatum *est*, & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & exedet carnes vestras sicut ignis Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus.

In expendendo.

Prou. 23. Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.

Luc. 6. Væ vobis diuitibus qui habetis hîc consolationem vestram.

16 Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua

Diuitiarum vtilitas, sed transitoria.

Prou. 14. Amici diuitum multi.

Sub-

Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi 18
murus validus circundans eum.

Vtilior est sapientia cum diuitiis. Sicut enim *Eccle.7.*
protegit sapientia, sic protegit pecunia.

Pecuniæ obediunt omnia. 10

Diues cõmotus cõfirmabitur ab amicis suis; *Eccli.13.*
humilis autem, cũ ceciderit, expelletur & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores, locutus est superba, & iustificauerunt eum. Humilis deceptus est, insuper & arguitur. Locutus est sensatè, & nõ datus est ei locus. Diues locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent. Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic? quòd si offenderit, subuertunt illum.

Laborauit diues in cõgregatione substantię, *Eccli.31.*
& in requie sua replebitur bonis suis.

Aurum & argentum constituet pedem. 40

Erigunt quidem animum opes & potentia, *Iidem.*
sed vtroque præstat timor Domini.

Quæ mala faciant.

Deuorauit eos terra (id est, terrenus amor.) *Exod.15.*

Vsquequo stulti ea, quæ sibi sunt noxia, cu- *Prou.1.*
pient?

Qui confidit in diuitiis suis, corruet. 11

Considerans reperi & aliam vanitatem sub *Eccle.4.*
sole. Vnus est, & non habet secundum, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiatur oculus eius diuitiis, nec recogitat, dicens: Cui laboro, & defraudo genium meum bonis?

Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue 5
mul-

multum comedat: Saturitas autem diuit non sinit eum dormire.

Eccli.5. Qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis.

8 Multos perdidit aurum & argentum, cordaque regum peruertit.

14 Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis; non satiabitur, donec consumat arefaciens animam suam. Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam.

27 Qui quærit locupletari, peruertit oculũ suũ.

30 Melior est pauper sanus & fortis viribus, quã diues imbecillis, & flagellatus malitia.

31 Qui aurum diligit, non iustificabitur.

Ibidem. Multi dati sunt in auri casus, & facta est in specie ipsius perditio illorum. Væ illis qui sectantur illud, & omnis insipiens eo capietur.

41 O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis!

Esa.29. De terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum (propter amorem quẽ habes.)

57 Propter iniquitatẽ auaritiæ eius, iratus sum, & percussi eum. Abscondi à te faciẽ meam, & indignatus sum.

Ierem.5. Magnificati sunt & ditati. Incrassati sunt & impinguati: & præterierũt sermones meos pessimè.

15 Diuitias tuas, & thesauros tuos in direptionem dabo.

22 Locutus sum ad te, in abundantia tua dixisti: Non audiam.

Vbi

Vbi sunt, qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines? Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt., & alij loco eorum exurrexerunt. *Baru. 3.*

Intumuerunt aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari. *Ezech. 47*

In copia rerum omnium occîdet plurimos. *Dan. 8.*

Ipsi diligunt vinacia vuarum. *Osee 3.*

Calumniá patiens est Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire post sordes. *Osee 5.*

Nemo potest duobus dominis seruire; aut vnum odio habebit, & alterum diliget; aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ. *Matt. 6.*

Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit. *Ibidem.*

Qui autē seminatus est in spinis, hic est qui verbū Dei audit, & solicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbū, & sine fructu efficitur. 13

Amē dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnū cælorū. Et iterū dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus trāsire, quàm diuitem intrare in regnum cęlorum. 19

Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. *Ibidem.*

Hoc scitote intelligentes, quód omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. *Ephes. 5.*

Phil. 3. Dico inimicos crucis Christi, qui terrena sapiunt.

Iacob. 4. Vnde & bella & lites in vobis? nónne ex cōcupiscentiis vestris?

2. Pet. 2. Cor exercitatum in auaritia habentes, maledictionis filij, derelinquentes rectam viam errauerunt.

Apoc. 3. Tu dicis quia diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia miser es, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

Crimina nutriunt.

Eccli. 8. Multos enim perdidit aurum & argentū: & vsq; ad cor Regum extendit, & conuertit.

11 Si diues fueris, non eris immunis à delicto.

21 Domus, quæ nimis locuples est, annullabitur superbia.

1. Tim. 6. Qui volunt diuites fieri, incidūt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas.

DOCTRINAE BONAE MODVS

quo ad docentem.

1. Esd. 7. IMperitos docete liberè.

Prou. 18. Aqua profunda verba ex ore viri: & torrēs redundans fons sapientiæ.

19 Doctrina viri per patiētiam noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi.

23 In auribus insipiētium ne loquaris, quia despicient doctrinam eloquij tui.

Eccle. 9. Verba sapientium audiūtur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos.

Verba

Verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi, quæ per magiſtrorũ cõſilium data ſunt à paſtore vno. *Eccli. 12.*

Beatus qui enarrat iuſtitiam auri audienti. 25

Anima viri ſancti enuntiat aliquando vera, quàm ſeptem circunſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. 37

Quò ad audientem.

Docete me, & ego tacebo, & ſi quid fortè ignoraui, inſtruite me. *Iob 6.*

Doctrinam magis, quàm aurum eligite. *Prou. 8.*

Doce iuſtum, & feſtinabit accipere. 9

Cor ſapientis quęrit doctrinam, & os ſtultorum paſcitur imperitia. 15

Non ceſſes audire, fili, doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ. 19

Fili mi, inclina aurem tuã, & audi verba ſapiẽtium. Appone autem cor ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cùm ſeruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis, vt ſit in Domino fiducia tua. 22

Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter in cogitationibus & ſcientia, vt oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, reſpondere ex his illis, qui miſerunt te. *Ibidem.*

Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba ſcientiæ. 23

Auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam. *Eccli. 3.*

Eſto manſuetus ad audiẽdum verbum Dei, vt intelligas, & cum ſapientia proferas reſponſum. 5

Eccle.6. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam, & si dilexeris audire, adipisceris scientiam.

In multitudine presbyterorum prudentium consiste, & sapientiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire: & prouerbia laudis non effugiant à te. Et si videris sensatum, euigila ad eum, & limina forium eiusdem atterat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

8 Non te prætereat narratio seniorum, ipsi didicerunt à patribus suis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum.

Rom.15. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.

Fructus docentis.

Prou.10. Labia iusti erudiunt plurimos, qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur.

12 Doctrina sua noscitur vir, qui autem vanus & excors est, patebit contemptui.

Eccli.4. In lingua sapientia dignoscitur, & sensus & scientia & doctrina in verbo sensati, & firmamentum in operibus iustitiæ.

33 Vir peritus multos erudit, & animæ suę suauis est.

Audientis.

Prou.1. Audiens sapiens sapiētior erit, & intelligens gubernacula possidebit.

In

In corde prudentis requieſcit ſapiētia, & in- 14
doctos quoſque erudiet.

Fons vitæ eruditio poſſidentis: ſtultorum di- 16
ſciplina ſtultitia eſt. Cor ſapientis erudiet
os eius, & labiis eius addet gratiam. Fauus
mellis eſt amœnus ſermo, dulcedo animæ,
& oſſium medela.

Cor prudentis poſſidebit ſcientiam, & auris 18
ſapientium quæret doctrinam.

Comede fili mi mel, quia bonū eſt, & fauum 24
dulciſſimum gutturi tuo: Sic & doctrina
ſapientiæ animæ tuæ; quam cùm inuene-
ris, habebis in nouiſſimis ſpem, & ſpes tua,
non peribit.

Stude ſapientiæ fili mi, & lętifica cor meū, vt 27
poſſis exprobranti reſpondere ſermonem.

Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vſ- *Eccle.6.*
que ad canos iuuenies ſapientiam. Quaſi
is, qui arat, & qoi ſeminat, accede ad eam,
& bonos fructus ab ea exſpecta.

Contemptus doctrinæ.

Sapientiam atq; doctrinam ſtulti deſpiciūt. *Prou.1.*

Qui erudit deriſorem, ipſe iniuriā ſibi facit: 9
& qui arguit impium, ſibi maculā generat.

Quærit deriſor ſapientiam, & non inueniet: 14
doctrina prudentium facilis.

Qui euitat diſcere, incidet in mala.

Non recipit ſtultus verba prudentiæ, niſi ea 17 18
dixeris, quæ verſantur in corde ſuo.

Acetum in nitro, & qui cantat carmina cor- 25
di peſſimo.

Quàm aſpera eſt nimium ſapientia indoctis *Eccli.6.*

hominibus, & non permanebit in illis excors.

Ibidem. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est eius, & non est multis manifesta. Quibus autem cognita est, permanet vsquè ad conspectum Dei.

21 Non erudietur, qui non est sapiens in bono. Est autem insipientia, quæ abundat in malo, & non est sensus vbi est amaritudo.

Ibidem. Cor fatui quasi vas confractũ, & omnem sapientiam non tenebit. Verbũ sapiens quodcunq; audierit, scius laudabit, & ad se adiiciet. Audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suum.

22 Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Qui narrat verbũ non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno. Cum dormiente loquitur, qui enarrat stulto sapientiam.

23 Homo assuetus in verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur.

Matt.7. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos.

Doctrinæ prauæ effectus quò ad docentem.

Iob 13. Prius vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum.

Prou. 15 Os fatuorum ebullit stultitiam.

Ibidem. Labia sapientum disseminabunt scientiam, cor stultorum dissimile erit.

Ibidem. Doctrina mala deserentium viam vitæ: qui increpationes odit, morietur.

Doctri-

Doctrina stultorum fatuitas. 16
Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui 21
in ira operatur superbiam.
Narratio fatui quasi sarcina in via. *Eccli.21.*

Quo ad audientem.

Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur. *Prou.21.*
Nunquid potest cæcus cęcum ducere? Nónne ambo in foueam cadunt? *Luc 6.*

Doctrinæ curiosæ malum.

Qui scrutator est maiestatis, opptimetur à gloria. *Prou.25.*
Et agnoui quod in his quoque esset labor, & afflictio spiritus, eò quòd in multa sapientia multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem. *Eccle.1.*
Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, cogita semper; & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. 3

DOLOSVS DEVM OFFENDIT.

Simulatores & callidi prouocãt iram Dei, neque clamabunt cùm vincti fuerint. Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos. *Iob 36.*
Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. *Psal.5.*
Disperdet Dominus vniuersa labia dolosa. 11
Abominatio Domini est omnis illusor. *Prou.3.*

Proximum fallit.

Sepulchrum patẽs est guttur eorum, linguis *Psal.13.*

suis dolosè agebant, venum aspidum sub labiis eorum.

Psal. 54. Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.

139 Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labiis eorum.

Eccle. 11. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim sunt insidiæ dolosi. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caueā, & vt caprea in laqueū; sic & cor superborum, & sicut prospector videns casum proximi sui: Bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam. A scintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloso augetur sanguis: homo verò peccator sanguini insidiatur.

Ibidem. Attende tibi à pestifero: fabricat enim mala, ne fortè inducat super te subsannationem in perpetuum.

Ibidem. Admitte ad te alienigenā, & subuertet te in turbine, & abalienabit te à viis propriis.

Esa. 32. Stultus enim fatua loquetur, & cor ei⁹ faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitienti auferat. Fraudulenti vasa pessima sunt: Ipse enim cogitationes concinnabit ad perdendos mites in sermone mēdacij, cùm loqueretur pauper iudicium.

Ierem. 6. A propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.

Seip-

Seipsum perdit.

Ecce, parturiit iniustitiã, concepit dolorem, *Psal.7.*
& peperit iniquitatem. Lacum aperuit, &
effodit eũ: & incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: & in
verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Infixæ sunt gentes in interitu quem fecerũt: 9
in laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.

Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt 54
dies suos.

Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. *Prou.3.*

Non inueniet fraudulentus lucrum. 12

Vir versutus odiosus erit. 14

Qui decipit iustos in via mala, in interitu 28
suo corruet, & simplices possidebũt bona eius.

Qui in altum mittit lapidẽ, super caput eius *Eccli.27.*
cadet: & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera, & qui foueã fodit, incidet in eam, & qui statuit lapidẽ proximo suo, offendet in eo, & qui laqueum alij ponit, peribit in illo.

Sagitta vulnerans lingua eorũ, dolum locuta *Ierem.9.*
est in ore suo: pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Nũquid super his non visitabo, dicit Dominus, & in gente huiusmodi nõ vlciscetur anima mea?

Maledictus dolosus. *Mala.1.*

DOMINVS QVAERENDVS.

Cum quæsieris Dominum Deum tuum, *Deut.4.*
inuenies eum: si tamẽ toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ.

1.Par.15 Si quæsieritis Dominũ, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

1.Par.22 Præbete corda vestra & animas vestras, vt quæratis Dominum.

2.Par.15 Si quis non quæsierit Dominum Deum Israël, moriatur à minimo vsq; ad maximum, à viro vsque ad mulierem.

1.Esd.8. Manus Dei nostri est super omnes qui quęrunt eum in bonitate.

Psal.68. Quærite Deum, & viuet anima vestra.

77 Cùm occideret eos, quærebant eũ, & reuertebantur; & diluculo veniebant ad eum.

104 Lætetur cor quærentium Dominum.

Ibidem. Quærite Dominum, & confirmamini: quęrite faciem eius semper.

Cant.3. Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram, quem diligit anima mea, quæsiui & non inueni.

Sap.1. In simplicitate cordis quærite illũ, quoniam inuenitur ab his qui non tentant illũ: apparet autem eis, qui fidem habent in illum.

6 Inuenitur ab his qui quærunt illũ, præoccupat qui se concupiscunt, vt se illis ostendat.

Esa.21. Venit mane & nox si quæritis, quærite.

55 Quærite Dominum dum inueniri potest.

65 Quæsierũt me qui antè non interrogabant; inuenerunt qui non quæsierunt me.

Ierem.29 Quæretis me & inuenietis: cùm quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis, ait Dominus.

Baru.4. Sicut fuit sensus vester, vt erraretis à Deo, decies tantũ iterũ conuertẽtes requiretis eum.

Tem-

Tempus requirendi Dominum cùm venerit, qui docebit vos iustitiam. *Oseæ 10.*

Quęrite me & viuetis, & nolite quęrere Beth-el. *Amos 5.*

Quærite Dominum & viuite, ne fortè comburatur vt ignis domus Ioseph, & deuorabit & non erit, qui extinguat Beth-el. *Ibidem.*

Quærite bonum & non malum, vt viuatis, & erit Dominus vobiscum, sicut dixistis. *Ibidem.*

Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quomodo abscondamini in die furoris Domini. *Soph. 2.*

Eamus & deprecemur faciē Domini, & quęramus Dominū exercituum, vadā etiā ego. *Zach. 8.*

Quærite primùm regnum Dei. *Matt. 6.*

Quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis. 7

Quæritis me, nō quia vidistis signa, sed quia de panibus meis manducastis, & saturati estis. (sic multi.) *Ioan. 6.*

Qui venit ad me, non esuriet. *Ibidem.*

Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. *Ibidem.*

Quæretis me & non inuenietis, & vbi ego sum, vos non potestis venire. 7

Ecce vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. 8

Quæ sursum sunt sapite. *Colos. 3.*

DOMINVS IMITANDVS.

FAc secundum exēplar quod tibi in monte (Christo) monstatum est. *Exod. 25.*

Domi-

Deut. 13. Dominũ Deum veſtrũ ſequimini, & ipſu[m] timete, & mandata eius cuſtodite.

14 Filij eſtote Domini Dei veſtri.

3. *Reg.* 18. Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi D[o]minus Deus eſt, ſequimini eum; ſi autē Baal, ſequimini illum.

4. *Reg.* 6. Sequimini me, & oſtẽdam vobis virũ que[m] quæritis (Chriſtum) Eliſeus (Deus me[us] Saluator.)

Iob 23. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus.

Ierem. 17 Et ego non ſum turbatus, te paſtorẽ ſequens.

Cant. 1. Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum

Mich. 2. Aſcendet pandens iter ante eos.

Et infrà. Tranſibit Rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

1. *Mac.* 2 Omnis qui zelum habet legis, ſtatuẽs teſtamentum, exeat poſt me.

Matt. 4. Continuò relictis retibus, ſecuti ſunt eum.

Luc. 7. Magiſter ſequar te quocunque ieris.

Ibidem. Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.

Matt. 8. Aſcendente Ieſu in nauiculam (crucis) ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.

9 Ait Leui: Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eum.

10 Qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.

16 Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuam, & ſequatur me.

19 Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me.

Vos

Vos qui secuti estis me, & reliquistis omnia, in regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. *Ibidem.*

Tetigit oculos eorum, & statim viderunt, & secuti sunt eum. 20

Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. *Ioan. 8.*

Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me.

Si quis mihi ministrat, me sequatur. (mi- 12

Estote imitatores Christi, sicut filij charissi- *Ephes. 5.*

Sequor autem si quo modo comprehendam. *Phil. 3.*

Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt sequamini vestigia eius. *1. Pet. 2.*

Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. *1. Ioan. 2.*

Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt: hi sequuntur agnum quocunque ierit. *Apo. 14.*

DOMVS AETERNALIS.

IN domo patris mei mãsiones multæ sunt. *Ioan. 14.*

Scimus quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus: domũ non manufactam, sed æternam in cælis. *2. Cor. 5.*

Domus spiritualis virtuosè ædificatur.

Ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidẽ reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales, sacerdotium sanctũ, offerentes spiritua- *1. Pet. 2.*

rituales hostias acceptabiles Deo per Christum Dominum nostrum. 1. Timoth. 3. Hæc tibi scribo. Eccles. 2.

Gratiosè inhabitatur.

Hebr. 3. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimoniũ eorum, quę dicenda erant. Christus verò, tanquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsq; ad finem firmam retineamus.

Domus corporalis bene construitur.

Psal. 126 Nisi Dominus ædificauerit domũ, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Prou. 24. Præpara foris opus tuum: & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifica domum tuam.

Eccli. 21. Qui ædificat domũ suam impediis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme.

Ierem. 22 Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei. Qui dicit, ædificabo mihi domum latam.

Malè destruitur.

Prou. 11. Qui conturbat domum suam, possidebit vẽtos; & qui stultus est, seruiet sapienti.

14 Domus impiorũ delebitur; tabernacula verò iustorum germinabunt.

15 Domum superborũ demolietur Dominus.

Ibidem. Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam.

17 Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus

domus plena victimis cum iurgio.
In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum perstillabit domus. *Eccle. 10.*
Obiurgatio & iniuriæ annullabunt substantiam, & domus, quæ nimis locuples est, annullabitur superbia; sic substantia superbi eradicabitur. 21

Debitè gubernatur.

Nouit iustus iumentorum suorum animas. *Prou. 12.*
Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio. 15
Noli esse sicut leo in domo tua euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. *Eccli. 4.*
Et à filiis tuis caue, & à domesticis tuis attende. 32
Filio & mulieri, fratri & amico non des potestatem super te in vita tua: & ne dederis alij possessionem tuam: ne fortè te pœniteat, & depreceris pro illis. 33
Dum adhuc superes & aspiras, non immutabit te omnis caro. Melius est enim vt filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum. *Ibidem.*

Plenè firmatur.

Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. *Prou. 27.*
Initium vitę hominis, aqua & panis, & vestimentum, & domus protegēs turpitudinem. *Eccli. 29.*
Melior est victus pauperis sub tegmine asserū, quàm epulæ splendidè peregrè sine domicilio. Minimū pro magno placeat tibi, & improperiu peregrinationis non audies. *Ibidem.*

Vita

Vita nequam hospitandi de domo in domum, & vbi hospitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os (suum) Hospitabitur & pascet, & portabit ingratos, & adhuc amara audiet. Transi hospes, & orna mensam, & quæ in manu habes, & ciba cæteros. Exi à facie honoris inimicorũ meorũ: necessitudine domus meæ hospitio mihi factus es frater. Grauia hæc homini habẽti sensum. Correptio dom⁹, & improperiũ fœnerãtis.

DONA DIVINA LIBERALITER A DEO DANTVR.

Iob 41. ET quis antè dedit mihi, vt reddam ei?
Eccle. 11. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt.

Rom. 11. Quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi honor & gloria in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 4. Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?

Ephes. 4. Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensurã donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

Iacob. 1. Nolite itaq; errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum.

Multipliciter ordinantur.

Matt. 25 Sicut enim homo peregrè proficiscẽs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, & vni

vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique, secundum propriam virtutem.

Sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. *1. Cor. 7.*

Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. 12

Et ipse dedit quosdam quidem apostolos. *Ephes. 4.*

Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. *1. Pet. 4.*

Vtiliter operantur.

Intellectus bonus omnibus facientibus eũ. *Psal. 110*

Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternum. *Eccle. 11.*

Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. *Matt. 25*

Omni autem cui multum datũ est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. *Luc. 12.*

Homo quidam, &c. Negotiatio. 3. 19

Dona humana fructuosè tribuuntur.

Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit. *Prou. 18.*

Munus absconditũ extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. 21

Victoriam & honorem acquiret, qui dat munera. 22

Eccle.18. Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali. Nónne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbú melius quàm datum. Nónne ecce verbum super datum bonum? Sed vtrunque cum homine iustificato.

20 Est qui multa redimat multo pretio, & restituens ea in centuplum.

41 Cùm dederis, ne improperes.

Act.20. Beatius est magis dare quàm accipere.

Periculosè accipiuntur, quia libertatē adimunt.

Prou.22. Animam autem aufert accipientium.

Eccli.18. Stultus odiosè exprobrat, inuidiq́ue donum tabefacit oculos.

20 Est datum quod non est vtile, est datum cuius retributio duplex.

Ibidem. Datus insipientis non erit vtilis tibi; oculi enim illius septemplices sunt. exigua dabit, & multa improperabit, & apertio oris illius inflammatio est.

Veritatem peruertunt.

Exod 23. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum.

Prou.15. Qui odit munera, viuet.

Eccli.20. Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi murus in ore auertit correctiones eorum.

Pœnalitatem adducunt

Iob 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.

Eccle.4. Non sit porrecta manus tua ad accipiēdum, & ad dandum collecta.

Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. *Esa.33.*

EBRIETAS.

Bibite charissimi. & inebriamini charissimi (hæc dicit Dominus suis, & diabolus suis.) *Cant.5.*

Mulier ebriosa, ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. *Eccl.26*

Sicut ignis probat ferrum durum, sic vinum corda arguet in ebrietate potatum. *31*

Diligentes in vino noli prouocare, multos enim exterminauit vinum. *Ibidem.*

Amaritudo animæ vinũ multum potatum: æqua vita vinum hominibus: si bibas illud moderatè, sobrius eris, in iocunditate creatum est, non in ebrietate ab initio. *Ibidem.*

Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum: & sobrius potus, sanitas est animæ & corporis. *Ibidem.*

Quàm sufficiens est homini erudito vinum exiguum: in dormiendo non laborabis ab illo, nec senties dolorem. *Ibidem.*

Sicut enim vinum bibere semper, aut bibere aquam, contrarium est; alternis autem vti delectabile. *2.Ma.15*

Non in cõmessationibus, & in ebrietatibus. *Rom.13.*

Qui ebrij sunt, nocte (peccati) ebrij sunt. *1.Thes.5.*

Ebrietas iram Dei prouocat.

Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam vt vino æstuetis. Cithara & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in cõuiuiis vestris: *Esa.5.*

& opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis.

Ibidem. Væ qui potentes estis ad bibēdum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.

Dan.5. Præcepit ergo (Rex Baltazar) iā temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Ierusalem: vt biberent in eis Rex, & optimates eius, vxoresq; eius, & concubinæ.

Ioel.1. Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinū in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro.

1.Cor.6. Neque ebriosi regnum Dei possidebunt.

Mentem alienat.

Prou.23. Ne intuearis vinum quando flauescit: cùm splenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, & in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbūt extranea: & cor tuū loquetur peruersa, & eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices: Verberauerunt me, sed non dolui: traxerūt me, & ego non sensi. Quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

Eccli.19. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos.

31 Ne compr mas in conuiuio vino.

Esa.28. Væ coronæ superbiæ ebriis Effraim, & flori decidenti, & gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguissimæ errantes à vino.

Verum

Verum hi quoque præ vino nescierũt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate; nescierunt videntem, & ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu, sordiumque, ita vt non esset locus vltra. *Ibidem.*

Venite, sumamus vinũ, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius. 56

Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis atque nudaberis. *Thren. 4.*

Fornicatio & vinũ & ebrietas auferunt cor. *Oseæ 4.*

Libidinem inflammat.

Luxuriosa res vinum. *Prou. 20.*

Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. *Ephes. 5.*

Corpus eneruat.

Qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. *Prou. 11.*

Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque surgatis à facie gladij, quē ego mittam inter vos. *Ierem. 25*

Substantiam dissipat.

Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorũ, qui carnes ad vescendum conferunt, quia vacantes potibus & dantes symbola consumentur. *Prou. 23.*

Operarius ebriosus non locupletabitur. *Eccli. 19.*

Pacem separat.

Tumultuosa ebrietas. *Prou. 20.*

Cui vę, cuius patri vę, cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera, cui suffossio oculorum? Nonne his, qui commorantur in vino, & 23

ſtudent calicibus epotandis?

Eccli. 31. Ebrietatis animoſitas, imprudentis offenſio minorans virtutem, & faciens vulnera.

Ibidem. Vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit.

Osea 7. Cœperunt principes furere à vino.

Secretum manifestat.

Prou. 31. Nullum ſecretum eſt, vbi regnat ebrietas.

Abac. 2. Væ qui potũ dat amico ſuo, mittens fel ſuũ, & inebrians, vt aſpiciat nuditatem eius, repletus eſt ignominia pro gloria: bibe tu quoque & conſopire: circundabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam.

ECCLESIAE FVNDAMENTA.

Esa. 54. ECce ego ſternã per ordinẽ lapides tuos.

Matt. 7. Omnis ergo, qui audit verba mea hęc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domũ ſuam ſuper petrã, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit Fundata enim erat ſuper petram.

16 Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eã.

1. *Cor.* 3. Secundum gratiam quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentum poſui, alius autem ſuperædificat.

Ibidem. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.

Ephes. 2. Superædificati ſuper fundamentũ apoſtolorum,

rum,& prophetarum,ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in tabernaculum Dei in Spiritu ſancto.

Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidē reprobatum, à Deo autem electum,& honorificatum, & ipſi tāquam lapides viui ſuperædificamini domos ſpirituales in ſacerdotium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtum. *1.Pet.2.*

Firmamentum.

Sicut in diebus Noë iſtud mihi eſt,cui iuraui,ne inducerem aquas diluuij vltra ſuper terram;ſic iuraui vt non iraſcar,& non increpem te. Montes enim commouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur. Dixit miſerator tuus Dominus. *Esa.54.*

Omnis qui venit ad me, & audit ſermones meos, & facit eos, oſtendā vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domū,qui fodit in altū,& poſuit fundamentum ſuper petram: Inundatione autem facta, illiſum eſt flumen domui illi,& non potuit eā mouere:fundata enim erat ſuper petram. *Luc.6.*

Simon, Ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. 22

1.Tim.3 Hæc tibi ſcribo fili, vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

Complementum.

Nam hic recipit & bonos & malos, in fine ſegregabuntur.

Matt.13 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligēt de regno eius omnia ſcādala, & eos qui faciūt iniquitatē, & mittēt eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Ibidem. Iterum ſimile eſt regnū cælorū ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium cōgreganti. Quam cùm impleta eſſet educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa ſua, malos autem foras miſerant. Sic erit in conſummatione ſeculi.

25 Tunc ſimile erit regnum cælorum decē virginibus, quæ accipientes lāpades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ.

Eccleſiæ officium.

4.Reg.3. Cumq; cerneret Pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini.

Eſth.14. Volunt claudere ora te laudantium.

Pſal.25. In Eccleſiis benedicam te Domine.

32 Bene pſallite ei in vociferatione.

49 Immola Deo ſacrificium laudis: & redde altiſſimo vota tua.

Ibidem. Sacrificium laudis honorificabit me.

70 Repleatur os meum laude.

Exulta-

Exultabunt labia mea, cum cantauero tibi. *Ibidem.*
Septies in die laudem dixi tibi. 118
Ne iteres verbum in tua oratione. *Eccli.7.*
Non est speciosa laus in ore peccatoris 15
In omni corde & ore collaudate & benedicite nomen Domini. 39
Appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est à me & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. *Esa.29.*
Propè es tu Domine ori eorum, & longè à renibus eorum. *Ierem.12*
Leuemus corda nostra cũ manibus ad Deũ. *Thren.3.*
Non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis. *Oseæ 7.*
Odi & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. *Amos 5.*
Aufer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non audiam. *Ibidem.*
Conuertam festiuitates vestras in luctum, & cantica vestra in planctum. 8
Erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum. *Luc.24.*
Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. *Ioan.4.*
Psallam spiritu, psallam & mente. *1.Cor.14*
Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino. *Ephes.5.*
Commonentes vosmetipsos in psalmis. *Colos.3.*
Offeramus hostiam laudis semper Domino, *Heb.13.*
Tristatur aliquis vestrũ, oret; æquo animo est; psallat. *Iacob.5.*

Leuit.10 HAbetis scientiā discernēdi inter sanctū & profanum, inter pollutū & mūdum.

Deut.11. Propono in cōspectu vestro benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis: maledictionem, si non obedieritis mādatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis, & ambulaueritis post deos alienos, quos ignoratis.

30 Proposui in conspectu tuo vitam & bonum, & econtrario mortem & malum.

Ibidem. Proposui vobis vitam & bonū, benedictionem & maledictionem: elige ergo vitam, vt & tu viuas & semen tuum.

3.Reg.3. Dabis seruo tuo cor docile, vt populū tuum iudicare possit, & discernere inter bonū & malum.

Psal.83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Eccli.15. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam.

Ibidem. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi.

Esa.5. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucē, & lucē tenebras, amarum in dulce, & dulce in amarum.

Ierem.15. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meū eris.

21 Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.

Inter

Inter sanctum & profanum non habent distantiam: inter pollutum & mundum non intellexerunt. *Ezech 22*

Quærite bonum & nõ malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituũ vobiscum. *Amos 5.*

Elegerunt bonos in vasa sua, malos autẽ foras miserunt. *Matt. 13*

Hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum. *Phil. 1.*

Omnia probate, quod bonum est tenete. *1. Thes. 5.*

ELECTIO ET ELECTI QVALITAS.

EXaltaui electum de plebe mea. *Psal. 88.*

Non communicabo cum electis eorum, (cum excommunicatis.) *140.*

In electis i.nponet maculam. *Eccle. 11.*

Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum, iudicium Gentibus proferet. *Esa. 42.*

Quis erit electus, quem præponam ei? quis erit similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? *Ierem. 49*

Vocauit aduersus me tẽpus (per appellationem) vt conterat electos meos. *Thren. 1.*

Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? (sic.) *Amos 6.*

Quis putas est fidelis seruus & prudẽs, quem constituit Dominus super familiã suam, vt

det

det illi cibum in tempore?

Matt.25 Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam.

Luc.1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

1.Cor.3. Cùm sit inter vos zelus & contentio (in electionibus) nónne carnales estis? & secundum hominem ambulatis?

11 Conuenientibus vobis in Ecclesiam (ad eligendum) audio scissuras esse inter vos.

Hebr.5. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, *Filius* meus es tu, ego hodie genui te.

ELEEMOSYNA.

Exod.26. Pones propitiatorium super arcam testimonij in sancta sanctorum.

Eccli.14. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas da pauperi.

Eccli.4. Rogationem contribulati ne abiicias, & non auertas faciem tuam ab egeno.

Ibidem. Ab inope ne auertas oculos tuos propter irã.

Ibidem. Maledicentis tibi in amaritudine animę, exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autem eum, qui fecit illum.

Ibidem. Congregationi pauperum, affabilem te facito.

Luc.19. Quare non dedisti pecuniam meam ad vsuram? (pauperibus.)

Act.20. Beatius est dare quàm accipere.

Galat.6. Bonum autem facientes non deficiamus.

Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè ad domesticos fidei. *Ibidem.*

Eleëmosynæ fructus Deum placat

Eleëmosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit corā summo Deo, eleëmosyna, omnibus facientibus eam. *Tob. 4.*

Bona est oratio cum ieiunio, & eleëmosyna magis quā thesauros auri recondere; quoniam eleëmosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. 12

Per misericordiam & fidem purgantur peccata. *Prou. 15.*

Misericordia & veritate redimitur iniquitas. 16

Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur. 21

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleëmosyna resistit peccatis, & De⁹ prospector est eius, qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore casus inueniet firmamentum. *Eccli. 3.*

Eleëmosyna patris non erit in obliuione. *Ibidem.*

Exorare & facere eleëmosynā ne despicias. 7

Propter mandatū assume pauperem; & propter inopiam eius ne dimittas eū vacuum. 29

Pone thesaurū in præceptis altissimi, & proderit tibi magis quam aurum. *Ibidem.*

Conclude eleëmosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit (à peccatis &) ab omni malo. *Ibidem.*

Peccata tua eleëmosynis redime, & iniqui- *Dan. 4.*

tate s

tates tuas misericordiis pauperum: Forsitan ignoscet Deus delictis tuis.

Luc.11. Veruntamen quod superest date eleëmosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Meritum augmentat.

Tob.12. Qui faciunt eleëmosynam & iustitiam, saturabuntur vita.

Psal.111. Dispersit, dedit pauperibus; iustitia eius manet in seculum seculi.

Prou.14 Qui miseretur pauperis, beatus erit.

Ibidem. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis.

19 Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.

Eccli.12. Benefac iusto, & inuenies retributionẽ magnam: & si non ab ipso, certè à Domino.

14 Da (pauperi) & accipies, iustifica animã tuã. Ante obitum tuum operare iustitiã tuam: quoniam non est quod quæras apud inferos cibaria.

17 Eleëmosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis, quasi pupillam, conseruabit; & postea resurget, & retribuet illis retributionem vnicuiq; in caput ipsorum, & conuertet in inferiores partes terræ.

Eccli.29. Qui facit misericordiã, fœneratur proximo suo: & qui præualet manu, mandata seruat.

35 Qui facit misericordiam, offert sacrificium.

Esa.58. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meri-

meridies, & requiem dabit tibi Dominus Deus tuus semper, & splendoribus implebit animam tuá, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarũ, cuius non deficient aquæ.

Quicunque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam. *Matt. 10*

Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. 19

Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere: Hospes erã, & collegistis me: Nudus, & operuistis me: Infirmus, & visitastis me: In carcere, & venistis ad me. Tunc respondebũt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esuriẽtem, & pauimus te, & dedimus tibi potum? & respondens Rex dicet illis: Amẽ dico vobis, quãdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. 25

Vẽdite quæ possidetis, & date eleẽmosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurũ non deficientem in cælis, quò fur non appropiat, neq; tinea corrumpit. *Luc. 12.*

Cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. 14

Et

Luc.16. Et ego vobis dico, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

2.Cor.9. Qui parcè seminat, parcè & metet.

Hebr.6. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius qui ministrastis Sanctis, & ministratis.

13 Beneficentiæ & communicationis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promeretur Deus.

Bonum multiplicat substantiæ corporalis.

Psal.40. Beatus qui intelligit super egenũ & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.

Prou.22. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur, de panibus enim suis dedit pauperi.

Eccli.7. Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua.

29 Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso.

Ibidem. Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit.

Substantiæ temporalis.

Prou.3. De primitiis omniũ frugũ tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua sanctitate, & vino torcularia tua redundabunt.

Saturitate

11 Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt nõ sua, & semper in egestate sunt.

n. 24.

28 Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.

Luc.6. Date & dabitur vobis.

2.Cor.9. Potens est autẽ Deus omnẽ gratiã abundare facere in vobis, vt in omnibus semper om-

omnem sufficientiam habẽtes abundetis in omne opus bonum.

Eleëmosynæ modus quo ad intentionem, vt fiat ob Dei gloriam.

Cùm ergo facis eleëmosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & vicis, vt honorentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleëmosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, vt sit eleëmosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. *Matt. 6.*

Ad proximi indigentiam subleuandam.

Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ. Idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum tuam fratri tuo egeno, & pauperi, qui versatur tecum in terra. *Deut. 15.*

Panem tuum cum esuriẽtibus & egenis comede, & de vestimentis tuis nudos tege. *Tob. 4.*

Si benefeceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. *Eccle. 12.*

Da misericordi, & ne suscipias peccatorem. *Ibidem.*

Da bono, benefac humili, & non dederis impio, & ne receperis peccatorem. *Ibidem.*

Prohibe panes illi (scilicet impio) dare, ne in his potentior te sit. *Ibidem.*

Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. *Esa. 58.*

Cùm videris nudũ, operi eũ, & carnẽ tuam ne despexeris, & ne receperis peccatorem. *Ibidem.*

Tunc erumpet quasi manè, lumen tuum, &

sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet te: clamabis, & dicet, adsum.

Luc.3. Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

2.Cor.8. In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat.

1.Ioan.3. Non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate.

Ibidem. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suũ necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo?

Fiat de proprio, & iustè pro eo.

Tob.4. De substantia tua (non aliena) fac eleëmosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere. Ita enim fiet vt non auertatur à te facies Domini.

Matt.27 Non licet eos mittere in corbonã, quia prætium sanguinis est (tui ipsius.)

Luc.19. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Hilari animo.

Tob.4. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multũ tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, libenter impartiri stude.

Eccle.4. Fili eleëmosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere.

Ibidem. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua.

Cor inopis ne afflixeris, & non differas quod erogaturus sis in egenum. *Ibidem.*
Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde eidẽ pacificè cum mansuetudine. *Ibidem.*
Pauperi porrige manum tuã, vt perficiatur propitiatio tua, & benedictio tua. 7
Fili, in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali. Nónne ardorem refrigerabit ros? Sic & verbũ melius, quàm datum. 18
Gratis accepistis, gratis date.
Qui miseretur, in hilaritate. *Mat.10.*
Hilarem enim datorem diligit Deus. *Rom.12.* *2.Cor.9.*

EMVNDATIO.

AFferam pauxillum aquę, & lauentur pedes vestri. *Gene.18.*
Abiicite deos alienos, & mundamini, & mutate vestimenta vestra. 35
Facient mihi sanctuarium (de cordibus suis) & habitabo in medio eorum. *Exod.25.*
Vetera nouis superuenientibus proiicietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiiciet vos anima mea. *Leuit.26.*
Emundabitur possessio vestra, me commorante vobiscum: Ego enim sum Dominus, qui habito inter filios Israël. *Num.35.*
Auferte deos alienos, de medio vestrûm, Baalim & Astaroth, & præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthiim. *1.Reg.7.*
Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet *4.Reg.5.*

sanitatem caro tua, atque mundaberis.

1.Par.29 Opus grande est, neque enim homini praeparatur habitatio, sed Deo.

Eccli.34. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius?

Esa.1. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

64 Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalē lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris.

2.Par.29 Mundate domum Domini Dei patrum vestrorum, auferte omnem immunditiam de sanctuario.

Esa.40. Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

Ierem.4. Circuncidimini Domino, & auferte praeputia cordium vestrorum viri Iuda.

33 Emundabo illos ab omni iniquitate sua: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorū in quibus deliquerunt mihi, & spreuerunt me.

Ezech.16 Laui te aqua, & emūdaui sanguinem tuum ex te, & vnxi te oleo.

36 Effundam super vos aquā mundam, & mūdabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mūdabo vos.

Osea 8. Vsquequo non poterunt emundari?

Amos 4. Praeparare in occursum Dei tui Israël.

Zach.3. Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixi ad eum: Ecce abstuli à te iniquitatē tuam & indui te mutatoriis.

1.Mac.4 Ecce contriti sunt inimici nostri, ascēdamus nunc mundare sancta, & renouare.

Elegit sacerdotes sine macula, voluntatē habentes in lege Dei, & mundauerūt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum: *Ibidem.*

Aedem & atria sanctificauerunt, & fecerunt vasa sancta noua. *Ibidem.*

Sancte sanctorū Domine conserua in æternum impollutam domum istam, quæ nuper mundata est. *2. Ma. 14*

Domine si vis, potes me mundare. *Matt. 8.*

Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, qui mundatis quod deforis est, calicis & paropsidis; intus autē estis pleni rapina, & omni immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id, quod deforis est, mundum. *23*

Vade & lauare in natatoria Siloe: abiit ergo & lauit, & venit videns. *Ioan. 9.*

Si non lauero te, non habebis partē mecum. *13*

Et hæc aliquando, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. *1. Cor. 6*

Habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. *2. Cor. 7.*

Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. *1. Thes. 4.*

Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem. *Ibidem.*

Ipse autē Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt anima & corpus sine querela in ad- *5*

uentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.

2.Tim.2. Si quis emūdauerit se ab istis; erit vas in honorem sanctificatum & vtile Domino, in omne opus bonum paratum.

Hebr.1. Purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

10 Aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.

Iac.1. Abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ in mansuetudine suscipite insitum verbū, quod potest saluare animas vestras.

4 Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices animo.

1.Pet.2. Deponentes omnem malitiam, & omnē dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti rationabiles, & sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.

1.Ioan.1. Sanguis Iesu filij Dei emundat nos ab omni peccato.

3 Omnis qui habet spem in eo, sanctificat se, sicut ille sanctus est.

Apoc.1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

7 Lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.

22 Beati, qui lauāt stolas suas in sanguine agni.

ERRARE.

Iob 12. Errare eos faciet quasi ebrios.

Psal.94. Et dixi, semper hi errant corde.

Errauerunt

Errauerunt in solitudine in inaquoso. 106
Et errare fecit eos in inuio, & non in via. *Ibidem.*
Erraui sicut ouis quæ periit. 118
Animæ dolosæ errant in peccatis. *Prou.13.*
Errant qui operantur malum. 14
Deus in iudicium adducet omne opus, cum omni occulta re, siue quid bonum, siue malum fuerit. *Eccle.12.*
Nos omnes tanquam ouis errauimus, quisq; viam suam sectatus. *Esa.53.*
Propheta cùm errauerit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetã illum: & extendam manum meam super illum, & delebo eum (dicit Dominus) de medio populi mei Israël. *Ezech.14*
Erratis nescientes scripturas. *Matt.22*

EVANGELII FRVCTVS QVO AD PRAEDICANTEM.

QVi docti fuerint, fulgebunt quasi splendor in firmamento; & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *Dan. 12.*
Væ enim mihi est, si non euangelizauero; si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. *1.Cor 9.*
Notum vobis facio fratres Euangeliũ, quod euangelizatum est à me; quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. *Galat.1.*
Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc *1.Tim.4.*

enim faciens teipsum saluum facies, & eos
qui te audiunt.
2.Tim.1. Noli itaque erubescere testimoniũ Domini
nostri, neq; me vinctum eius, sed collabora
Euangelio secundum virtutẽ Dei, qui nos
liberauit, & vocauit vocatione sua sancta.

Ad audientem.

Prou 29 Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus; qui verò custodit legem, beatus erit.
Esa.29. Et audient in die illa surdi verba libri. Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israël exultabunt.
30 Et non facient auolare à te vltra doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptũ tuum, & aures tuæ audient verbũ post tergum monentis. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinabitis ad dexteram neq; ad sinistram.
49 Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.
61 Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me Dominus. Ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem.
Ierem.23 Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis.
26 Noli subtrahere verbum, si fortè audiant &

conuer-

conuertantur vnusquisque à via sua mala,
vt pœniteat me mali, quod cogitaui facere
eis, propter malitiam studiorum eorum.

Non enim erubesco euangeliũ. Virtus enim Rom.1.
Dei est in salutem omni credenti: Iudæo
primùm & Græco. Iustitia enim Dei in eo
reuelatur ex fide in fidem.

Notum autẽ vobis facio fratres Euangeliũ, 1.Cor.15
quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in
quo & statis, per quod & saluamini.

Contestatur nos & Spiritus sanctus postquã Hebr.10.
enim dixit: Hoc autem testamentum, quod
testabor ad illos, post dies illos, dicit Domi-
nus, dabo leges meas in cordibus eorum, &
in mentibus eorum superscribã eas, & pec-
catorum & iniquitatum eorum iam nõ re-
cordabor amplius.

Euangelij vsus bonus quo ad prædicantem, vt prædicandi habeat auctoritatem.

Primus ad Sion dicet: Ecce adsum, & Ieru- Esa.41.
salem euangelistas dabo.

Messis quidem multa, operarij autem pauci. Matt.9.
Rogate ergo Dominum messis, vt mittat
operarios in messem suam.

Et prædicabitur hoc Euangeliũ regni in vni- 24
uerso orbe in testimonium omnibus gen-
tibus, & tunc veniet consummatio.

Ego dedi eis sermonem tuum. Ioan.17.

Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego Ibidem.
misi eos in mundum.

Quomodo verò prædicabũt, nisi mittantur? Rom.10.

Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ 15

per me non effecit Christus in obediētiam gētium, in verbo & factis, in virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti.

Tit. 2. Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

Aliorum quærat felicitatem.

Matt. 10 Infirmos curate, mortuos suscitate, gratis accepistis, gratis date.

2. *Cor.* 4. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominū nostrum, nos autem seruos vestros per Iesum.

12 Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos.

1. *Thes.* 2. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis; neque in occasione auaritiæ, Deus testis est; neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis.

Act. 20. Argentum & aurum, aut vestem nullius cōcupiui.

Victus necessitatem accipiat euangelizans.

Matt. 10 *Mar.* 6. *Luc.* 9. Nolite possidere aurum, neq; argentum, neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgā. Dignus est enim operarius cibo suo.

10 In eadem autem domo manete edētes & bibētes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.

Rom. 15. Probauerūt Macedonia & Achaia collationē aliquā facere in pauperes Sanctorū. Placuit enim eis, & debitores sunt eorū. Nā si spiritualium eorum participes facti sunt gētiles,

les, debent & in carnalibus ministrare illis.
Quis militat suis stipẽdiis vnquã? Quis plã-tauit vineam, & de fructu eius non edit? *1. Cor. 9.*
Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnum est si nos carnalia vestra metamus? *Ibidem.*
Nescitis quoniam, qui in sacrario operantur, quę de sacrario sunt edũt? Et qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinauit iis, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. (nota qui operantur, non qui otiantur, &c.) *Ibidem.*
Cõmunicat autẽ is, qui catechizatur verbo ei, qui se catechizat in omnibus bonis. *Galat. 6.*
Rogamus vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino: & monent vos, vt habeatis illos abũdantius in charitate, propter opus illorum, & pacem habete cum eis. *1. Thes. 5.*
Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè, qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura: Non alligabis os boui trituranti: &, Dignus est operarius mercede sua. (Bene notentur hæc.) *1. Tim. 5.*
Laborantem agricolã oportet primũ de fructibus accipere. Intellige quæ dico, dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectũ. *2. Tim. 2.*
Mementote præpositorum vestrorũ, qui vobis locuti sunt verbum Dei. *Hebr. 13.*

Hospiti seruet stabilitatem.

In quãcunq; autem ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate, qui in ea dign' sit, & ibi *Matt. 10*

& ibi manere donec exeatis. Intrantes autē domum, salutate eā, dicentes: Pax huic domui. & siquidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.

Luc.10. Nolite transire de domo in domum.

Ioan.3. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, vt cooperatores veritatis.

Vitæ habeat exemplaritatem.

Matt.5. Qui ergo soluerit vnu de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autē fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. (Quid de non facientibus nec docentibus?)

23 Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite; secundū opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.

Rom.2. Qui ergo alium doces, teipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis?

1.Cor.9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

1.Tim.4. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.

2.Tim.2. Solicitè cura, teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis.

In

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. *Tit. 2.*

Dicendorum proponat vtilitatem.

Si dederit mihi Balach plenam domũ suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus vel minus loquar (verba sunt Balaam. Sic & Michæas propheta.) *Num. 22.*

Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. *3. Reg. 22.*

Væ mihi, quia tacui, quia pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. *Esa. 6.*

Super montẽ excelsum ascẽde tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocẽ tuã, qui euangelizas Ierusalem: Exalta, noli timere: dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus vester, Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet; & brachium eius dominabitur: Ecce merces eius cum eo, & opus illius corã illo. 40

Quàm pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis: Sion, regnabit Deus tuus. 52 *& Nahum 2.*

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. 58

Noli dicere, quia puer ego sum: quoniam ad omnia, ad quæ mittam te, ibis, & vniuersa quæcunque mandauero tibi loqueris. *Ierem. 1.*

Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Ibidem.*

Euntes

Matt. 10 Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cælorum.

13 Omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera.

28 Euntes in mundum vniuersum, prædicate
& Euangelium omni creaturæ, docentes eos
Mar. 16. seruare quæcunque mandaui vobis.

Galat. 1. Si quis vobis euãgelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit.

1. *Thes.* 2. Exhortatio enim nostra non de errore, neq; de immunditia, neq; in dolo, sed sicut probati sumus à Deo, vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.

1. *Tim.* 4. Ineptas & aniles fabulas deuita.

2. *Tim.* 4. Prædica verbũ, insta opportunè importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus, cũ sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria, coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

Ibidem. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto.

Tit. 2. Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam.

3 Stultas quæstiones, & genealogias, & contẽtiones, & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles & vanæ.

Dispu-

Diſputante illo de iuſtitia, & caſtitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix. *Act.24.*

Addat verborum claritatem.

Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſcitare eum, qui laſſus eſt, verbo. *Eſa.50.*

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure audiſtis, prædicate ſuper tecta. *Matt.10*

Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare, non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti. Verbũ enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt; his autem qui ſalui fiunt, id eſt, nobis, Dei virtus eſt. *1.Cor.1.*

Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapiẽtiam Deum; placuit Deo per ſtultitiam prædicationis, ſaluos facere credentes. *Ibidem.*

Ego cùm veniſſem ad vos fratres, veni nõ in ſublimitate ſermonis aut ſapiẽtiæ, annuntians vobis teſtimoniũ Chriſti. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. *2*

Sapiẽtiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam verò non huius ſeculi, neque principum huius ſeculi, qui deſtruũtur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit Deus ante ſecula in gloriam noſtrã, quam nemo principum huius ſeculi cognouit. *Ibidem.*

Nos non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritũ qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis, quæ & loqui- *Ibidem.*

mur,

mur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.

1.Cor.3. Ego fratres, non potui vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis.

2.Cor.2. Non enim sumus, sicut plurimi, adulterātes verbū Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

4 Ideo habētes hanc administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterātes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis.

5 Posuit in nobis verbum recōciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliemini Deo.

1.Tim.1. Rogaui te, vt remaneres Ephesi, cùm irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæstiones præstant magis, quàm ædificationem Dei, quæ est in fide.

2.Tim.1. Formam habe sanorum verborū, quæ à me audisti in fide & dilectione in Christo Iesu.

Veritatis teneat firmamentum.

Psal.67. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.

Esa.49. Et posuit os meum quasi gladiū acutum, in

vmbra

vmbra manus suæ protexit me, & posuit me, sicut sagittam electam, in pharetra sua abscondit me.

Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cęlos, & fundes terram. *Esa. 51.*

Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, vt eruam te, dicit Dominus. *Ierem. 1.*

Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorũ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram, Regibus Iuda, & principibus eius, & sacerdotibus, & omni populo terræ. Et bellabũt aduersum te, & non præualebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te. *Ibidem.*

Ecce dedi faciem tuam valẽtiorem faciebus eorum, & frontem tuã duriorem frontibus eorum, vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum: quia domus exasperans est. *Ezech. 3.*

Fili hominis speculatorem dedi te domui Israël, & audies de ore meo verbum, & annũtiabis eis ex me. *Ibidem.*

Si dicente me ad impiũ, Morte morieris, nõ annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse quidem in impietate sua morietur; sanguinem autem eius de manu tua requiram. *Ibidem.*

Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à via *Ibidem.*

sua impia: ipse quidē in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.

Ibidem. Sed si cōuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo; ipse morietur, quia non annuntiasti ei: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecit; sanguinē verò eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris iusto, vt non peccet iustus, & ille non peccauerit, viuens viuet, quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberasti.

33 Fili hominis loquere ad filios populi mei.

Ibidem. Audiens ex ore meo sermonem annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impiū, impie, morte morieris, non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autē *eius* de manu tua requiram. Si autem annuntiante te ad impium, vt à viis suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua, ipse in iniquitate sua morietur; porrò tu animā tuam liberasti.

Dan. 10. Veruntamē annūtiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis.

Mich. 3. Ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio & veritate, vt annuntiē Iacob scelus suum, & Israël peccatum suum.

Matt. 22 Magister, scimus quia verax es, & viam in veritate doces.

Luc. 9. Sine, vt mortui sepeliāt mortuos suos, tu autem vade, & annuntia regnum Dei.

Si

Si iustū est in conspectu Dei vos potius au- *Act.4.*
dire, quam Deū, iudicate. Nō enim possu-
mus, quę vidimus & audiuimus, non loqui.
Quapropter cōtestor vos hodierna die, quia 20
mundus sum à sanguine omnium.
Non enim subterfugi, quo minus annuntia-
rem vobis omne consilium Dei.

Vsus bonus quo ad audientē vt audiat diligenter.

Declaratio sermonum tuorum illuminat. *Psal.118*
Quis ex vobis timens Dominū audiens vo- *Esa.50.*
cem serui eius?
Qui habet aures audiendi, audiat. *Matt.13.*
Omnis, qui audit verbum regni, & non in- *Ibidem.*
telligit, venit malus, & rapit quod semina-
tum est in corde eius.
Pœnitemini & credite Euangelio. *Mar.1.*

Proficit cum effectu.

Reuelabit aurem eorum, vt corripiat, & lo- *Iob 36.*
quetur, vt reuertantur ab iniquitate sua.
Si audierint, & obseruauerint, complebunt
dies suos in bono, & annos suos in gloria.
Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te cō- *Psal.50.*
uertentur.
Venite ascendamus ad montē Domini, & ad *Esa.2.*
domū Dei Iacob, & docebit nos vias suas, &
ambulabimus in semitis eius: quia de Sion
exibit lex, & verbū Domini de Ierusalem.
Audite vocem, & facite omnia, quæ præcepi *Ierem.11.*
vobis, & eritis mihi in populum, & ego e-
ro vobis in Deum.
Oues meæ vocem meam audiunt, & ego co- *Ioan.10.*
gnosco eas, & sequuntur me.

Ioan.18. Omnis, qui eſt ex veritate, audit vocem meam.

Act.2. Erant perſeuerantes in doctrina apoſtolorũ, & communicatione, & fractione panis, & orationibus.

Teneat perſeuranter.

Epheſ.4. Non ſimus paruuli fluctuãtes, & circunferamur omni vẽto doctrinę in nequitia hominũ, in aſtutia ad circunuentionem erroris.

Coloſ.2. Videte, nequis vos decipiat per philoſophiã, & inanem fallaciam, ſecũdum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum.

Hebr.13. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.

Euangelij abuſus quò ad prædicantem.

Nam ſeipſum ingerit.

1.Cor.14 Mulieres in Eccleſiis taceant: non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe.

1.Tim.2. Mulier in ſilẽtio diſcat cũ omni ſubiectione. Docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in virum, ſed eſſe in ſilentio.

6 Siquis aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis ſermonibus Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ; ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborũ, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentionęs, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominũ mente corruptorum, & qui à veritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtũ eſſe pietatem.

Ibidem. O Timothee depoſitũ cuſtodi, deuitans profanas vocũ nouitates, & oppoſitiones falſi nomi-

nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.

Alium inficit.

Doctrina mala deſerentium viam vitæ. *Prou. 15*

Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi, canes muti nõ valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes ſomnia. Et canes impudentiſſimi neſcientes ſaturitatem. Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam, omnes in viam ſuam declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam ſuam, à ſummo vſque ad nouiſſimum. *Eſa. 56.*

Stupor & mirabilia facta ſunt in terra. Prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis, & populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in nouiſſimo eius? *Ierem. 5.*

Sinite illos, cæci ſunt, & duces cæcorum. *Matt. 15*

Nunquid poteſt cęcus cæcum ducere? Nónne ambo in foueam cadunt? *Luc. 6.*

Finis autẽ præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. *1. Tim. 1.*

Mali autem homines & ſeductores proficiẽt in peius, errantes, & in errorem mittentes. *2. Tim. 3.*

Sunt enim multi etiã inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maximè qui de circunciſione ſunt, quos oportet redargui, qui vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ *Tit. 1.*

non oportet, turpis lucri gratia.

Deum offendit.

Esa.5. Vę qui dicitis malum bonũ, & bonũ malum.

M.ch.3. Prophetę eius in pecunia diuinabãt, & super Dominũ quiescebant, dicentes: Nunquid non Dominus in medio nostrum? Non venient super nos mala. Propter hoc, causa vestri, Siõ quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa siluarum.

Luc.11. Væ vobis legis peritis, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt; ipsi verò digito vestro non tangitis sarcinas.

Ibidem. Væ vobis legis peritis, qui tulistis clauẽ sciẽtiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibãt, prohibuistis.

Rom.16. Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiuscemodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium.

Quo ad contemnentem, ipsum nequiter despiciendo.

2.Par.36 Mittebat autẽ Dominus Deus patrum suorũ ad illos, per manũ nuntiorũ suorũ de nocte consurgens, & quotidie cõmonens: eò quòd parceret populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios Dei, & paruipendebant sermones eius, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in popu-

populum eius, & esset nulla curatio.
Abiecerũt enim legem Domini exercituum, *Esa.5.*
& eloquium sancti Israël blasphemauerũt.
Ideo iratus est furor Domini in populum,
& extẽdit manum suam, super eum, & percussit eum.
Populus enim ad iracundiam prouocans est, 30
& filij mendaces, filij nolentes audire legẽ
Dei: qui dicunt videntibus, nolite videre: &
aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ
recta sunt. Loquimini nobis placentia,
videte nobis errores, auferte à me viam,
declinate à me semitam, cesset à facie mea
sanctus Israël.
Quis credidit auditui nostro, & brachium 53
Domini cui reuelatum est?
Nolunt audire te, quia nolunt audire me: *Ezech.3.*
omnis quippe domus Israël attrita fronte
est, & duro corde.
Venite audiamus, quis sit sermo egrediens à 33
Domino. Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus
meus. Et audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt
eos, & auaritiam sequitur cor eorum.
Qui vos audit me audit, & qui vos spernit *Luc.10.*
me spernit. Qui autem me spernit, spernit
eum qui misit me.
Qui spernit me, & non accipit verba mea, *Ioan.12.*
habet qui iudicet eum. Sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo
die. Quia ego ex me ipso non sum locutus,

ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatū dedit, quid dicam, & quid loquar.

2.Cor.4. Quod ſi etiam opertum eſt Euãgelium noſtrum, in iis qui pereunt eſt opertū, in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mẽtes infideliū, vt nõ fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.

1.Theſ.4. Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis.

Opere turpiter negligendo.

Ierem.7. Hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via, quã madaui vobis, vt bene ſit vobis. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam, ſed abierunt in voluptatibus, & in prauitate cordis ſui mali.

Ibidem. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos per diem conſurgens diluculo, & mittens, & non audierunt me, nec inclinauerũt aurem ſuam, ſed indurauerunt ceruicem ſuam, & peius operati ſunt, quàm patres eorum.

Ibidem. Periit fides, & ablata eſt de ore eorum.

35 Ego autem locutus ſum ad vos de mane cõſurgens & loquens, & non obediſtis mihi, miſiq; ad vos omnes ſeruos meos prophetas conſurgens diluculo, mittensq; & dicẽs: Cõuertimini vnuſquiſq; à via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra. Et non declinaſtis aurem veſtram, neque audiſtis me.

44 Sermonem quẽ locutus es ad nos in nomine Domi-

Domini non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro.

Et omnis qui audit verba mea hæc & nō facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam, vel super terram sine fundamento, & descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illā, & cecidit, & fuit ruina eius magna. *Matt. 7. & Luc. 6.*

Sed non omnes obediunt Euangelio. *Rom. 10.*

O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati? *Galat. 3.*

Estote factores, non auditores tantùm, fallentes vosmetipsos. *Iacob. 1.*

Malum super se inducendo.

Si non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia sua. *Iob 36.*

Et tu fili hominis. Ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorū; & linguā tuam adhærere faciā palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans es. *Ezech. 3.*

Abiiciet eos Dominus Deus meus, quia non audierunt eum: & erūt vagi in nationibus. *Osea 9.*

Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerūt ne audirent, & cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ misit Dominus exercituum in Spiritu suo sancto, per manum prophetarum priorum. *Zach. 7.*

Quicunque non receperit vos, neq; audierit *Matt. 10*

ſermones veſtros, exeuntes foras de domo,
vel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.

11 Cui ſimilem æſtimabo generationem iſtam? ſimilis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus ſuis dicunt: Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis; lamẽtauimus, & non planxiſtis.

Rom. 2. Iis, qui ſunt ex cõtentione, & qui nõ acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum.

2. Theſ. 1. In reuelatione Domini Ieſu de cælo cũ angelis virtutis eius in flamma ignis, dantis vindictam iis, qui non nouerunt Deum, & non obediunt Euãgelio Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui pœnas dabunt in interitu æternitatis à facie Domini.

Hebr. 2. Propterea abundãtius oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim, qui per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firm⁹, & ſi omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem; quomodo nos effugiemus, ſi tãtam neglexerimus ſalutem?

10 Irritam quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit,

rit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. 2. Ioan. 1.

EVCHARISTIAE SACRAMENTVM IN SCRIPTVRIS CERTITVDINALITER PRAEFIGVRATVM.

In oblatione Melchisedech.

MElchisedech Rex Salem proferens panem & vinũ (erat enim sacerdos Altissimi) benedixit ei. Gene. 14.

Renes vestros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus vestris, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinãtes (agnũ.) est enim Phase, id est, transitus Domini. Exod. 12.

In manna.

Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. 16

Pro quibus angelorũ esca nutristi populum tuũ, paratum panem de cælo præstitisti illis, sine labore, omne delectamentũ in habentẽ, & omnis saporis suauitatẽ. Substantiam enim tuã dulcedinẽ tuã, quã in filios habes, ostendebas; & deseruiens vniuscuiusq; volũtati, ad quod quisq; volebat cõuertebatur. Sap. 16.

Manna tuum non prohibuisti ab ore eorum. Nehe. 9.

Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. (Bibebant autem de spirituali, consequente eos petra: petra autem erat Christus.) 1. Cor. 10.

A prophetis fideliter prænuntiatum.

Mala.1. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meũ in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.

3 Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Et colabit eos qnasi aurum, & quasi argẽtum, & erunt Domino offerẽtes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui.

A Domino vtiliter institutum.

Mat.26. Mar.14. Luc.22. Vespere facto discubuit, & duodecim cũ eo: cœnantibus autem eis, accepit Iesus panẽ, & benedixit, fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicẽs: Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

1.Cor.11. Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniã Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

Simi-

Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite quotiescunq; bibetis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annũtiabitis, donec veniat.

A nobis reuerenter sumendum ob ipsius sublimitatem. Vnde præfiguratur in agno paschali.

Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. *Exod.12.*

Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis. *Leuit.7.*

Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea, quæ consecrata sunt, & quæ obtulerint filij Israël Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. *22*

Leprosus aut patiens fluxũ seminis, non vescetur de his, quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. *Ibidem.*

Cùm lauerit carnem suã aqua, & occubuerit sol, tunc mundatus vescetur sanctificatis, quia cibus illius est. *Et infrà.*

Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis & mercenarius non vescentur ex eis. *Ibidem.*

Qui mũdus est in domo tua, vescetur ex eis. *Num.18.*

Non habeo laicos panes ad manũ, sed tãtum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducent: & respondit *1.Reg.21.*

Dauid

Dauid sacerdoti, & dixit ei: Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius, quando egrediebamur, (à propriis vxoribus,) & fuerunt vasa puerorum sancta.

2.Reg.6. Oza interfectus est cùm tetigisset arcã vna de causa, quoniam accesserat nocte ad vxorem suam.

4.Reg.4. Animaduerto quòd vir Dei sanctus est iste, qui frequenter transit per nos (vtinam maneret.) Faciamus ei cœnaculũ paruũ (imo magnum Regi) & ponamus ei in eo lectulum & mẽsam & candelabrum, vt cùm venerit ad nos, maneat ibi.

Zach.9. Quid enim bonum eius, & quid pulchritudo eius nisi frumentum electorum? & vinum germinans virgines?

Matt 9. Multi publicani & peccatores discumbebãt cum Iesu & discipulis illius (etiam hodie.)

Et infra. Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat magister vester?

7 Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos.

9 Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & effunditur vinum, & vtres pereunt.

15 Non lauãt manus (multi) cùm panem (sanctum) manducant.

22 Amice quomodo huc intrasti nõ habens vestem nuptialem? at ille obmutuit. Tũc dixit Rex ministris: Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit

erit fletus & ſtridor dentium.

Accepto corpore, Ioſeph inuoluit illud in 27
ſindone munda(& tu in quali?)

Vbi eſt refectio mea, vbi Paſcha cum diſci- *Mar.* 14
pulis meis manducem?

Domine non ſum dignus vt intres ſub te- *Luc.* 7.
ctum meum.

Intraui in domum tuã, aquam pedibus meis *Ibidem.*
non dediſti (malus hoſpes:) hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis ſuis terſit. Oſculũ mihi non dediſti: hæc autem ex quo intraui, non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

Vbi eſt diuerſorium meum, vbi Paſcha cum 22
diſcipulis meis manducem?

Amen amen dico vobis, niſi manducaueritis *Ioan* 6.
carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Caro enim mea verè eſt cibus, & ſanguis meꝰ verè eſt potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.

Epulemur, non in fermento veteri, neque in 1. *Cor.* 5.
fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis.

Calix benedictionis cui benedicimus, nónne 10
communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini eſt?

Quoniam omnes de vno pane & de vno ca- *Et infrà.*
lice participamus.

Non

Ibidem. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum (simul.)

Ibidem. Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.

11 Accipite & mãducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur.

Ibidem. Quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.

Ibidem. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

Ibidem. Qui manducat & bibit indignè, iudiciũ sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.

Ob nostram vtilitatem.

3. Reg. 19 Vnde in figura Elias in fortitudine cibi ab Angelo allati ambulauit ad montem Dei Oreb.

Luc. 15. Adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur.

19 Zachæe festinans descẽde, quia hodie in domo tua oportet me manere.

Ioan. 6. Amen amen dico vobis, nõ Moses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis de cælo panem verũ. Panis enim verus est, qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.

Ibidem. Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esuriet.

Ibidem. Hic est panis de cælo descendẽs, vt si quis ex ipso manducauerit, nõ moriatur. Ego sum panis viuus. Si quis manducauerit ex hoc

pane,

pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita.

Qui mãducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo: & qui manducat me, & ipſe viuet propter me. *Ibidem.*

Qui mãducat hunc panem, viuet in æternũ. *Ibidem.*

Pueri communicauerunt carni & ſanguini. *Hebr. 2.*

Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo (corporis) deſeruiunt. 13

Ob myſterij nobilitatem.

Calix benedictionis, cui benedicimus, nónne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? Et panis quem frãgimus, nónne participatio corporis Domini eſt? Quoniã vnus panis, & vnum corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. *1. Cor. 10.*

Quotieſcunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. 11

EXCOMMVNICATIONIS VSVS.

Eiiciãt de caſtris [Eccleſię] omnem leproſum, & qui ſemine fluit, pollutusq́; eſt ſuper mortuo. *Num. 5.*

Sit ciuitas hæc anathema, & omnia quæ in ea ſunt, Domino. *Ioſ. 6.*

Non poterit Iſraël ſtare ante hoſtes ſuos, & eos fugiet, quia pollutus eſt anathemate. 7

Non ero vltrà vobiſcum, donec conteratis eum, qui huius ſceleris reus eſt. *Ibidem.*

Anathema in medio tui eſt Iſraël, nõ poteris ſtare coram hoſtibus tuis, donec deleatur *Ibidem.*

à te, qui contaminatus est hoc scelere.

Zach. 14. Anathema non erit amplius, sed sedebit Ierusalem secura.

1. Mac. 5 Iudas anathematizauit filios Bean [iniquus gratiæ.]

Matt. 16. Quodcunque ligaueris super terram [excommunicando] erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.

18 Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

1. Cor. 5. Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis: nõ vtiq; fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacib⁹, aut idolis seruiẽtib⁹: alioquin debueratis de hoc mũdo exisse.

Ibidem. Nunc autem scripsi vobis non commisceri, si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ eiusmodi nec cibum sumere.

Ibidem. Auferte malum ex vobis ipsis.

16 Si quis nõ amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, maranatha.

Galat. 1. Licet nos, aut angelus de cælo euãgelizet vobis præter quàm quod euãgelizauimus vobis, anathema sit.

2. Thes. 3. Si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & nõ commisceamini cum illo, vt cõfundatur: & nolite quasi inimicum existimare, sed corripite, vt fratrẽ.

2. Ioan. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec

Aue

Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die Domini non confundamini.

Effectus.

Ego absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens tradere huiusmodi hominem satanæ [per excommunicationem] in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. *1. Cor. 5.*

Quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare. *1. Tim. 1*

Abusus.

Iam conspirauerant Iudæi, vt si quis eũ cõfiteretur esse Christũ, extra synagogã fieret. *Ioan. 9.*

Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo, & hæc faciẽt vobis, quia non nouerunt patrem, neque me. *16*

EXEMPLVM BONVM.

DEscribe sermones legis huius in volumine cordis, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus. *Deut. 17.*

Exemplo didici disciplinam. *Prou. 24.*

Quàm bonũ est correptũ manifestare pœnitentiam (in exemplum) sic enim effugies voluntarium peccatum. *Eccl. 20.*

Vidi & ecce, cãdelabrum aureum totum (per charitatem) & lampas eius super caput illius. *Zach. 4.*

Accenderunt lucernas, quæ super candelabrum erant, & lucebant in templo. *1. Mac. 4*

2.Mac.6 Adolescentibus templum fortè relinquam.

Matt.5. *Luc.11.* Nō potest ciuitas abscondi supra montē posita, neq; accendunt lucernā, & ponunt sub medio, neq; in abscondito, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt, & qui ingrediuntur, lumen videant.

Ibidem. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.

6 Si lumen, quod in te est (deberet esse) tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

Luc.11. Vide ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.

12 Lucernæ ardentes in manibus vestris.

Ioan.3. Qui facit veritatē, venit ad lucē, vt manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt.

Rom.12. Prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.

15 Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem.

1.Cor.11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

14 Omnia ad ædificationem fiant.

2.Cor.2. Christi bonus odor sumus in Deo, in his, qui salui fiunt, & in his qui pereunt; aliis quidē odor mortis in mortem; aliis autem odor vitæ in vitam.

6 In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia.

1.Cor.4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Christi.

2.Cor.9. Vestra æmulatio prouocauit plurimos.

Phil.2. Sitis sine querela & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, &

per-

peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo: verbum vitæ continētes ad gloriam meam in die Christi.

Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. 4

Præcepimus vobis fratres, vt honestè ambu- *1.Thes.4.*
letis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.

Ab omni specie mala abstinete vos. 5

Exemplum esto fidelium in verbo, & cōuer- *1.Tim.4.*
satione, in charitate, in fide, in castitate, vt profectus tuus manifestus sit omnibus.

In omnibus præbe teipsum exemplū bonorū *Tit.2.*
operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum irreprehensibile.

Quis sapiens & disciplinatus inter vos? ostē *Iacob.3.*
dat ex bona conuersatione operationē suā in mansuetudine sapientiæ.

Exemplum accipite fratres exitus mali, & lō- 5
ganimitatis, & laboris & patientiæ, prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini.

Conuersationem vestram inter Gentes ha- *1.Pet.2.*
bentes bonam, vt in eo, quod detractant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

Sic est voluntas Dei, vt benefaciētes obmu- *Ibidem.*
tescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.

Christus passus est pro nobis, vobis relin- *Ibidem.*
quens exemplū, vt sequamini vestigia eius.

Malum exemplum, & scandalum vitandum.

Siquis aperuerit cisternam & foderit, & non *Exod.21.*

operuerit eam, cecideritque bos, vel asinus in eam, reddet dominus cisternæ pretium iumẽtorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

Ibidem. Reddet animam pro anima.

23 Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies.

Deut.18. Caue ne imitari velis abominationes Gẽtiũ.

22 Facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labẽte alio, & in præceps ruente.

2.Reg.20 Quare præcipitas hæreditatem Domini [exemplo tuo.]

Bar.6. Videte ne & vos similes efficiamini factis alienis [in malum.]

Matt.5. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eũ
& & proiice abs te: & si man⁹ tua dextera scã-
18 dalizat te, abscinde eam, & proiice abs te.

17 Vt non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eũ piscẽ, qui primũ ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te.

18 Qui scandalizauerit vnũ ex pusillis istis minimis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Ibidem. Væ mundo à scandalis, necesse est enim vt veniant scandala: veruntamen væ homini per quem scandalum venit.

Rom.14. Ne ponatis offendicum fratri, vel scandalum.

Si

Si propter cibũ tuũ frater tuus contriſtatur, iam non ſecundum charitatem ambulas. *Ibidem.*

Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. *Ibidem.*

Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.

Omnia quidem munda ſunt, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum alterius mãducat. *Ibidem.*

Bonum eſt non manducare carnẽ, & non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur. *Ibidem.*

Videte ne fortè hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis. *1. Cor. 8.*

Peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt? *Ibidem.*

Sic peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis. Quapropter ſi eſca ſcãdalizat fratrem meum, non manducabo carnes in æterdum, ne fratrem ſcandalizem. *Ibidem.*

Nemini dantes vllam offenſionem, vt nõ vituperetur miniſterium noſtrum. *2. Cor. 6.*

EXEMPLVM IN CORRECTIONEM ET CAVTELAM.

SI declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro, det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo ſuo. *Num. 5.*

Gladio & igne pereat, & ſic deleatur, vt non ſolùm hominibus, ſed etiam beſtiis ſit in ſempiternum, pro exemplo contemptus & inobedientiæ. *Eſth. 16.*

Iob 17. Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum suum coram eis.

Eccli. 19. Qui se iungit fornicariis, nequam erit, putredo & vermes hæreditabunt eum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero eius.

Ierem. 48 Erit Moab in derisum omnibus, & in exemplum in circuitu suo.

Nahum 3 Proiiciam super te omnes abominationes tuas, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum.

2. Pet. 2. Ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens euersione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens.

Iudæ, Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplũ ignis æterni pœnam sustinentes.

EXERCITIVM.

Prou. 12. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus.

Eccle. 9. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.

EXPERIENTIA LAUDABILIS.

Eccli. 34. Vir in multis expertus, cogitabit multa; & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit.

FAMA DECENTER PROCVRANDA.

Fama bona impinguat ossa. *Prou.15.*
Melius est nomen bonum, quàm diuitię multæ: super argentum enim & aurũ, gratia bona. 22

Melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa: & dies mortis die natiuitatis. *Eccle.7.*

Diligenter conseruanda.

In omnibus operibus tuis præcellens esto. 33
Ne famæ tuæ maculam imprimas.

Curã habe de bono nomine. Hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in æternum. 41

FAMILIARITAS HONESTA.

ADuocatus à potentiore, discede; ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus sis, ne impinguaris, & ne lõgè sis ab eo, ne eas in obliuionem. *Eccli.13.*

Inhonesta.

Subtrahe pedem tuũ de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te. *Prou.25.*

Domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. 27

Pes fatui facilis in domũ proximi, & homo peritus confundetur à persona potentis. *Eccli.21.*

Stultus à fenestra respiciet in domum; vir autem eruditus foris stabit.

Stultitia hominis auscultare per ostium, & prudens grauabitur contumelia. *Ibidem.*

FALSVM TESTIMONIVM.

Exod.20. NOn loquaris contra proximū tuum falsum testimonium.

23 Non iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium.

Deut.19. Cùm diligentissimè perscrutātes inuenerint, falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei, sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui: vt audientes cæteri timorem habeāt, & nequaquam talia facere audeant.

Psal.26. Insurrexerunt in me testes iniqui.

34 Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.

Prou.6. Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimū detestatur anima eius, testem fallacem.

12 Qui mentitur, testis est fraudulentus.

Ibidem. Et qui testis est repentinus, concinnat linguam mendacij.

Ibidem. Abominatio est Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent illi.

Ibidem. Testis fidelis non mentietur, profert mendacium dolosus testis.

Ibidem. Liberat animas testis fidelis, & profert mendacia versipellis.

19 Testis falsus non erit impunitus: & qui mēdacia loquitur, non effugiet.

Ibidem. Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deuorat iniquitatem.

21 Testis mendax peribit.

24 Ne sis testis frustra contra proximum tuum.

25 Iaculū & gladius & sagitta acuta, homo qui loqui-

loquitur contra proximum suum falsum testimonium.

Non accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium. *Eccle.4.*

Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neque in amicum similiter facias. *7*

Noli velle mentiri omne mendaciū, assiduitas enim illius non est bona. *Ibidem.*

De corde exeunt falsa testimonia, & hæc coinquinant hominem. *Matt.15. & 19.*

Non falsum testimonium dices. *Exod.20.*

Deponentes omne mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. *Ephes.4.*

Nolite mentiri inuicem. *Colos.3.*

FERMENTI CONDITIO BONA.

SImile est regnum cælorum fermēto, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. *Matt.13. Luc.13.*

Mala.

Intuemini & cauete à fermēto [id est, à doctrina & hypocrisi] Pharisæorum & Sadducæorum. *Matt.16*

Expurgate vetus fermentū, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi: etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. *1.Cor.5.*

FIDEIVSSIO SOLERTER CAVENDA.

AFfligetur malo, qui fidem facit pro extraneo. *Prou.11.*

Prou.17 Stultus homo plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo.

10 Tolle vestimētum eius qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.

22 Noli esse cum his qui defigūt manus suas, & qui vades se offerūt pro debitis. Si enim non habes vnde restituas, quid causæ est, vt tollat operimentum tuum de cubili tuo?

Eccli.8. Non spondeas super virtutem tuam: quòd si spoponderis, quasi restituens cogita.

29 Vir repromittit de proximo suo, & cùm perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo. Repromissio nequissima multos perdidit diligentes, & commouit illos, quasi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis.

Vigilanter redimenda.

Prou.6. Fili mi, si spopōderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuā. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Fac ergo quod dico, fili mi, & temetipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum. Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis.

Ex corde recognoscenda.

Eccli.29. Vir bonus fidem facit proximo suo, & qui perdiderit, confusionem derelinquet sibi. Gratiam fideiussoris ne obliuiscatis, dedit enim pro te animam suā. Repromissionem fugit

fugit peccator & immundus. Bona repromissoris sibi asscribit peccator, & ingratus sensu derelinquit liberantem se.

Recupera proximum secundum virtutem suam,& attende tibi ne incidas. *Ibidem.*

FIDES.

A Magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri. *Sap.13.*

Domine oculi tui fidem respiciunt. *Ierem.5.*

Periit fides,& ablata est de ore eorum. 7

Sponsabo te mihi in fide. *Oseæ 2.*

Quid cogitatis inter vos modicæ fidei? *Matt.16*

Respōdit ei Simon Petrus: Domine, ad quē ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus,& cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. *Ioan.6.*

Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annūtiatur in vniuerso mundo. *Rom.1.*

Iustitia Dei est per fidē Iesu Christi, in omnes, & super omnes, qui credunt in eum: non enim est distinctio. 3

In fide viuo filij Dei,qui dilexit me,& tradidit semetipsū pro me,nō abiicio gratiā Dei. *Galat.2.*

Cognoscite quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. 3

Igitur qui ex fide sunt,benedicentur cum fideli Abraham. *Ibidem.*

Nos autem qui diei sumus, sobrij simus, induti loricam fidei. *1.Thes.5.*

Sancti per fidem vicerunt regna. *Hebr.11.*

Dedit

1\. Ioan. 5. Dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius.

Fides proximo rectè seruanda.

Iosu. 9. (Sic Iosue Gabaonitis promissam seruauit fidem, dicens.) Iurauimus eis in nomine Dei Israël, & idcirco non possumus eos contingere.

Prou. 20. Multi homines misericordes vocantur. Virum autem fidelem quis inueniet?

Eccli. 29. Vir bonus fidem facit proximo suo.

41 Non duplices sermonem auditus de reuelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione, & inuenies gratiam in conspectu omnium hominum.

Esa. 21. Qui incredulus est, infideliter agit.

Cum periculo frangitur.

Ezech. 17 Et qui dissoluit pactũ, nunquid effugiet? Viuo ego, dicit Dominus, quoniã in loco regis, qui constituit eũ Regem, cuius fecit irritũ iuramentũ, & soluit pactũ, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.

Ibidem. Spreuerat iuramentum vt solueret fœdus, & ecce dedit manum suam, & cùm omnia hęc fecerit, non effugiet.

Fidei necessitas.

Ierem. 5. Circuite vias Ierusalẽ, & aspicite & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudiciũ, & quærentem fidem, & propitius ero ei. Quod si etiam, viuit Dominus, dixerint, & hoc falsò iurabunt: Domine oculi tui respicient fidem.

Rom. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatum est.

In

In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere. *Epheſ.6.*

Sine fide impoſſibile eſt placere Deo: credere enim oportet accedẽtem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. *Hebr.11.*

Vnitas.

Obſecro vos fratres per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & nõ ſint in vobis ſchiſmata. Sitis autẽ perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia. *1.Cor.1.*

Omnes enim filij Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. *Galat.3.*

Vna fides, vnum baptiſma. *Epheſ.4.*

Firmitas.

Vitam illam exſpectamus, quam Deus daturus eſt his, qui fidem ſuam nunquam mutant ab illo. *Tob.2.*

Fides in ſeculum ſtabit. *Eccli.40.*

Fides cinctorium renum eius. *Eſa.11.*

Erit fides in temporibus ſuis. *33*

Et portæ inferi nõ præualebũt aduerſus eã. *Mat.16.*

Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. *Luc.22.*

Non pro eis rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me. *Ioan.17.*

Vigilate, ſtate in fide. *1.Cor.16*

Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui. *2.Tim.4*

Fidei virtus.

Oculi Domini contẽplantur vniuerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum. *2.Par.16.*

Credite

2.Par.20 Credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera.

Matt.8. & Marc.4. Quid timidi estis modicæ fidei? Necdū habetis fidem?

Matt.9. Secundum fidem vestram fiat vobis.

14 Modicæ fidei quare dubitasti?

17 Quare nos non potuimus eiicere illum? Dicit illis Iesus: Propter incredulitatē vestrā. Amē quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.

21 Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non Mar.11. Luc.17. hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis: sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare, fiet; & quodcunque dixeritis, fiat; fiet vobis.

Mar.6. Confidite, ego sum, nolite timere.

9 Omnia possibilia sunt.

Luc.8. Dixit autem illis: Vbi est fides vestra?

Ioan.14. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet.

1.Cor.2. Fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

Iacob.1. Postulet in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circunfertur.

1.Pet.1. Probatio fidei vestræ, multo pretiosior est auro, quod per ignem probatur.

1.Ioan.5. Hęc est victoria, quę vincit mundū, fides nostra.

Fidei

Fidei qualitas quo ad obiectum.

Hæc ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei, & vt credentes, vitã habeatis in nomine eius. *Ioan.20.*

Finis legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. *Rom.10.*

Quæ pars fideli cũm infideli? *2.Cor.6.*

Fides eſt ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. *Hebr.11.*

Crede in Dominum Ieſum, & ſaluus eris, tu & domus tua. *Act.16.*

Quo ad ſubiectum in corde.

Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confitebitur, non minorabitur. *Eccli.32.*

In ore.

Omnis ergo, qui cõfitebitur me corã hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt. *Mat.10.*

Qui me erubuerit, & meos ſermones, hunc Filius hominis erubeſcet, cùm venerit in maieſtate ſua & Patris & ſanctorum angelorum. *Luc.9.*

Dico vobis, omnis quicunq; confeſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis cõfitebitur illum corã Angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. 12

Si confitearis in ore tuo Dñm Ieſum Chriſtum, & in corde tuo credideris, quòd Deus excitauit eum à mortuis, ſaluus eris: corde *Rom.10.*

enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

2.*Tim*.2. Si negauerimus, & ille negabit nos.

Opere.

Matt.7. Non omnis, qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.

28 Docentes eos seruare omnia, quæcunq; mãdaui vobis.

Luc.6. Quid vocatis me, Domine Domine, & non facitis quæ dico?

8 Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, & hi radices non habent.

12 Ille seruus qui cognouit volũtatem Domini sui, & non se præparauit, & nõ fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

Ioan.13. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.

Galat.5. Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur.

Ephes.2. Ipsius sumus factura creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus.

Tit.1. Cõfitentur se nosse Deũ, factis autẽ negant.

2 Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus: erudiens nos, vt abnegãtes omnem impietatẽ, & secularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo.

3 Discãt autẽ & vestri, bonis operibus præesse

ad

ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.

Curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo. *Ibidem.*

Probatio fidei vestræ patientiam operatur. *Iacob. 1.*

Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autē non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? *2*

Vis scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abrahā pater noster, nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniá fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est? Et suppleta est Scriptura, dicens: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum. *Ibidem.*

Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. *Ibidem.*

Vos curam omnē subinferētes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autē scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autē patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autē amorē fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim si vobiscū adsint & superent, non vacuos, nec sine fructu vos cōstituēt in Domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim nō pręsto sint hęc, cęcus est, & manu viam tentans, obliuionem accipiēs purgationis veterum suorum delictorum. *2. Pet. 1.*

Ibidem. Quapropter fratres magis satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis: hæc enim faciētes non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi.

Fidei vtilitas: nam præstat iustificationem.

1. Reg. 26 Dominus retribuet vnicuiq; secundum iustitiam suam & fidem.

Prou. 15. Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo.

Sap. 1. Sentite de Domino in bonitate, & ipsum sincero corde quærite: quoniam inuenitur ab his qui non tentant illū; apparet autem eis, qui fidem habent in illum.

Eccle 2. Crede Deo, & recuperabit te.

Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.

3 Sic Deus dilexit mundum, vt filiū vnigenitum suum daret, vt omnis, qui credit in eū, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Ibidem. Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei.

Ibidem. Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autē incredulus est Filio, nō videbit vitam æternam, sed ira Dei manet super eum.

5 Qui verbū meū audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet: sed transiet à morte in vitam.

Hoc

Hoc est opus Dei, vt credatis in eum, quem misit ille. 6

Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flu- 7
mina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. Hoc
autẽ dixit de spiritu, quẽ accepturi erãt credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus; quia Iesus nondum erat glorificatus.

Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, 11
viuet: & omnis qui viuit, & credit in me, nõ morietur in æternum.

Credite in lucem, vt filij lucis sitis. 12

Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. *Ibidem.*

Nunc sine lege, iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autẽ Dei per fidem Iesu Christi, in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. *Rom. 3.*

Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. *Ibidem.*

Virtus enim Dei est, in salutẽ omni credẽti. *Rom. 1.*

Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deũ, 5
per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.

Non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi. *Galat. 2.*

Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fi- 3
deli Abraham.

Nos spiritu ex fide spẽ iustitiæ expectamus. 5

Huic omnes prophetæ testimoniũ perhibẽt, remissionem peccatorum accipere per no- *Act. 10.*

men eius, omnes qui credunt in eum.

13 In hoc omnis, qui credit, iustificatur.

15 Fide purificans corda eorum.

1. Ioan. 5. Omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est.

Glorificationem.

Tob. 2. Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est iis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

Eccli. 2. Qui timetis Dominum, credite illi, & non euacuabitur merces vestra.

Mar. 16. Qui crediderit & baptizat⁹ fuerit, saluus erit.

Ioan. 5. Amen amen dico vobis, quia qui verbũ meũ audit, & credit ei, qui misit me, habet vitã æternam: & in iudicium non venit.

6 Hæc est voluntas Patris mei, qui misit me, vt omnis qui videt Filium, & credit in eũ, habeat vitam æternam.

17 Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deũ verũ, & quẽ misisti, Iesum Christum.

Rom. 10. Omnis qui credit in illum, nõ confundetur.

Ephes. 2. Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur.

2. Thess. 1. Oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundũ gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

Act. 26. Ad hoc apparui tibi, vt constituã te ministrũ & testem eorũ, quæ vidisti, & eorũ in quibus

bus apparebo tibi, eripiens te de populis & gentibus, in quas nunc ego mitto te aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate Satanæ ad Deum; vt accipiant remissionem peccatorũ & sortem inter sanctos, per fidem quæ est in me.

In quem (scilicet Iesum Christũ) nunc quo- *1. Pet. 1.*
que non videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata; reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum.

Fides unde promoueatur.

Ergo fides ex auditu, auditus autem per ver- *Rom. 10.*
bum Christi.

Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi co- *Apoc. 2.*
ronam vitæ.

Fidei impedimentum.

Veruntamen filius hominis veniẽs putas in- *Luc. 18.*
ueniet fidem super terram?

Quomodo vos potestis credere, qui gloriam *Ioan. 5.*
ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? (meis.
Sed vos non creditis, quia nõ estis ex ouibus 10
Cùm autem tanta signa fecisset eis, non cre- 12
debant in eum, vt sermo Esaiæ impleretur, quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro? & brachiũ Domini cui reuelatũ est?

FILIVS DEI NATVRALIS CHRISTVS.

ECce vox de cælo, dicentis: Hic est filius *Matt. 3.*
meus dilectus, in quo mihi complacui, *& 17.*
ipsum audite. *Marc. 1.*

Ioan.1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre.

Rom.1. Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, qui factus est ex semine Dauid secundũ carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri.

2.Pet.1. Non enim indoctas fabulas secuti, notã vobis fecim⁹ Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præscientiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria, hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.

Filius Dei adoptiuus ex gratia eligitur.

Oseæ 1. Erit in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos: dicetur eis, filij Dei viuentis.

Matt.3. Dico vobis, quoniam potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

Ioan.1. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperũt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis, qui credũt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

Rom.8. Quicũq; spiritu Dei agũtur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritũ adoptionis filiorũ Dei, in quo clamamus Abba pater.

Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filij ei⁹ Iesu Christi Domini nostri. 1. Cor. 1.

In Christo Iesu per Euãgeliũ ego vos genui. 4

Omnes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Galat. 3.

Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. 4

Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamantẽ, Abba pater. Ibidem.

Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Ibidem.

Volũtariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Iacob. 1.

Renati non ex semine corruptibili, per verbum Dei viui, & permanentis in ęternum. 1. Pet. 1.

Omnis, qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum. 1. Ioan. 3.

Omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. 4

Ad Deum dirigitur.

Filij estote Domini Dei vestri. Deut. 14.

Filius honorat patrem, & seruus dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? Mala. 1.

Quos pręsciuit, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Rom. 8.

Omnis, qui natus est Deo, peccatum nõ facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & 1. Ioan. 3.

nō poteſt peccare, quoniā ex Deo natus eſt.
5 Scimus quia omnis qui natus eſt ex Deo, nō peccat, ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tanget eum.

A Deo recipitur.

Sap.5. Tunc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum.

Eſa.63. Tu Domine Pater noſter, & Redēptor noſter, à ſeculo nomen tuum.

Matt.6. Sic ergo orabitis: Pater noſter, qui es in cælis.
23 Vnus eſt pater veſter, qui in cælis eſt.

Rom.8. Ipſe Spiritus teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.

Galat.4. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quòd ſi filius, & hæres per Deum.

Filius iræ.

Epheſ.2. Eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri.

Filij in bonis ſunt inſtituendi, vt Deū timeant.

Deut.5. & Exod.20. Honora patrem vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.

Tob.4. Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deū, & caue, ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Dei noſtri.
14 Audite ergo filij mei patrem veſtrū. Seruite Dño in veritate, & inquirite, vt faciatis illa, quę placita ſunt illi. Et filiis veſtris mādate, vt faciāt iuſtitias & eleēmoſynas, vt ſint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore, & veritate, & in tota virtute ſua.

Quan-

Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filiis suis, vt cognoscat generatio altera. Filij, qui nascētur, & exurgent, narrabunt filiis suis, vt ponant in Deo spē suam, & non obliuiscantur operū Dei, & mandata eius exquirant. *Psal. 77.*

Audi fili mi disciplinam patris tui, & legem matris tuæ ne dimittas, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. *Prou. 1.*

In timore Domini, fiducia fortitudinis, & filiis eius erit spes. 14

Iustus, qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquet. 20

Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuum. 23

Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. *Sap. 8.*

Ne iucunderis in filiis impiis, si multiplicētur; nec oblecteris super ipsos, si non est timor Dei in illis. Non credas vitæ illorum, & ne respexeris in labores illorum. Melior est enim vnus timens Deum, quàm mille filij impij. Et vtile est magis mori sine filiis, quàm relinquere filios impios. *Eccli. 16.*

Pater filiis notam faciet veritatem tuam. *Esa. 38.*

Filij obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim iustum est. *Ephes. 6.*

Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correptione Domini. *Ibidem.*

Vitia caueant.

Filio doloso nihil erit boni. *Prou. 14.*

Seruus

17 Seruus sapiens dominabitur filiis stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet.

Ibidem. Natus est stultus in ignominiam suam, sed nec pater in fatuo lætabitur.

Ibidem. Ira patris filius stultus, & dolor matris, quæ genuit eum.

28 Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum.

Eccli.7. Filij tui sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia eorum. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciẽ tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam.

22 Confusio patris est de filio indisciplinato. Filia autem fatua in deminoratione fiet.

Ibidem. Filia prudens hæreditas viro suo, at viuens turpiter mœstitiam affert genitori. Imprudens patrem & virum afficit ignominia.

32 A filiis tuis caue, & à domesticis tuis attẽde.

30 Lacta filium, & pauẽtem te faciet: lude cum eo, & contristabit te. Non corrideas illi, ne condoleas, & in nouissimo obstupescẽt dẽtes tui.

Ibidem. Non des filio potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius.

33 Filio & mulieri, fratri & amico, non des potestatem super te in vita tua.

Ibidem. Melius est vt filij te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum.

Ibidem. Ne dederis alij possessionem tuam, ne fortè pœniteat te, & depreceris pro illis.

Filia

Filia patris abſcondita eſt, vigilia & ſolicitu- 42
do eius aufert ſomnum: ne fortè in adoleſcentia ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat: nequando polluatur à virginitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur, ne fortè cũ viro cõmorata tranſgrediatur, aut certè ſterilis efficiatur.

Super filiã luxurioſam cõfirma cuſtodiã, ne *Ibidem.*
quãdo faciat te in opprobriũ venire inimicis, à detractione in ciuitate, & abiectione plebis, & cõfundat te in multitudine popu- (li.

Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint. *Tit. 2.*

Honeſte ſe habeant.

Filius ſapiẽs lætificat patrẽ; filius verò ſtultus *Prou. 10.*
mœſtitia eſt matris ſuæ, & deſpicit eam. *& 15.*

Exultat gaudio pater iuſti, qui ſapiẽtem ge- 23
nuit, lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet, qui genuit te.

Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam *Eccle. 2.*
meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui, habiturus hæredẽ poſt me, quem ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudaui & ſolicitus fui.

Ex iniquis omnes filij qui naſcuntur, teſtes *Sap. 4.*
ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua.

In filiis ſuis agnoſcitur vir. *Eccli. 11.*

In filia non auertente ſe, firma cuſtodiam, ne 26
inuenta occaſione abutatur. Ab omni irreuerentia oculorum eius caue, & ne mireris ſi te neglexerit.

Pro illis corrigendis.

Deut.21. Si genuerit homo filium cõtumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire cõtempserit, apprehendent eum & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noster proteruus & contumax est, monita nostra audire contẽnit, comessationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuiis: lapidibus eũ obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatur malum de medio vestri, & vniuersus populus audiens pertimescat.

Eccli.41. Filij abominationum fiũt filij peccatorum, & qui conuersantur secus domos impiorũ. Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum semine eorum assiduitas opprobrij.

Ibidem. De patre impio quærũtur filij: quoniam propter illum sunt in opprobrio.

FOENERATION. CONDIT. BONA.

Exod.22. SI pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum, quasi exactor, nec vsuris opprimes.

Deut.23 Non fœnerabis fratri tuo ad vsurã pecuniã, nec fruges, nec quãlibet aliam rẽ, sed alieno. Fratri autẽ tuo absque vsura id quo indiget, commodabis, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore tuo, in terra ad quam ingredieris possidendam.

Eccli.29. Fœnerare proximo tuo in tẽpore necessitatis illius, & iterum redde proximo in tempore suo.

suo. Confirma verbum, & fideliter age cum illo, & in omni tempore inuenies, quod tibi necessarium est.

Perde pecuniã propter fratrẽ & amicũ: & nõ abscondas illam sub lapide in perditionem. *Ibidem.*

Mala.

Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis est homo huiusmodi. *Ecli. 20.*

Fœneratio est periculosa quo ad accipientem.

Qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis. *Prou. 22.*

Multi non causa nequitiæ nõ fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. *Ecli. 29.*

Quo ad facientem.

Noli fœnerari homini fortiori te: quòd si fœneraueris, quasi perditum habe. *Eccli. 8.*

Multi quasi inuentionẽ æstimauerũt fœnus, & præstiterũt modestiã iis, qui adiuuerunt. 29

Donec accipiãt, osculãtur manus diuitis, & in promissionibus humiliant vocẽ suã, & in tempore redditionis postulabit tẽpus, & loquetur verbis tædij, & murmurationum, & tẽpus causabitur. Si autẽ potuerit reddere, aduersabitur. Solidi vix reddet dimidium, & computabit illud quasi inuentionem.

FORMIDO ET PVSILLANIMITAS.

QVis homo formidolosus & corde pauido? vadat & reuertatur in domũ suam: ne pauere faciat corda fratrum suorũ, sicut ipse timore perterritus est. *Deut. 20.*

Dabit tibi Dominus cor pauidũ, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore, 28

rore, & erit vita tua quasi pendens ante te.

Ibidem. Mane dices: quis mihi det vesperã? & vespere, quis mihi det mane? propter cordis formidinem, qua terreberis, & propter quæ tuis oculis videbis.

Iob.5. Bestias terræ non formidabis.

18 Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius.

Prou.3. Ne paueas repentinos terrores, & irruentes tibi potentias impiorum.

30 Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.

Eccle.7. Noli esse pusillanimis in animo tuo.

Esa.8. Dominum exercituum ipsum sanctificate, & ipse pauor vester, & ipse timor vester, & erit vobis in sanctificationem.

24 Formido & fouea & laqueus super te, qui habitator es terræ.

35 Pusillanimes confortamini, & nolite timere.

Ierem.17. Non sis mihi tu formidini: spes mea tu in die afflictionis.

Ibidem. Paueant illi, & non paueam ego.

23 Non formidabunt vltrà, & non pauebunt.

30 Non erit quem formides, quoniã ego tecum sum, vt saluem te, ait Dominus.

42 Noli timere à facie regis Babylonis (diaboli) quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus. quoniã ego vobiscum sum, vt saluos vos faciam.

1.Mac.4 Ne timeatis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis.

Ibidem. Da illis formidinẽ, & tabefac audaciam eorum,

rum,& commoueantur contritione sua.

Quid timidi estis modicæ fidei? *Matt. 8.*

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. *Ioan 14.*

Consolamini pusillanimes. *1. Thes. 5.*

FORNICATIO.

SI seduxerit quis virginē necdum desponsatam, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. *Exod. 22.*

Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendēs cōcubuerit cum illa, & res ad iudiciū venerit, dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam; non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. *Deut. 22.*

Non des mulieri potestatem animæ tuę, ne ingrediatur in virtute tua & confundaris. *Eccli. 9.*

Fornicatio mulieris in excellētia oculorum, & in palpebris illius agnoscitur. *26*

Dimitte eum, separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt. *Osea 4.*

Iram Dei prouocat.

Morietur, quoniam fecit nefas in Israël, vt fornicaretur in domo patris sui, & auferes malum de medio tui. *Deut. 22.*

Qui se iungit fornicariis, erit nequam, putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius, & tolletur de numero anima eius. *Eccli. 19.*

Ierem. 5. Saturaui eos & mœchati sunt. Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus?

Osea 4. Nō visitabo super filias vestras (in præsenti) cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cùm adulterauerint: quoniá ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cum effœminatis sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.

1. *Cor.* 6. Fornicarij regnum Dei non possidebunt.

Hebr. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.

2. *Cor.* 6. Esca ventri, & vēter escis, Deus autē & hunc & hāc destruet, corpus autē nō fornicationi, sed domino suo: & dominus corpori.

Ibidem. Nescitis quoniá corpora vestra mēbra sunt Christi? Tollens ergo membrū Christi faciam membrū meretricis? Absit, an nescitis quoniá qui adhæret meretrici, vnū corpus efficitur? Erūt, inquit, duo in carne vna. Fugite fornicationem. omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus suū est: qui autē fornicatur, in corpus suū peccat. An nescitis quoniam membra vestra tēplum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri?

Apoc. 21 Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mēdacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulfure, quod est mors secunda.

Conuer-

Conuersionem retardat.

Non dabunt cogitationes suas, vt reuertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominũ non cognouerunt. *Osea 5.*

Corpus eneruat.

Homini fornicario omnis panis dulcis; non fatigabitur transgrediens vsque ad finem. *Eccli. 23.*

Fornicatio & vinũ & ebrietas auferunt cor. *Osea 4.*

Substantiam dissipat.

Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. *Iob 31.*

Fouea profunda est meretrix, & puteus angustus à linea. Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos videt, interficit. *Prou. 23*

Qui autẽ nutrit scortũ, perdet substantiam. 29

Ne dederis mulieribus substantiam tuam. 31

Ne des fornicariis animam tuam in vllo, ne perdas te & hæreditatem tuam. *Eccle. 9.*

Hominem infamat.

Non offeres mercedem prostibuli. *Deut. 23.*

Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via, ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. *Eccli. 9.*

Erubescite à patre & matre de fornicatione. 41

Fornicatio diligenter vitanda affectu.

Nec desiderabis vxorem eius, non seruum, non ancillam; non bouem, nec asinum, nec omnia, quæ illius sunt. *Exod. 20.*

Attende tibi, fili mi, ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquã patiaris crimen scire. *Tob. 4.*

Matt. 5. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.

Act. 15. Visum est Spiritui sancto & nobis, vt abstineatis à fornicatione.

1. *Cor.* 5. Ne commisceamini fornicariis.

10 Neq; fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.

Affatu.

Eccle. 9. Cum aliena muliere nõ sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum: & nõ alterceris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem.

Ephes. 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos.

1. *Thes.* 4. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrûm vas suũ possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij: sicut & gentes, qui ignorant Deum.

Actu.

Leuit. 19 Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo.

Deut. 23. Nõ erit meretrix de filiabus Israël, nec scortator de filiis Israël.

Eccli. 9. Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius.

42 Omni homini noli intendere in specie, & in medio mulierum noli commorari. De vestimen-

ſtimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Melior eſt enim iniquitas viri, quàm benefaciens mulier, & mulier cõfundens in opprobrium.
Bonum eſt homini mulierem non tangere. *1. Cor. 7.*
Mortificate membra veſtra quæ ſunt ſuper *Coloſ. 3.* terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulachrorum ſeruitus, propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis, in quibus ambulaſtis aliquãdo, cùm viueretis in illis.

FORTITVDO.

NOn in fortitudine ſua (ſed Dei) robora- *1. Reg. 2.* bitur vir.
Confortamini & agite diligenter; & Domi- *2. Par. 19* nus erit vobiſcum in bonis.
Expecta Dominum, viriliter age, & confor- *Pſal. 26.* tetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.
Domus iuſti plurima fortitudo, & in fructi- *Prou. 15* bus impij conturbatio.
Mulierem fortem quis inueniet? *31*
Dicebam ego meliorem eſſe ſapientiam for- *Eccle. 9.* titudine.
Factus eſt fortitudo pauperi: fortitudo ege- *Eſa. 25.* no in tribulatione ſua.
Dicite puſillanimes, confortamini & nolite *35* timere: ecce Deus veſter vltionẽ adducet retributionis: Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos.
Conſurge, conſurge, induere fortitudine tua *52* Sion.
Conforta lumbos, robora virtutem valde. *Nahum 2*

Luc.11. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet.

2.Cor.4. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur.

Fortitudo bona Deum quærit.

Exod.15. Fortitudo mea, & laus mea Dominus.

2.Par.15 Vos ergo cōfortamini, & nō dissoluātur manus vestræ: erit enim merces operi vestro.

16 Oculi Domini contēplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum.

Nehe.8. Etenim Dominus est fortitudo vestra.

Psal.30. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

58 Fortitudinem meam ad te custodiam: quia Deus susceptor meus es.

67 Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

Prou.8. Est prudentia mea, est fortitudo (non tua.)

14 In timore Domini fiducia fortitudinis.

18 Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum currit iustus, & exaltabitur.

Esa.12. Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

25 Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu.

30 In silentio & spe erit fortitudo vestra.

40 Qui dat lasso virtutem, & in his qui nō sunt, forti-

fortitudinem,& robur multiplicat. *Ibidem.*

Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas vt aquilæ; current,& non laborabunt:ambulabunt, & non deficient.

Deus meus factus eſt fortitudo mea. 49

Viriliter agite,& confortamini in Domino. *1.Cor.16*

Fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. *Epheſ.6.*

Scio ſaturari & eſurire,& abundare & penuriam pati:omnia poſſum in eo,qui me confortat. *Phil.4.*

Fili mi confortare in gratia, quę eſt in Chriſto Ieſu. *2.Tim.2.*

In Chriſto Ieſu modicum paſſos ipſe perficiet,confirmabit ſolidabitq́ue. *1.Pet.5.*

Vitia ſubiicit.

Tenebit iuſtus viam ſuam,& mundus manibus addet fortitudinem. *Iob 17.*

Fortitudo ſimplicis via Domini, & pauor his,qui operantur malum. *Prou.10.*

Si deſperaueris lapſus in via anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua. 24

Vigilate,ſtate in fide, viriliter agite,cõfortamini: omnia enim veſtra in charitate fiant. *1.Cor.16*

Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum repugnantes:& obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur. *Hebr.12.*

Hoſti reſiſtit.

Fugit impius nemine perſequẽte: iuſtus autem quaſi leo confidens abſq; terrore erit. *Prou.28*

Esa.43. Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo. Meus es tu. Cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te; quia ego sum Dominus Deus tuus, sanctus Israël Saluator tuus.

Rom.8. Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Ephes.6. De cætero, fratres, cõfortamini in Domino, & in potentia virtutis eius.

1.Ioan.2. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum. Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes facti estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum.

Fortitudo reproba Deum offendit.

Iob 15. Tetendit enim aduersus Deum manũ suam, & contra Omnipotentem roboratus est. Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.

Sap 6. Melior est sapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis.

Esa.1. Fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrum, quasi scintilla, & scindetur vtrunque simul, & non erit, qui extinguat.

FRATERNITAS.

Prou.18. FRater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma, & iudiciũ quasi vectes vrbiũ.

Eccli.40. Fratres in adiutoriũ in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit.

Malac.2. Nunquid nõ pater vnus omnium nostrum? Nunquid nõ Deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; vestrûm fratrẽ suum,

suum, violans pactum patrum vestrorum?

Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est. *Mat.12.*

Omnes autem vos fratres estis. 23

Decebat autem eum propter quem omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis corũ per passionem consummari. *Hebr.2.*

FRVCTVS OPERIS BONVS.

Bonorum operum gloriosus est fructus. *Sap.3.*

Itaque, fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo. *Rom.7.*

Fructus autẽ spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. *Galat.5.*

Fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate. *Ephes.5.*

In omni opere bono fructificantes. *Colos.1.*

Fructus autem iustitiæ in pace seminatur, facientibus pacem. *Iacob.3.*

Malus.

Fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum & ad nihilum apti. *Sap.4.*

Confundemini à fructibus vestris, propter iram furoris Domini. *Ierem.12.*

Quem ergo fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis? *Rom.6.*

FVRTI PROHIBITIO.

Matt. 19 Non furtũ facies. *Exo. 2. Leuit. 19. Prou.*
Ephes. 4. Qui furabatur, iam non furetur.

Conditio.

Prou. 29. Qui cum fure participat, odit animã suam, adiurantem audit, & non indicat.

Esa. 1. Participes tui infideles socij furum.

Punitio.

Exod. 21. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum; conuictus noxæ, morte moriatur.

22 Si quis furatus fuerit bouem, aut ouẽ, & occiderit, vel vendiderit: quinque boues pro vno restituet, & quatuor oues pro vna oue. Si effringens fur domum, siue suffodiens fuerit inuẽtus, & accepto vulnere, mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur.

1. Cor. 6. Fures regnum Dei non possidebunt.

GAVDIVM SPIRITALE EST PVRVM.

Tob. 13. Benedicite Dominum omnes electi eius, agite dies lætitiæ, & confitemini illi.

Psal. 15. Prouidebam Dñm in cõspectu meo semper.

Ibidem. Propter hoc lætatum est cor meum.

19 Lætabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur.

31 Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

76 Renuit cõsolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.

Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deũ viuum. 83
Lætetur cor meum vt timeat nomen tuum. 85
Secura mens quaſi iuge conuiuium. Prou.15.
Non enim habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed gaudium & lætitiam. Sap.8.
Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe; ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & ſceptrum exactoris eius, ſuperaſti. Eſa.9.
Et addẽt mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in Sancto exultabunt: quoniam defecit qui præualebat, conſummatus eſt illuſor, & ſucciſi ſunt omnes, qui vigilabant ſuper iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta ſupplantabant, & declinauerunt fruſtra à iuſto. 29
Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo diſperget eos: & tu exultabis in Domino, & in ſancto Iſraël lætaberis. Egeni, & pauperes quærunt aquas, & non ſunt; lingua eorum ſiti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Iſraël non derelinquam eos. 41
Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus. 62
Gaudete ſemper in Domino. Phil.4.
Gauiſus ſum valde venientibus fratribus, & teſtimoniũ perhibẽtibus veritati tuæ, ſicut in veritate ambulas. Maiorem horum non 3.Ioan.

habeo gratiam, quàm vt audiã filios meos in veritate ambulantes.

Fructuosum.

Psal.36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.

Æternum.

29 Conuertisti planctum meum in gaudiũ mihi: concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia.

Esa.61. Gaudẽs gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo. Qui induit me vestimẽto salutis, & indumẽto iustitiæ circumdedit me, quasi spõsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

Matt.5. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.

Luc.10. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur. Gaudete autem, quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.

Ioan.16. Amen amẽ dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

Ibidem. Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Ibidem. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

Corporale esse debet honestum.

Psal.67. Et iusti epulentur & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.

Eccle.3. Et cognoui, quòd non esset melius nisi lætari, & facere bona in vita sua.

Et

Et deprehendi nihil esse melius, quàm lętari hominem in opere suo. *Ibidem.*

Vade ergo & comede in lætitia panẽ tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia placent Deo opera tua. 9

Gaudete cum gaudentibus. *Rom. 12.*

Qui gaudent tanquam non gaudentes. *1. Cor. 7.*

Fructiferum.

Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur spiritus. *Prou. 15.*

Non est oblectamentum super cordis gaudium. *Eccli. 30.*

Gaudium mundiale est vanum.

Laus impiorum breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. *Iob 20.*

Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. *Prou. 14.*

Risum reputaui errorẽ, & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? *Eccle. 2.*

Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit: meminisse debet tenebrosi temporis, & dierũ malorum, qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita. 11

Peruersum.

Quasi per risum stultus operatur scelus. *Prou. 10.*

Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid sit futurum. *Eccle. 7.*

Cor stultorum, vbi lætitia. *Ibidem.*

Dixerunt enim impij cogitãtes apud se non rectè: Exiguum, & cum tædio est tempus *Sap. 2.*

vitæ

vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis. Venite ergo & fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vbique relinquamus ſigna lętitiæ noſtræ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc ſors noſtra.

*Eccle.*27. Narratio peccãtium odioſa, & riſus illorum in delictis peccati.

*Iacob.*4. Nunc autem exultatis in ſuperbiis veſtris. Omnis exultatio talis maligna eſt.

Perniciosum

Iob 21. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi. Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt: qui dicunt Deo, recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus.

30 Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

Eſa. 3. Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Siõ, & ambulauerunt extẽto collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabát, & pedibus ſuis compoſito gradu incedebant, decaluauit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum denudabit.

Ibidem. In illa die auferet Dominus ornamentũ calceamentorũ, & lunulas & torques, & monilia & armillas, & mitras, & diſcriminalia.

Ibidem. Et erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro faſcia pectorali, cilicium.

22 Et vocabit Dominus Deus exercituũ in illa die ad fletum, ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum ſacci; & ecce gaudium & lætitia,

tia, occidere vitulos, & iugulare arietes, & bibere vinũ. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum.

Cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharę. Cum cantico non bibent vinum, sicera amara erit in iis, qui eam bibent. 24

Super humum populi mei spinæ, & vepres excrescent: quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? 32

Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, & vocem sponsi, & vocem sponsæ: in desolatione enim erit terra. *Ierem.7.*

Perdamque ex eis vocem gaudij, & vocẽ lætitiæ, & lumen lucernæ. 25

Et cessare faciam omne gaudium eius. *Osea 2.*

Festiuitates vestras conuertam in luctum, & cantica vestra in planctum. *Amos 8.*

Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. *Luc.6.*

Miseri estote, & lugete & plorate, risus vester in luctum cõuertatur, & gaudium in mœrorem. *Iac.4.*

Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit: tantum date illi tormentum & luctum. *Apoc.18.*

GENERATIO MALA.

NE fiãt sicut patres eorũ, generatio praua & exasperans. Generatio, quæ non direxit cum Deo cor suum. *Psal.77.*

Natio-

Sap. 3. Nationes enim iniquæ duræ sunt consummationis.

Ioan. 8. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Vos facitis opera patris vestri.

1. *Ioan.* 3. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat.

Bona.

Psal. 13. Quoniã Dominus in generatione iusta est.

111 Generatio rectorum benedicetur.

Ioan. 1. Qui non ex sanguinibus, sed ex Deo nati sunt.

3 Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

1. *Ioan.* 4 Omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum.

GLORIA BEATORVM.

Gene. 30. DOtauit me De⁹ dote bona, hac vice mecũ erit maritus meus (inseparabiliter.)

43 Sederunt coram Ioseph primogeniti iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam: & mirabantur nimis, sumptis partibus, quas ab eo acceperant, biberuntque, & inebriati sunt cum eo.

Exod. 15. Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine.

16 Vespere scietis, quòd Dñs eduxerit vos de terra Aegypti, & manè videbitis gloriã ei⁹.

33 Ait Moses: Ostende mihi gloriam tuam: qui respondit: Ostendam tibi omne bonum.

Leuit 9. Facite, & apparebit vobis gloria Domini.

Deut. 8. Ibi absq; penuria comedes panem tuum, & rerum

rerum omnium abundantia perfrueris: cuius lapides ferrum sunt, & de mōtibus eius æris metalla fodiuntur.

Pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligunt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. *Iud. 5.*

Tradet vobis Dominus locū, in quo nullius rei penuria est, eorū quæ gignūtur in terra. 18

Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum; qui autem contempserint me, erunt ignobiles. *1. Reg. 2.*

Hoc seculum fecit Altissimus propter multos, futurum autem propter paucos *4. Esd. 8.*

In manibus abscondit lucem, præcipit ei vt rursum adueniat. Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. *Iob 36.*

Satiabor cùm apparuerit gloria tua. *Psal. 16.*

Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde, qui nō accepit in vanum animā suam, nec iurauit in dolo proximo suo. 23

Credo videre bona Dñi in terra viuentium. 26

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quàm abscondisti timentibus te! 30

Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. 35

Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. 83

Cōuertere anima mea in requiem tuā, quia Dominus benefecit tibi. Quia eripuit animā meā de morte, oculos meos à lachry- 114

mis, pedes meos à lapſu. Placebo Domino in regione viuorum.

149 Exultabunt ſancti in gloria tua: lætabuntur in cubilibus ſuis.

Cant. 1. Introduxit me Rex in cellaria ſua.

2 Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.

Ibidem. Surge propera amica mea, colũba mea, formoſa mea, & veni: iam enim hyems trãſiit, imber abiit, & receſſit.

3 Egredimini filię Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit *illum* mater ſua, in die deſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis eius.

4 Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis (in reginam.)

8 Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit de deſerto, delitiis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?

Sap. 3. Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arũdineto diſcurrent.

Eſa. 25. Faciet Dominus exercituũ omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium, medullatorum, vindemiæ defæcatæ.

Ibidem. Auferet Dominus Deus omnẽ lachrymam ab omni facie & opprobrium populi.

Ibidem. Exultabimus & lætabimur in ſalutari eius.

30 Erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit.

32 Sedebit populus me⁹ in pulchritudine pacis, in ta-

in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta.
Qui ambulat in iustitiis: & loquitur verita- 33
tem. qui proiicit auaritiam ex calumnia, &
excutit manus suas ab omni munere. Qui
obturat aures suas, ne audiat sanguinem; &
claudit oculos suos, ne videat malum: iste
in excelsis habitabit, munimenta saxorum
sublimitas eius, panis ei datus est: aquę eius
fideles sunt.

Regem in decore suo videbunt. *Ibidem.*

Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ. *Ibidem.*
Oculi tui videbunt Ierusalē, habitationem
opulentam, tabernaculū quod nequaquam
tranferri poterit.

Et ambulabunt qui liberati fuerint, & redē- *Ibid. 35.*
pti à Domino, conuertentur, & venient in
Sion cum laude, & lætitia sempiterna su-
per caput eorum. Gaudium & lætitiam ob-
tinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

Non esurient, neque sitient, & non percutiet 49
eos æstus & sol, quia miserator eorum reget
eos, & ad fontes aquarum potabit eos.

In terra sua duplicia possidebunt (duplicem 61
stolam) & lætitia sempiterna erit eis.

Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratia- 51
rum actio, & vox laudis.

Oculus non vidit Deus absque te, quæ præ- 64
parasti expectantibus te.

Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus: Ecce 65
serui mei comedent, & vos esurietis: Ecce
serui mei bibent, & vos sitietis. Ecce serui
mei lætabuntur, & vos confundemini. Ecce

ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & contritione ſpiritus vlulabitis.

Ibidem. Ecce ego creo cælos nouos, & terrã nouam, & non erunt in memoria priora, & nõ aſcẽdent ſuper cor, ſed gaudebitis & exultabitis in ſempiternum in his, quæ ego creo.

66 Lætamini cum Ieruſalem, & exultate in ea, omnes qui diligitis eam.

60 Non erit tibi amplius ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te, ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam: non óccidet vltra ſol tuus, & luna tua non minuetur: quia Dominus tuus erit tibi in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iuſti in perpetuum hæreditabunt terram.

66 Gaudete cum ea gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eã, vt ſugatis & repleamini ab vberibus conſolationis eius, & mulgeatis, & delitiis affluatis ab omnimoda gloria eius.

Baru. 3. O Iſraël quàm magna eſt domus Dei! & ingens locus poſſeſſionis eius.

2. Mac. 5 Qui derelictus eſt in ira omnipotentis Dei, iterum in magni Dei reconciliatione cum ſumma gloria exaltabitur.

Matt. 13 Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum.

25 Venite benedicti patris mei, percipite regnũ.

Ibidem. Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra

tra in gaudium Domini tui.
Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. *Luc. 12.*
Beatus qui mãducabit panem in regno Dei. *Luc. 14.*
Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum. *Luc. 22.*
Videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. *Ioan. 16.*
Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. *Ioan. 17.*
Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecũ, vt videant claritatẽ meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. *Ibidem.*
Reddet his, qui secundum patientiam boni operis sunt, gloriam & honorem, & incorruptionem quærentibus vitam æternam. *Rom. 2.*
Gloria, & honor & pax omni operanti bonũ. *Ibidem.*
Existimo enim quòd non sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. 8
Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę præparauit Deus iis qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit per Spiritum suum. *1. Cor. 2.*
Quæ enim videntur, temporalia sunt; quæ autem non videntur, æterna sunt. *2. Cor. 4.*
Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. *1. Cor. 13*
Cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & *Colos. 3.*

vos apparebitis cum ipſo in gloria.

1. Ioan. 3. Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. ſcimus quoniã cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt.

Apoc. 6. Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis, vt requieſcerent adhuc tempus modicum, donec compleantur cõſerui eorum, & fratres eorum, qui interficiẽdi ſunt, ſicut & illi.

7 Non eſurient neque ſitient amplius.

22 Nox vltrà non erit, & non egebũt lumine lucernæ, neq; lumine ſolis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in ſecula ſeculorum.

Gloria Dei in omnibus quærenda.

Tob. 12. Etenim ſacramentum Regis abſcondere bonum eſt, opus autem Dei reuelare & confiteri honorificum eſt.

Eſa. 42. Ego Dominus, hoc eſt nomen meum, & gloriam meam alteri nõ dabo: & laudẽ meam ſculptilibus.

1. Cor. 10. Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Coloſ. 3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.

Gloria modeſta honeſtè habenda.

Pſal. 5. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto.

Glo-

Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exultatio ignominia. *Prou. 3.*

Ne dederis maculam in gloriam tuam. *Eccli. 33.*

Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiã operatur, patientia autem probationẽ, probatio verò ſpem. *Rom. 5.*

Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium cõſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate cordis, & in ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. *2. Cor. 1.*

Nos autem non in immenſum gloriamur, ſed ſecundum menſuram regulæ, qua menſus eſt nobis Deus menſuram pertingendi vſque ad vos. 10

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ ſunt gloriabor. 11

Opus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantùm gloriam habebit, & non in altero. *Galat. 6.*

Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua, diues autem in humilitate ſua. *Iac. 1.*

Gloria vana fugienda.

Ne glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperuentura pariat dies. *Prou. 27.*

Pauper gloriatur per diſciplinã & timorem ſuum, & eſt homo qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam. *Eccle. 10.*

Qui gloriatur in ſubſtantia, paupertatem vereatur. *Ibidem.*

Ibidem. Melior est qui operatur, & abūdat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane.

11 In vestitu ne glorieris vnquã, nec in die honoris tui extollaris.

Luc.11. Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.

Galat.5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē prouocantes, inuicem inuidentes.

6 Nā si quis existimat se aliquid esse cū nihil sit, ipse se seducit.

GRATIA A SOLO DEO DATVR.

Psal.83. GRatiam & gloriam dabit Dominus.

Prou.12. Qui bonus est, hauriet gratiam à Dño.

Ibidem. Oculi tui vias Domini custodiant, vt addatur gratia capiti tuo.

Eccli.7. Gratia datur in conspectu omnis viuentis.

Eccli.20. Est datum quod non est vtile, & est datū cuius retributio duplex est.

Esa.12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.

55 Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite & comedite. Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.

Ioan.1. Gratia & veritas per Iesum Christū facta est.

Ibidem. Et de plenitudine eius omnes nos accepim⁹.

3 Non potest homo accipere à se quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo.

Act.15. Nullus ergo propriis viribus valet ingredi ianuam fidei, nisi patefaciente & operante gratia Dei.

Omnes

Omnes enim peccauerũt, & egẽt gloria Dei. *Rom. 3.*
Vbi autem abundauit peccatum, superabundauit & gratia, vt sicut regnauit peccatum in mortẽ, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Chiistũ Dominum nostrum. *Rom. 5.*
Stipendia peccati mors, gratia autẽ Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. 6
Igitur non volentis, neque currentis, sed est Dei miserentis. 9
Bibebant autem de spiritali consequẽte eos petra. Petra autem erat Christus. *1. Cor. 10*
Sufficit tibi gratia mea. *2. Cor. 12*
Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. *Ephes. 4.*
Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratiæ eius, vt misericordiam cõsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. *Hebr. 4.*
Deus enim superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. *1. Pet. 5.*
Ego sitienti dabo de fonte aquę viuæ gratis. *Apoc. 21*
Et qui sitit, & qui vult, accipiat aquã vitę gratis. 22

Bonum operatur.

Gratia sicut paradisus in benedictionibus: & misericordia in seculo permanet. *Eccli. 40.*
In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eũ: nondum enim erat Spiritus datus. *Ioan. 7.*

Rom.7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

1.Cor.15. Gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Nō ego autem, sed gratia Dei mecum.

Ephes.2. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum est, non ex operibus, vt ne quis glorietur.

Bonitate conseruatur.

Gene.6. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, eruntq; dies illius centum & viginti annorum.

Matt.25 Tollite ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omni enim habenti dabitur, & abundabit.

2.Cor.6. Adiuuantes autē exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

1.Tim.4. Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.

GVLA.

Deut.6. CVm comederis & saturatus fueris, caue diligenter ne obliuiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, & de domo seruitutis.

21 Filius vester si comessationibus vocat, & luxuriæ, atque conuiuiis, lapidibus obruet eum populus.

Prou.27. Anima saturata calcabit fauum (spiritualiū) & anima esuriēs pro dulci amarum sumet.

Omnis

Omnis labor hominis in ore eius, ſed anima eius non adimplebitur bonis. *Eccle.6.*

Somno ſalubri fruuntur viſcera temperâtis; manè ſurgit idem, & compos eſt animi, labor autem vigil, & cholera, torſionesq; exercent hominem inſatiabilem. *Eccli.31.*

Ab ea, quæ dormit in ſinu tuo (concupiſcentia) cuſtodi clauſtra oris tui. *Mich.7.*

Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neq; corpori veſtro quid induamini. *Matt.6.*

Qui voluerit animam ſuam (animalitatem) ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit propter me, inueniet eam. 16

Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. *Luc.6.*

Attendite vobis ne fortè grauētur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. 21

Qui ſecundum carnem ſunt, quę carnis ſunt ſapiunt. *Rom.8.*

Sicut in die honeſtè ambulemus: non in comeſſationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentionibus & ęmulatione: ſed induimini Dominū Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſideriis. *Rom.13.*

Si mortui eſtis cū Chriſto ab elemētis huius mundi: quid adhuc, tanquā viuētes in mūdo decernitis? (quid ſapidū, vel inſipidum.) *Coloſ.2.*

Optimū eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis quę non profuerunt ambulantibus in eis. *Hebr.13.*

Gula delectationem, non neceſsitatem quærit.

Sic primi parentes. Vidit igitur mulier, quòd *Gene.3.*

bonum

bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu eius, & comedit, deditque viro suo.

Num. 11 Sic filij Israël fastidientes manna, carnes cōcupierunt.

Deum offendit.

Gene. 3. Vnde primi parentes grauiter sunt puniti.

Ibidem. Mulieri quoq; dixit: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adæ verò dixit: Quia audisti vocē vxoris tuæ, & comedisti ex ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuę. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ.

19 In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Num. 11 Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis.

Iob 20. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.

Psal. 77. Et manducauerunt & saturati sunt nimis.

Ibidem. Adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.

1. *Cor.* 6. Esca ventri & venter escis, Deus autem hūc & has destruet.

Intel.

Intellectum deprimit.

Accepto pane & lentis edulio, comedit, & bibit, & abiit paruipendens quòd primogenita vendidisset. Gene. 25.

Introducā enim eū in terram, pro qua iuraui patribus eius, lacte & melle manantem. Deut. 31.

Cumq́; comederint, & saturati, crassiq́; fuerint, auertentur ad Deos alienos, & seruiēt eis, detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum.

Ne quis fornicator, aut profanus, vt Esau, qui propter vnā escā vēdidit primitiua sua. Hebr. 12.

Affectum inficit.

Huiuscemodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri. Rom. 16.

Quorum Deus venter est & gloria in cōfusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Phil. 3.

Corpus interficit.

Propter crapulam multi obierūt: qui autem abstinens est, adiiciet vitam. Eccli. 37.

Substantiam perdit.

Sic Esau prò lenticulæ edulio primogenita vendidit. Gene. 25.

Qui diligit epulas, in egestate erit: Qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. Prou. 21

In diebus Noë edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsque in diem, qua intrauit Noë in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes. Luc. 17.

HAEREDITAS SVPERNA.

SAluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ. Psal. 27.

Domi-

15 Dominus pars hæreditatis meæ.
36 Sustinentes Dominum, ipsi hæreditabunt terram.
141 Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
Rom.8. Hæredes quidē Dei, cohęredes autē Christi.
Ephes.1. In quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

Terrena.

Num.27 Homo cùm mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas: si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod etsi fratres nō fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris eius. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his, qui ei proximi sunt.
Prou.13. Bonus relinquet hæredes filios & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris.
20 Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit.
Eccli.14. Nōne aliis relinques dolores, & labores tuos in diuisione sortis?

HAERETICI DEVM OFFENDVNT.

2.Pet.2. NOuit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos: magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes.

Lucris

Lucris propriis intendunt.

Voluptatum amatores magis quàm Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. *2. Tim. 3.*

Hoc primū scientes, quòd veniēt in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes. *2. Pet. 3.*

Ex nobis prodierūt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. *1. Ioan. 2.*

Subintroierunt quidam homines (qui olim præscripti sunt in iudiciū) impij, Dñi nostri gratiā transferentes in luxuriā, & solū dominatorē Deū & Dominum nostrū Iesum Christum negantes. *Vide totum caput.* *Iudæ.*

Proximum seducunt.

Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; à fructibus eorū cognoscetis eos. *Matt. 7.*

Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent. 24

Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. *Ibidem.*

Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabūt signa magna & prodigia: ita vt in errorē inducantur, si fieri potest, etiam electi. *Ibidem.*

Nam oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. *1. Cor. 11.*

Nam

2. Cor. 11 Nam eiusmodi pseudoapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum, ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis. Nō est ergo magnum si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorū finis erit secundum opera ipsorum.

Act. 20. Ego scio quoniā intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgēt viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.

2. Pet. 2. Fuerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Deum negant: superinducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur.

Ibidem. Superbia enim vanitatis loquentes, pelliciūt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur: libertatem illis promittētes, quum ipsi serui sint corruptionis.

2. Pet. 3. Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace: & Domini nostri Iesu Christi longanimitatem, salutem arbitramini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut & in omnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ

quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

Charissimi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniã multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. *1. Ioan. 4.*

Ipsi de mundo sunt, ideo de mũdo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris. *Ibidem.*

Factis seipsos produnt.

A fructibus eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit: mala autem arbor malos fructus facit. *Matt. 7.*

Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. *Ioan. 10.*

Hoc autem scito, quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatũ amatores magis quàm Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutẽ autem eius abnegantes. *2. Tim. 3.*

Hæretici solerter vitandi.

Hæreticum hominem post vnã & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus *Tit. 3.*

eſt, qui eiuſmodi eſt & delinquit, cùm ſit proprio iudicio condemnatus.

2.*Ioan.*1. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeris. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis.

HOMICIDIVM SPIRITVALE.

1.*Ioan.*3. OMnis qui odit fratrē ſuū, homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.

Homicidium corporale firmiter prohibetur.

*Matt.*5. & 19. Non occides. *Exod.*20. & 23. *Deut.*5.

*Gene.*9. Sanguinem enim animarum veſtrarū requiram de manu cunctarum beſtiarum, & de manu hominis, de manu viri, & de manu fratris requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Ad imaginē quippe Dei factus eſt homo.

*Exod.*21. Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte morietur.

Ibidem. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum vt moriatur.

Ibidem. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lecto: ſi ſurrexerit & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit, qui percuſſerit: ita tamen vt opera eius, & impenſas in medicos reſtituat.

Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit,& arbitri iudicauerint. Si autẽ mors eius fuerit subsecuta,reddet animã pro anima,oculum pro oculo,dentem pro dente,manũ pro manu,pedem pro pede, vulnus pro vulnere. *Ibidem.*

Si bos cornu percusserit virũ aut mulierem, & mortui fuerint,lapidibus obruetur,& nõ comedentur carnes eius; dominus quoque bouis innocens erit. *Ibidem.*

Qui percusserit hominem & occiderit, morte moriatur. *Leuit.24.*

Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit; qui percusserit, reus erit homicidij, & ipse morietur. *Num.35*

Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit, similiter punietur. Si ligno percussus interierit, percussoris sanguine vindicabitur. *Ibidem.*

Homicida sub testibus punietur: ad vnius testimonium nullus condemnabitur. Non accipietis pretiũ ab eo, qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. *Ibidem.*

Nemo occidatur, vno contra se dicente testimonium. *Deut.17.*

Omnes enim qui acceperint gladium,gladio peribunt. *Mat.26.*

Frequenter oritur ex inuidia.

Sic Iudæi Christum cruci affigi iusserunt: Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum. *Mat.27.*

Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio.

Iuda. Væ illis, qui in via Cain abierunt.

Ex auaritia.

3. Reg. 21 Sic Iezabel ob vineam habendam occidi fecit Naboth.

Iob 24. Manè primo consurget homicida, interficiet egenum & pauperem, per noctem verò erit quasi fur.

Luxuria.

2. Reg. 11 Sic Dauid Vriã bello occũbere procurauit.

Marc. 6. Item Herodes Ioannem.

Ambitione.

Iud. 9. Vnde Abimelech septuaginta fratres, vt ipse solus regnare posset, occidit.

4. Reg. 11 Sic Athalia omne regium interfecit semen.

HOMINIS VETERIS RENOVATIO.

1. Cor. 15 PRimus homo de terra terrenus, secundus homo Dominus de cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.

2. Cor. 4. Licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem.

Galat. 6. In Christo enim Iesu neq; circũcisio aliquid valet, neq; præputium, sed noua creatura.

Ephes. 4. Vos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut

ſicut eſt veritas in Ieſu Deponite, ſecundū priſtinam conuerſationem, veterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deū creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis.

Nunc autē deponentes vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blaſphemiam, turpem ſermonem de ore veſtro. Nolite mentiri inuicē: expoliātes vos veterē hominem cum actibus ſuis, & induētes nouum, eum, qui renouatur in agnitionē Dei ſecundum imaginem eius, qui creauit illum. *Coloſ. 3.*

Hominis nobilitas ob animæ ſublimitatem.

Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. *Gene. 1.*

Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. 9

Minuiſti eum paulominus ab Angelis. *Pſal. 8.*

Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginē ſimilitudinis ſuę fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. *Sap. 2.*

Humilitas ob materiæ vtilitatem.

Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. *Gene. 2.*

Manus tuę Domine fecerunt me. Memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me: & in puluerem reduces me. *Iob 10.*

Homo vanitati ſimilis factus eſt. *Pſal. 143.*

Vnus ergò introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. *Sap. 7.*

Eccli.17. Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam nō est immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt.

Esa.41. Ecce vos estis ex nihilo, & opus vestrū ex eo quod nō est, abominatio est, qui elegit vos.

45 Væ qui cōtradicit factori suo testa de samiis terræ. Nūquid dicit lutum figulo suo, quid facis, & opus tuum absque manibus est?

Iacob.1. Exortus est sol cū ardore & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. Ita & diues in itineribus suis marcescet.

Vitæ breuitatem.

Iob 8. Hesterni quippe sumus, & ignoramus, quoniam sicut vmbra dies nostri super terram.

10 Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui?

16 Ecce enim breues anni transeūt, & semitam per quam non reuertar, ambulo.

Psal.38. Ecce mēsurabiles posuisti dies meos: & substantia mea, tanquam nihilum ante te.

89 Si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor.

101 Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.

Eccle.9. Nescit homo finem suū, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur; sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplo superuenerit.

Sap.2. Vmbra enim transitus est tempus nostrum.

5 Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius præcurrens; sic & nos nati continuò desinimus esse.

Omnis

Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut folium fructificãs in arbore viridi. Alia generantur, & alia deiiciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis alia finitur, & alia naſcitur. *Eccli.14.*

Vox dicentis clama, & dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt fœnũ, & decidit flos: quia Spiritus Domini ſufflauit in eo. Verè fœnum eſt populus. *Eſa.40.*

Quia omnis caro vt fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni: Exaruit fœnum, & flos eius decidit: Verbum autem Domini manet in æternum. *1.Pet.1.*

Miſeriæ multiplicitatem.

In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. *Gene.3.*

Homo naſcitur ad laborẽ, & auis ad volatũ. *Iob 5.*

Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij dies eius. 7

Homo natus de muliere, breui viuẽs tẽpore, repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. 14

Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo, & afflictione ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt? Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mẽte requieſcit: & hoc nónne vanitas eſt? *Eccle.1.*

Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole: Diuitiæ conſeruatæ in malum dñi ſui. 5

Quid ergo prodeſt ei, quòd laborauit in vẽtum? *Ibidem.*

Sap.9. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animã, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.

Eccli.40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adæ à die exitus de ventre matris eorum vsque ad diem sepulturæ in matrem omnium.

Ibidem. Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur, & aquæ omnes in mare conuertentur.

HONORANDVS DEVS CORDIALITER per debitam dilectionem.

Prou.7. FIli, honora Dominum, & valebis: præter eum verò ne timueris alienum.

Ibidem. Honora Dominum ex tota anima tua.

Mich.6. Quid dignum offeram Domino? Curuabo genu Deo excelso. Nunquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? Nunquid placari potest Deus in millibus arietum?

Ibidem. Indicabo tibi ô homo, quid sit bonũ, & quid Dominus requirat à te? Vtique facere iudiciũ, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo.

1.Tim.1. Regi autem seculorum, immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Rewerentialiter per deuotam laudationem.

Deut.10. Ipse est laus tua & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, quæ viderunt oculi tui.

Psal.68. Laudabo nomen Dei cũ cantico. Et placebit Deo

Deo super vitulum nouellum cornua producentem.

Afferte Domino gloriam & honorem. 28

Benedicam Dominũ in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo. 33

Magnificate Dominum mecum; & exaltemus nomen eius in idipsum. *Ibidem.*

Secundum nomẽ tuum Deus, sic & laus tua, in fines terræ. 47

Immola Deo sacrificium laudis. 49

Peccatori autẽ dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas? *Ibidem.*

Sacrificium laudis honorificabit me. *Ibidem.*

Septies in die laudem dixi tibi. 118

Non est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccle.15.*

Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini. 39

Glorificantes Dominum quãtumcunq; potueritis, superualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominũ, exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude. Exaltantes illum replemini virtute. 43

Confitebor tibi Domine Rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. 51

Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus Deus, & factus est mihi in salutem. *Esa.12.*

Eo, quia appropinquat populus iste ore suo & labiis suis glorificat me; cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic 29

miraculo grandi, & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eorum absconDetur.

Esa.42. Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt.

43 Populum istum formaui mihi, laudē meam narrabit.

Thren.3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos.

Osea 7. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis: super triticū & vinum ruminabant, & recesserunt à me.

Amos 5. Aufer à me tumultū carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam.

Matt.15 Hypocritę, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me.

Luc.19. Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.

1.Cor.14 Psallam spiritu, psallam & mente.

Ephes.5. Impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & Patri, subiecti inuicem in timore Christi.

Colos.3. Verbum Christi habitet in vobis abūdanter in omni sapientia, docentes & commonentes vobismetipsos in psalmis, hymnis, & cāticis spiritualibus, in gratia cantantes Deo in cordibus vestris.

Trista-

Triſtatur autem aliquis veſtrûm? oret: æquo animo eſt aliquis? pſallat. *Iacob.5.*

Et vox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo noſtro, omnes ſancti eius, & qui timetis Deum puſilli & magni. *Apoc.19*

Virtualiter per dignam oblationem, vt ſit bona ſine defectu.

Homo de domo Iſraël, & de aduenis, qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem ſuam, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocauſtũ Domini, vt offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris: ſi maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile. *Leuit.22*

Nõ apparebit ante Dominũ vacuus, ſed offeret vnuſquiſq; ſecundum quod habuerit, iuxta benedictionẽ Dei ſui, quã dederit ei. *Deut.16.*

Tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. *1.Par.29*

Voluntariè ſacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt. *Pſal.53.*

Bono animo gloriam redde Deo, & non minuas primitias manuum tuarum. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione ſanctifica decimas tuas. *Eccli.35.*

Si offeratis cæcum ad immolandum, nônne malum eſt? Et ſi offeratis claudũ & languidum, nónne malũ eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, & ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. *Malac.1.*

Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſcu- *Ibidem.*

masculum, & votum faciens immolat debile Domino: Quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meũ horribile in Gentibus.

Pura sine peccato.

Leuit.2. Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absq; fermẽto (malæ acquisitionis) fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini.

22 De manu alienigenæ nõ offeratis panes Deo vestro.

Deut.23 Non offeres mercedem prostibuli.

Psal.50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus.

Prou.15. Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia.

21 Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere.

Eccli 7. Ne dicas: in multitudine munerũ meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.

34 Immolans ex iniquo, oblatio est maculata.

Et infrà. Dona iniquorum non probat Altissimus.

35 Sacrificium salutare est, attendere mandatis, & discedere ab omni iniquitate.

Ibidem. Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu Altissimi.

Ibidem. Sacrificium iusti acceptum Deo, & memoriam eius non obliuiscetur Deus.

Ibidem. Ne offeras parua sordibus munera; nõ enim suscipiet illa: nec iniquum instituas sacrificium, quia Dominus iudex est, nec valet apud eum personæ magnificentia.

Quò

Quò mihi multitudinem victimarũ vestrarum, dicit Dominus? Plenus sum. *Esa.1.*

Cũ veniretis ante conspectũ meũ, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambularetis in atriis meis? Ne offeratis vltra sacrificiũ frustra: Incensum abominatio est mihi. *Ibidem.*

Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. *Ibidem.*

Quid est quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas in quibus gloriata es? *Ierem.11*

Hostias offerent, immolabunt carnes & comedent, & Dominus non suscipiet eas. Nunc recordabitur iniquitatis eorum. *Osea 8.*

Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: Sacrificia eorum quasi panis lugentium: omnes qui comedunt eum, contaminabuntur. *9*

Quòd si obtuleritis mihi holocaustomata & munera vestra, non suscipiam, & vota pinguium vestrorum non respiciam. *Amos 5.*

In vanum autem me colunt, docentes doctrinas hominũ. Relinquentes enim mandata Dei, tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum, & calicum, & similia his facitis multa. *Marc.7.*

Iusta de populo.

Honora Dominum de tua substantia (nõ alterius) & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. *Prou.3.*

Immo-

Eccli. 34. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata.

Ibidem. Dona iniquorum nō probat Altissimus: nec respicit in oblatione iniquorū, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.

Ibidem. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.

35 Noli offerre munera praua; non enim suscipiet illa; & noli inspicere sacrificium iniustum: quoniam Dominus vindex est, & nō est apud illum gloria personæ.

Ibidem. Nullam habet Dominus personæ rationem aduersus inopem, sed deprecationem læsi exaudiet.

Esa. 61. Ego Dominus diligēs iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum.

Malac. 1. Intulistis de rapinis munus, nūquid suscipiā illud de manu vestra, dicit Dominus?

HONORANDI SVNT PARENTES CORDIALITER.

Tob. 4. AVdi, fili mi, verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum constitue: Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus eius. Memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cùm autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelies eam circa me.

Prou. 23. Audi patrem tuum, qui te genuit; & ne contemnas cùm senuerit mater tua.

Fili,

Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes eũ in vita illius; & si defecerit sensũ, veniam da, & ne spernas eũ in tua virtute. Eleëmosyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonũ, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis memorabitur tui; & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. *Ecli. 3.*

Diligenter.

Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. *Ibidem.*

7 Honora patrem tuũ, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris, & retribue illis quomodo & illi tibi. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses.

Filij, obedite parẽtibus per omnia: hoc enim placitum est Domino. *Colos. 3.*

Affectualiter propter Dei iussionem.

Vnusquisque patrem suum & matrem suam timeat. *Exod. 20. Leuit. 19*

Honora patrem tuum & matrem, sicut præcepit tibi Dominus: vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. *Deut. 5.*

Quare vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrẽ; & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem suum aut matrem suam. *Matt. 15.*

Ob bo-

Ob boni consecutionem.

Prou. 17. Corona senum, filij filiorum: & gratia filiorum patres eorum.

Eccli. 3. Sententiam patris audite filij dilecti, & exequimini eā, vt seruemini: Dominus enim patrem liberis honorabilē reddidit, & sententiæ matris attribuit auctoritatē in filios.

Ibidem. In opere & sermone & omni patiētia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum. Maledictio autem matris eradicat fundamenta.

Ibidem. Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam.

Qui honorat patrē suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerat matrem.

Ephes. 6. Filij obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est: Honora patrē tuum & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.

Mali euasionem.

Exod. 21. Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur.

Deut. 27. Maledictus qui non honorat patrem suum & matrem suam.

Prou. 19. Qui affligit patrem & expellit matrē, ignominiosus erit & infelix.

20. Qui maledicit patri & matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris.

Qui

Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo & à matre, & dicit hoc non eſſe peccatũ, particeps homicidæ eſt. 28

Verbũ cuſtodiẽs filius extra perditionẽ erit. 29

Oculum eius, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ſuffodiant eum corui de torrentibus, & aquilę pulli deuorẽt. 30

Ne glorieris in contumelia patris tui, nõ eſt enim tibi gloria, ſed confuſio. Gloria enim hominis ex honore patris eſt, & dedecus filij, pater ſine honore. *Eccle.3.*

Quàm malæ famæ eſt qui relinquit patrẽ: & eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrẽ. *Ibidem.*

Honor debitè exhibendus.

Gloriam ſapientes poſſidebunt, ſtultorũ exaltatio ignominia. *Prou.3.*

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit inſipienti honorem. 26

Et optimati ſubmitte caput tuum. *Eccli.4.*

Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum: Semen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini. 10

Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere eũ faciet. 11

Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. 37

Honeſtè conſeruandus.

Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. *1.Reg.2.*

Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. *Prou.5.*

Eccle.10. Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum timor Dei est: non despicere hominem iustum pauperem, & non magnificare virum peccatorem diuitem.

Ibidem. Fili in mãsuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. Peccantem in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit exhonorãtem animam suam?

Iniquè non ambiendus.

Eccle.10. Inscius non honorabitur.

Ibidem. Et est homo qui honorificabitur propter substantiam suam.

Luc.20. Attẽdite à scribis, qui volũt ambulare in stolis, & salutationes amant in foro, & primas cathedras in synagógis, & primos discubitus in conuiuiis; qui deuorãt domos viduarum; simulantes longam orationem.

HOSPITALITAS.

Eccli.29. *Et infra.* Vita nequã hospitari de domo in domũ. Hospitabitur & pascet & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet.

Ibidem. Transi hospes & orna mẽsam, & quæ in manu habes, ciba cæteros.

Esa.58. Egenos vagosque induc in domum tuam.

Ioan.5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: Si venerit alius in nomine suo (Dominus talis, vel talis) illum accipietis. (sic quidam, pauperes bonos excludũt, magnos autem raptores, & diuites recipiunt sumptuosè.)

23 Qui accipit si quem misero (dicit Dominus) me

me accipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui me misit.

Necessitatibus Sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. *Rom.* 12.

Hospitalitatē nolite obliuisci. Per hāc enim quidā placuerunt Angelis hospitio receptis. *Hebr.* 13.

Hospitales estote inuicē sine murmuratione. 1. *Pet.* 4.

HVMILITAS.

RESpexisti humilitatem meam. *Psal.* 30.

Respexisti Dominus in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. 101

Domine nō est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: neq; ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. 130

In humilitate nostra memor fuit nostri. 135

Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. *Prou.* 16.

Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. 29

Nardus mea dedit odorem suum. *Cant.* 1.

Humilia valde spiritum tuum, quoniā vindicta carnis impij, ignis & vermis. *Eccli.* 7.

Iustus est qui se nimium submittit à multa humilitate: & est iustus qui inclinat faciem suam, & fingit se videre, quod ignoratū est. 19

Intra in lutum & calca, subigēs tene (vel tere) laterem. *Nahū* 3.

Spiritum nobis iterum cū misericordia reddet, & vitam sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius. 2. *Mac.* 7.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. *Matt.* 5.

Mat. 23. Qui se humiliauerit, exaltabitur.

11 Discite à me: quia mitis sũ & humilis corde.

18. & 19 Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere, talium est enim regnum cælorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior vocabitur in regno cælorum.

Luc. 1. Deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

2. *Cor.* 10 In facie quidem humilis sum inter vos.

Phil. 2. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed per humilitatem, superiores sibi inuicem arbitrantes.

Christo assimilat.

Mat. 20. Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus. Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suã redemptionem pro multis.

Ioan. 13. Vos vocatis me Magister & Domine, & benedicitis: sum etenim. Si ergo laui pedes vestros, dominus & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

Phil. 2. Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu: qui cùm in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualẽ Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semet-

metipsum, factus obediẽs vsq; ad mortem, mortẽ autẽ crucis. Propter quod & De⁹ exaltauit illũ, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiũ, terrestriũ, & infernorũ, & omnis lingua cõfiteatur, quia Dñs Iesus Christus in gloria est Dei patris.

Homines magnificat apud Deum.

Humilium & mãsuetorum semper tibi placuit deprecatio. *Iud 9.*

Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate. *Iob 5.*

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra? Suscitans de terra inopem, & de stercore erigens pauperem: vt collocet eũ cum principibus. *Psal. 112.*

Custodiens paruulos Dominus: & humiliatus sum, & liberauit me. 114

Gloriam præcedit humilitas. *Prou. 15.*

Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. 18

Humilem spiritu suscipiet gloria. 29

In humilitate tua patiẽtiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles & in camino humiliationis. *Eccli. 2.*

Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. 3

Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & 35

donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec Altissimus aspiciat.

Esa.57. Hæc dicit excelsus & sublimis habitans æternitatem, & sanctum nomen eius in excelso & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritũ humilium, & viuificet cor contritorum.

66 Ad quẽ respiciam nisi ad pauperculũ & contritum spiritu, & trementẽ sermones meos?

Luc.1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Iacob.4. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.

1.Pet.5. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.

Apud homines.

Prou.11. Vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.

Eccle.10. Radices gentiũ superbarum arefecit Dominus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus.

1.Pet.2. Subiecti estote omni humanæ creaturę propter Deum, siue Regi, quasi præcellẽti: siue ducibus tanquã ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.

Ibidem. Serui subditi estote in omni tempore dominis, non tantùm bonis & modestis, sed etiã discolis.

Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu.

Luc.14. Cũ inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum, & tunc inci-

incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cùm vocatus fueris, vade, recũbe in nouissimo loco: vt cùm venerit, qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria corã simul discumbẽtibus: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur; & omnis qui se humiliat, exaltabitur.

Humilitas vera Deum attendit.

Humiliare Deo, & expecta manus eius. *Eccli. 13.*

Cùm feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod fecimus, facere debuimus. *Luc. 17.*

Seipsum vilipendit.

Ego autem sum vermis & nõ homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. *Psal. 21.*

Humilia valde spiritũ tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. *Eccli. 7.*

Attẽde ne seductus in stultitiam humilieris. 13

Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiam seducaris.

Et publicanus à lõgè stans, nolebat nec oculos in cælum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicẽs: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico autem vobis, descẽdit hic iustificatus in domum suam: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. *Luc. 18.*

Tanquam purgamenta mundi huius facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc. *1. Cor. 4.*

Proximum magnipendit.

Nõ alta sapiẽtes, sed humiliter consentiẽtes. *Rom. 12.*

Subiecti inuicem, in timore Domini. *Ephes. 5.*

1.Pet.5. Omnes enim inuicem humilitatē insinuate.

Humilitas ficta malum intendit.

Eccli.19. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. Et est iustus qui se nimium submittit à multa humilitate, & est iustus qui inclinat faciem suam, & fingit videre se, non quod ignoratum est. Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus maleficiendi, malefaciet.

HYPOCRISIS.

Iob 17. INnocens contra hypocritam suscitabitur in iudicio.

Esa. 1. Excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum.

Matt.6. Cùm facis eleëmosynā, noli ante te tuba canere, sicut hypocritæ faciūt, in synagôgis & vicis, vt honorificentur ab hominibus.

Ibidem. Cùm oratis, nō eritis sicut hypocritæ. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

Ibidem. Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminât enim facies suas, *vt appareant* hominibus ieiunantes.

7 Hypocrita eiice primū trabem de oculo tuo.

Galat.1. An quæro hominibus placere? Si hominibus placerem, seruus Christi non essem.

Hypocrisis prohibitio.

Eccli.1. Ne fueris hypocrita in cōspectu hominum, & non scandalizeris in labiis tuis.

Luc.12. Attendite à fermento Pharisæorum, in quo est hypocrisis.

Conditio.

Esa.9. Omnis hypocrita est & nequam.

Qui

Qui dicunt recede à me, non appropinques *Esa.65.*
mihi, quia immundus es: isti fumus erunt
in furore meo, ignis ardens tota die.

Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur *Mat.23.*
ab hominibus.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia *Ibidem.*
similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris
parent hominibus speciosa; intus verò
plena sunt ossibus mortuorũ, & omni spurcitia.
Sic & vos à foris quidẽ apparetis hominibus
iusti, intus autem pleni estis hypocrisi
& iniquitate.

Vos estis qui iustificatis vos coram homini- *Luc.16.*
bus: Deus autem nouit corda vestra.

Satanas transfigurat se in angelum lucis. Nõ *2.Cor.11*
est ergo mirum, si ministri eius transfigurentur
velut ministri iustitiæ: quorum finis
erit secundum opera ipsorum.

Punitio.

Spes hypocritę peribit. Nõ ei placebit vecor- *Iob 8.*
dia sua, & sicut tela aranearũ fiducia eius.

Non enim veniet in conspectu eius omnis 13
hypocrita.

Cõgregatio enim hypocritæ, sterilis, & ignis 15
deuorabit tabernacula eorum.

Gaudiũ hypocritæ ad instar puncti. Si ascẽ- 20
derit vsq; ad cælum superbia eius, & caput
eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in
fine perditur, & qui eũ viderant dicent: Vbi
est? velut somnium auolans nõ inuenietur.

Filij eius atterentur egestate, & manus illius *Ibidem.*
reddent ei dolorem suum.

7 *Iob.* 27 Quæ est enim spes hypocritæ, si auarè rapiat, & si liberet Deus animam eius? Nunquid audiet Deus clamorem eius, cùm venerit super eum angustia?

Eccli. 3. Ingrediens duas vias, non habebit successus.

8 Vidi impios sepultos: qui etiam cùm adhuc viuerent, in loco sancto erant: & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum, sed & hoc vanitas est.

Matt. 23 *&* *Mar.* 12. Væ illis, qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis, hi accipient prolixius iudicium.

Mat. 24. Partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus, & stridor dentium.

IACTANTIA.

1. *Reg.* 2. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes.

Tob. 4. Superbiam in tuo sermone nunquam dominari permittas. Nam superbiæ coniunctus est interitus, multaque perturbatio.

Psal. 11. Disperdat Dominus vniuersa labia *dolosa*, & linguam magniloquam.

Prou. 27. Laudet te alienus, & nō os tuum: extraneus, & non labia tua.

Soph. 3. Auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adiicies exaltari amplius in monte sancto tuo.

Rom. 1. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt.

2. *Cor.* 10. Non audemus inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant, sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & cōparantes nosmetipsos nobis.

Non

Non enim qui seipsum commēdat, ille pro batus est, sed quem Deus commendat. *Ibidem.*

Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat (& etiam parua.) *Iacob.3.*

IDOLOLATRIAE PROHIBITIO STRICTA.

NOn facietis deos argēteos, nec deos aureos facietis vobis. *Exod.20.*

Nō adorabis deos eorum, nec coles eos, nec facies opera eorum. 23

Deos conflatiles non facies tibi. 34

Nolite cōuerti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus vester. *Leuit.19*

Non vidistis aliquā similitudinē in die qua locutus est vobis Dominus in Oreb de medio ignis: Ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginē, masculi vel fœminæ, similitudinem omnium iumentorum quæ sunt super terram, vel auium sub cælo volatilium, atq; reptilium, quæ mouentur in terra, siue piscium, quæ sub terra morantur in aquis: ne fortè eleuatis oculis ad cælum, videas Solem & Lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea, & colas. *Deut.4.*

Non plantabis lucū & omnem arborē iuxta altare Domini Dei tui. Nec facies tibi atque constitues statuam, quæ odit Dominus Deus tuus. 16

Non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum. *Psal.80.*

Quoniam omnes dij Gentium dæmonia. 95

Cui

Esa.40. Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid sculptile conflabit faber? aut artifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius?

Conditio vana.

Iud.6. Nunquid vltores estis Baal, vt pugnetis pro eo? Si Deus est, vindicet se de eo, qui suffodit aram eius.

Psal.113. Simulachra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominũ. Os habent & non loquentur: Aures habent & non audient: Manus habent & non palpabũt: Pedes habent & non ambulabunt.

Sap.13. Infelices autẽ sunt, & inter mortuos spes illorũ, qui appellauerunt Deos, opera manuũ hominũ aurum & argentum, artis inuẽtionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.

Ibidem. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est, & pro sanitate quidẽ infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutorium inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non potest, & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis.

14 Infandorum enim cultura idolorum, omnis mali causa est & initium & finis. Aut enim dũ lætantur insaniunt, aut certè vaticinãtur falsa, aut viuunt iniustè, aut peierant citò.

Esa.44. Nũquid est Deus absq; me, & formator quẽ ego non nouerim? Plastæ idoli omnes nihil sunt,

ſunt, & amantiſſima eorum non proderunt eis: ipſi ſunt teſtes eorum, quia non vident, neque intelligunt vt confundantur.
Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis, & cōparaſtis me & feciſtis similē? Qui confertis aurum de ſacculo, & argentum ſtatera ponderatis, conducentes artificē, vt faciat Deum, & procidunt & adorant. Portant illū in humeris geſtantes, & ponentes in loco ſuo, & & ſtabit, ac de loco ſuo non mouebitur. 46
Sed & cùm clamauerint ad eū, nō audiet: de tribulatione non ſaluabit eum. Mementote illud & cōfundamini: redite præuaricatores ad cor. *Ibidem.*
Filioli, cuſtodite vos à ſimulacris. *1. Ioan. 5.*

Punitio.

Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptique feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrātes malū coram Dño Deo veſtro, vt eum ad iracūdiam prouocetis, teſtes inuoco hodie cælum & terram, citò perituros vos eſſe de terra, quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis. *Deut. 4.*
Si tibi voluerit perſuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis vt animā tuā, clam dicens, Eamus, & ſeruiamus Diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, cunctarū in circuitu Gentiū, quæ iuxta vel procul ſunt ab initio vſq; ad finem terrę, nō acquieſcas ei, nec audias; neq. pateat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum: ſed ſtatim interficies. Sit primum manus tua 13
ſuper

ſuper eum: & poſt te omnis populus mittat manum: lapidibus obrutus necabitur: quia voluit te abſtrahere à Domino Deo tuo.
27 Maledictus homo qui fecit ſculptile, & conflatile abominationē Domini, opus manuū artificum, ponetque illud in abſcondito.

Pſal 96. Confundantur omnes qui adorāt ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.

Eſa.42. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus.

Ibidem. Confundantur confuſione qui confidunt in ſculptili; qui dicunt cōflatili, Vos dij noſtri.

Ierem.2. Trāſite ad inſulas Cethim, & videte ſi factū eſt huiuſcemodi; ſi mutauit gēs deos ſuos. Et certè ipſi non ſunt dij. Populus verò meus mutauit gloriam ſuam in idolum. Obſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus.

Occaſio voluptuoſa.

Exod.32. Surgenteſq; manè obtulerunt holocauſta & hoſtias pacificas & ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.

Sap.14. Initium enim fornicationis eſt, exquiſitio idolorum, & adinuentio illorum, corruptio vitæ eſt. Neque enim erant ab initio, neq; erunt in perpetuum. Superuacuitas enim hominum hæc adinuenit.

Ibidem. Acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filij fecit imaginem; & illum, qui tunc, quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & conſtituit inter ſeruos ſuos ſacra & ſacrificia.

Bona est oratio cum ieiunio & eleëmosyna, magis quā thesauros auri recondere. *Tob.12.*

Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in ieiuniis, & orationibus in cōspectu Domini. *Iudith 4.*

Sanctificate ieiunium (munda vita) vocate coetum (pauperum.) *Ioel.1.*

Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, planctu, & fletu. *2*

Nunquid ieiunium ieiunastis mihi? *Zach.7.*

Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. *Luc.6.*

In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in vigiliis, in ieiuniis. *2.Cor.6.*

Ieiunij boni modus quo ad intentionem.

Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunâs, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. *Matt.6.*

Prædicaui ieiunium, vt affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis, & filiis nostris, vniuersæque substantiæ nostræ. *1.Esd.8.*

Prosecutionem.

Si vouerit & iuramēto se cōstrinxerit, vt per ieiunium, vel cæterarum rerū abstinētiam affligat animam suam, in arbitrio viri erit siue non faciat (vxor scilicet) siue vt faciat. Quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quicquid vouerat, atque promiserat, reddet: quia statim vt *Num.30.*

audi-

audiuit, tacuit: sin autē contradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatē eius.

Esa. 58. Nónne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirūpe. Frange esurienti panem tuū, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cùm videris nudū, operi eū, & carnē tuā ne despexeris.

Carnem refrenat.

Psal. 34. Humiliabam in ieiunio animam meam.

68 Operui in ieiunio animam meā, & factum est in opprobrium mihi.

108 Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.

Ieiunij mali qualitas.

Esa. 58. Quare ieiunauimus & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti (approbando) Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutis pugno impiè, nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diē affligere hominem animā suam? Nunquid contorquere, quasi circulū, caput suum, & saccū & cinerem sternere? Nunquid istud vocamus ieiunium, & diem acceptabilem Domino?

Matt. 6. Cū ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, vt videantur ab hominibus ieiunantes. Amen dico

dico vobis, receperunt mercedem suam.

Vanitas.

Cùm ieiunauerint, nõ audiã preces eorum. *Ierem.14*

Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuũ, quid prodest lauatio illius? sic homo, qui ieiunat in peccatis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliãdo se? orationem eius quis exaudiet? *Eccli.34.*

IGNORANTIA.

VSquequo imprudentes odibunt scientiam? *Prou.1.*

Vbi non est scientia animæ, non est bonum. 19

Stultus in via ambulãs, cùm ipse insipiẽs sit, omnes stultos æstimat. *Eccle.10.*

Rex insipiẽs, perdet populum suũ, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudẽtium. *Eccli.10.*

Neminem diligit Deus, nisi eum, qui cũ sapientia inhabitat. *Sap.7.*

Non erudietur qui non est sapiens in bono. *Eccli.21.*

Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. *Ibidem.*

Verbum Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. *Ierem.8.*

Si quis autẽ se existimat scire aliquid, nondum agnouit quomodo oporteat eũ scire. *1.Cor.8.*

Ignorantia turpiter admittitur.

Vani autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. *Sap.13.*

Ignorantiam enim Dei quidam habent. *1.Cor.15*

Hoc igitur dico & testificor in Domino, vt iam non ambuletis sicut & Gentes ambulant. *Ephes.4.*

Grauiter punitur.

4.Reg.17 Leones interficiunt eos, quia ignorant ritum Dei terræ.
Iob 4. Quia nullus intelligit, in ęternum peribunt.
Prou.8. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem.
17 Qui euitat discere, incidet in mala.
Esa.5. Propterea captiuus ductus est populus me', quia non habuit scientiam.
27 Non enim est populus sapiens, propter ea non miserebitur eius qui fecit eum; & qui formauit eum, non parcet ei.
Baru.3. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam.
Osea 4. Quia tu sciētiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi, & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego.
Ibidem. Et populus non intelligens vapulabit.
1.Cor.14 Si quis ignorat, ignorabitur.

IMITANDVS DEVS.

Vide, Dominus imitandus.

Imitandus homo prudenter.

Psal.36. NOli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem.
Ibidem. Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via (sua.
Prou.3. Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius.
4 Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via.
24 Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis.
1.Cor.4. Rogo ergo vos imitatores mei estote, sicut & ego Christi: Ideo misi ad vos Timotheū,

qui

qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino, qui vos commonefaciat vias meas quæ sunt in Christo Iesu.

Christi bonus odor sumus Deo ; in his, qui salui fiunt, & in his, qui pereunt. Aliis quidem odor mortis in mortem : aliis autem odor vitæ in vitam. 2.Cor.2.

Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulãte inordinatè, & nõ secundum traditionem, quam accepistis à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodũ oporteat imitari nos. 2.Thes.3.

Cupimus autem vnumquemque vestrũ eandem ostentare solicitudinem, ad expletionem spei, vsque in finem, vt nõ segnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. Hebr.6.

Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. 3.Ioan.

IMPII DEVM CONTEMNVNT.

QVi dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Quid Omnipotens, vt seruiamus ei? &, quid nobis proderit, si orauerimus illum? Iob 21.

In circuitu impij ambulant. Psal.11.

Impius facit opus instabile: seminãti autem iustitiam merces fidelis. Prou.11.

Abominatio est Domino via impij. 15

Longè est Dominus ab impiis. Itidem.

Impius cum in profundum venerit peccato- 18

 rum,

rium, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium.

Eccle. 8. Est & alia vanitas, quę fit super terram: Sunt iusti, quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij, qui ita securi sunt, quasi opera iustorum habeãt: sed & hoc vanissimum iudico.

Sap. 14. Similiter autē odio sunt Deo impius & impietas eius.

Ierem. 7. Ecce vos cōfiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, ire post deos alienos, quos ignoratis. Et venistis & stetistis corã me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: Liberati sumus, eò quôd fecerimus omnes abominationes istas.

Proximum opprimunt.

Iob 15. Cūctis diebus suis superbit impius, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius.

Prou. 10. Os impiorum operit iniquitas.

12 Verba impiorum insidiãtur sanguini: os iustorum liberabit eos.

21 Anima viri impij desiderat malum, non miserebitur proximo suo.

25 Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.

27 Cor iniqui inquirit mala: cor autem rectum inquirit scientiam.

28 Viri mali non cogitant iudicium: qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.

In

In exultatione iuſtorũ, multa gloria: regnantibus impiis ruinæ hominum. *Ibidem.*

Cũ ſurrexerint impij, abſcõdentur homines: cùm illi perierint, multiplicabuntur iuſti. *Ibidem.*

In multiplicatione iuſtorum lætabitur vulgus: cùm impij ſumpſerint principatũ, gemet populus. 29

In multiplicatione impiorum multiplicabũtur ſcelera, & iuſti ruinas eorum videbunt. *Ibidem.*

Narratio peccantium odioſa. *Eccli. 24.*

Impij autẽ quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt. *Eſa. 57.*

Non eſt pax impiis, dicit Dominus Omnipotens. *Ibidem.*

Opera eorum inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant, vt effundant ſanguinẽ innocentem. 59

Vaſtitas & contritio in viis eorum. *Ibidem*

Semitæ eorũ incuruatæ ſunt eis, omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. *Ibidem.*

Seipſos perduunt in anima.

Et ſi impius fuero, vę mihi eſt: & ſi iuſtus, nõ leuabo caput, ſaturatꝰ afflictione & miſeria. *Iob 10.*

Quia in diem perditionis ſeruatur impius, & ad diem furoris ducetur. 21

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Quoniam declinauerũt in te mala. *Pſal. 20.*

Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringetur. Ipſe *Prou. 5.*

morietur, quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitiæ suæ decipietur.
10 Anni impiorum breuiabuntur.
11 In impietate sua corruet impius.
14 In malitia sua repelletur impius: sperat autē iustus in morte sua.
Eccle.7. Ne impiè agas multum, & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo.
Sap.3. Impij secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt, qui neglexerūt iustum, & à Domino recesserunt.
5 Talia dixerūt in inferno hi, qui peccauerūt: quoniam spes impij tanquā lanugo est, quæ à vento tollitur: & tāquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.
Eccli.7. Vindicta carnis impij, ignis & vermis.
41 Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini; & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.
Ibidem. Omnia quæ de terra sunt, in terrā conuertētur: sic impij à maledicto in perditionem.
Esa.3. Vę impio in malū: retributio enim manuum eius fiet ei.
26 Misereamur impio, & non discet iustitiam facere. In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.
Ezech.18 Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē secundū omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid viuet?
Omnes

Omnes iustitiæ eius, quas fecit, non recordabuntur. In præuaricatione, qua præuaricatus est, & in peccato suo, quo peccauit, in ipsis morietur.

Prole.

Oculi autem impiorũ deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ. *Iob 11.*

Quoties lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui? Erunt sicut paleæ ante faciẽ venti, & sicut fauilla, quam turbo dispergit. Deus seruauit filiis illius dolorem patris, & cùm reddiderit, tunc sciet. 21

Fructum eorum de terra perdes, & semẽ eorum à filiis hominum. *Psal. 20.*

Iniusti autem disperibunt, simul reliquiæ impiorum interibunt. 36

Nepotes impiorũ nõ multiplicabunt ramos. *Eccli. 40.*

Fama.

Nomen impiorum putrescet. *Prou. 10.*

Qui derelinquunt legem, laudant impium. 28

Condemnat antẽ iustus mortuus viuos impios; & iuuentus celerius consummata, lõgam vitam iniusti. *Sap. 4.*

Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. Videbunt enim & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit, & erunt post hæc decedentes sine honore, & in cõtumelia inter mortuos in perpetuum. *Ibidem.*

Substantia temporali.

Iob 8. Tabernaculum impiorum non subsistet.

Psal. 1. Non sic impij, non sic; sed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ.

36 Vidi impium superexaltatum, & eleuatū super cedros Libani: Et transiui, & ecce, non erat.

Prou. 3. Egestas à Domino in domo impij.

10 Quod timet impius, veniet super eum.

12 Non roborabitur homo ex impietate.

14 Domus impiorum delebitur.

28 Fugit impius nemine persequente.

Eccli. 40. Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnū in pluuia personabunt.

INCESTVS.

Leuit. 18. OMnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat, vt reuelet turpitudinem eius, ego Dominus Deus vester.

Ibidem. Turpitudinem patris tui & matris tuæ, *vxoris* patris tui, sororis tuæ. filiæ filij tui, *& filiæ* tuæ, nurus tuæ, vxoris fratris tui nō discooperies.

20 Qui supra vxorem filiam, duxerit matrem eius: scelus operatus est. Viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.

Ibidem. Qui dormierit cum nouerca, & reuelauerit ignominiā patris sui, morte moriantur ambo (& ita de aliis.)

Deut. 22. Non accipiet homo vxorē patris sui, nec reuelabit operimentum eius.

INCRE-

QVia nō credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. *Num. 20*

Non intrabit terram, quam dabo filiis Israël (Aaron) eò quòd incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. *Ibidem.*

Quousque non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam. 14

Omnis incredulus, in incredulitate sua morietur. *4. Esd. 15*

Cōtumax nō sis, & incredibilis timori Domini, & ne accesseris ad illū duplici corde. *Eccli. 1.*

Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo. 2

In gente incredibili exardescet ira (Dei vel sui.) 16

Ne sis incredibilis verbo illius. *Ibidem.*

Si non credideritis, non permanebitis. *Esa. 7.*

Qui incredulus est, infideliter agit. 21

Expandi manus meas tota die ad populū incredulum, qui graditur in via nō bona, post cogitationes suas, & contradicentem mihi. *& 65* *Rom. 10.*

Populo huic factum est cor incredulū & exasperans. *Ierem. 5.*

Eramus incredibiles ad Dominum Deū nostrum, & dissipati recessimus, ne audiremus legem (vel vocem) ipsius. Et adhęserunt nobis multa mala & maledictiones, quæ constituit Dominus Mosi seruo suo. *Baru. 1.*

Qui incredulus est, non erit anima eius recta in semetipso. *Abac. 2.*

Matth.8. Quid timidi estis modicæ fidei?
17 Quare nos nõ potuimus eiicere illum? dicit illis Iesus, Propter incredulitatem vestram.
Mar.16. Qui verò non crediderit, condemnabitur.
Ioan.3. Qui non credit, iam iudicatus est.
Ibidem. Qui incredulus est filio, non videbit vitam æternam: sed ira Dei manet super eum.
8 Si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.
20 Noli esse incredulus, sed fidelis.
Rom.3. Quid, si quidam illorum non crediderunt? nunquid incredulitas illorum, fidem Dei euacuauit? absit.
11 Propter incredulitatem fracti sunt rami.
Ibidem. Conclusit Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.
Hebr.3. Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrûm cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo.
Ibidem. Quibus autẽ iurauit nõ introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt? & videmus, quia non potuerunt introire in requiem ipsius, propter incredulitatem.
1.Pet.2. Vobis honor credentibus; nõ credentibus autem, lapis, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt.
Apoc.21 Timidis & incredulis pars illorũ erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda.

INDVL-

INDVLGENTIA.

NE dicas, reddā malum pro malo, expe- *Prou.20*
cta Deum, & liberabit te.

Relinque proximo tuo nocenti te: & tūc de- *Eccli 28.*
precanti tibi peccata dissoluentur.

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recor- *Matth.5*
datus fueris, quia frater tuus habet aliquid
aduersum te; relinque ibi munus tuum an-
te altare, & vade prius recōciliari fratri tuo;
& tunc veniens offeres munus tuum.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eo- *6*
rum, dimittet & vobis pater vester cælestis
peccata vestra.

Si autem non dimiseritis hominibus, nec pa- *Ibidem.*
ter vester dimittet vobis peccata vestra.

Cum patientia supportātes inuicem in cha *Ephes.4.*
ritate, & donantes vobismetipsis, siquis ad-
uersus aliquem habet querelam.

Sicut Deus (in Christo) donauit vobis; ita & *Colos.3.*
vos facite.

Nō reddentes malū pro malo, vel maledictū *1.Pet.3.*
pro maledicto; sed de contrario benedicen- *&*
tes, quia in hoc vocati estis in vna spe, vt *Rom.12.*
benedictionem hæreditate possideatis.

INDVMENTA.

FAllax gratia, & vana est pulchritudo. *Prou.31*
Corpus vestrum plus est quàm vestimē- *Matth 6.*
tum.

Qui duas tunicas habet, det non habenti; & *Luc.3.*
qui habet escas, similiter faciat.

Habentes autem alimenta, & quibus tega- *1.Tim.6.*
mur, his contenti simus.

INDV-

INDVRATIO ORITVR II

gratiæ subtractione iusta.

Exod.4. VIde, vt omnia ostẽta, quæ posui in manu tua, facias corã Pharaone. Ego indurabo cor eius, & non dimittet populũ meum.

10 Ego enim indurauI cor eius, & seruorũ illius.

14 Et indurabo cor eius, ac persequetur vos & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius.

Rom.9. Igitur nõ est volentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim Scriptura Pharaoni: Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutẽ meã, & vt annuntietur nomen meũ in vniuersa terra. Ergo cuius vult, miseretur; & quem vult, indurat.

10 Nunquid Israël non cognouit? Primus Moses dicit: Ego ad æmulationẽ vos adducam in non gentem, in gentem insipientem; in iram vos mittam. Esaias autem audet, & dicit: Inuentus sum à non quærentibus, palàm apparui his, qui me non interrogabant. Ad Israël autẽ dicit: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi.

Ex gratiæ repulsione iniqua.

4.Reg.17 Et testificatus est in Israël & Iuda, per manũ omnium prophetarum, & videntiũ dicens: Reuertimini à viis vestris pessimis: & custodite præcepta mea. Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suã iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo.

Audite

Audite me duro corde, qui lōgè estis à iusti- *Esa.46.*
tia. Propè feci iustitiam meam, non elōga-
bitur, & salus mea non morabitur.
Sciui enim quia durus es tu, & neruus fer- 48
reus ceruix tua, & frons tua ærea.
Quare dixit populus meus: Recessimus, non *Ierem.2.*
veniemus vltrà ad te.
Frons mulieris meretricis facta est tibi, no- 3
luisti erubescere. Ergo saltem amodò voca
me. Pater meus, dux virginitatis meæ es tu.
Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti. Et
pro verbis pœnitētiæ, verba superbiæ blas-
phemasti.
Percussisti eos, & nō doluerunt: attriuisti eos, 5
& renuerunt accipere disciplinā: indurauε-
runt facies suas supra petram, & noluerunt
reuerti. Ego autem dixi: Forsitan pauperes
sunt & stulti, ignorantes viā Dñi, & iudiciū
Dei sui Ibo igitur ad optimates, & loquar
eis: Ipsi enim cognouerunt viam Domini,
& iudicium Dei sui: & ecce, magis hi simul
confregerunt iugum, & ruperunt vincula.
Quapropter sicut dicit Spirit⁹ sanctus: Ho- *Hebr.3.*
die si vocem eius audieritis, nolite obdu-
rare corda vestra, &c.

Induratio dirè punitur.

Væ qui contradicit factori suo. *Esa.45.*
Ecce ego inducam super ciuitatem hanc, & *Ierem.19*
super omnes vrbes eius vniuersa mala, quæ
locutus sum aduersus eam: quoniam indu-
rauerunt ceruicem suam, & non audierunt
sermones meos.

INFER-

INFERNALIS POENA HORRIbilis ob absentiam omnis boni.

Psal.48. Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.

111 Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.

Mat.8. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores; ibi erit fletus & stridor dentium.

Luc.13. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium: cū videritis Abrahā & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autē expelli foras.

16 Eleuans autem oculos suos, cùm esset in tormentis, vidit Abrahā à longè, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans, dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hoc flamma.

Propter præsentiam omnis mali.

Deut.32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.

Iob 24. Ad nimium calorē transiet ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccatum illius.

Psal.10. Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

20 Pones eos vt clibanum ignis, in tēpore vultus tui.

Sap.11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

Eccls.21. Stuppa collecta synagoga peccantium, & cōsummatio illorum, flamma ignis.

Præparata ab Heritopher à Rege præparata, *Eſa.30.*
profunda & dilatata. Nutrimēta eius ignis,
& ligna multa, flatus Domini ſicut torrens
ſulphuris ſuccendens eam.

Concipietis ardorem & parietis ſtipulā: ſpi- 33
ritus veſter, vt ignis, vorabit vos.

Audite qui longè eſtis, quæ fecerim, & co- *Ibidem.*
gnoſcite vicini fortitudinem meam. Con-
territi ſunt in Sion peccatores, poſſidebit
timor hypocritas.

Quis poterit habitare de vobis cū igne de- *Ibidem.*
uorante: aut quis habitabit ex vobis cum
ardoribus ſempiternis?

Et conuertentur torrentes eius in picem, & 34
humus eius in ſulphur.

Ecce ego cibabo populum iſtum abſinthio, *Ierem.9.*
& potum dabo eis aquam fellis.

Ecce enim dies veniet ſuccenſa, quaſi cami- *Malac.4.*
nus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes fa-
cientes impietatem, ſtipula; & inflammabit
eos dies veniens, dicit Dominus exercituū,
quæ nō derelinquet eis radicem & germen.

Quantum glorificauit ſe, & in deliriis fuit, *Apoc.18*
tantum date illi tormentum & luctum.

Et infernus & mors miſſi ſunt in ſtagnum 20
ignis. Hæc eſt mors ſecunda.

Interminabilis.

Vermis eorum nō morietur, & ignis eorum *Eſa.66.*
non extinguetur: & erunt vſque ad ſatieta-
tem viſionis omni carni.

Diſcedite à me maledicti ite in ignē æternū, *Matt.25*
qui præparatus eſt diabolo, & angelis eius.

Et

Ibidem. Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

Marc.9. Bonum est tibi luscũ introire in regnũ Dei quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

2.Thes.1. Qui pœnas dabũt in interitu ęternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius, cùm venerit gloriari in Sãctis suis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt in die illo.

Apoc.14. Si quis adorauerit bestiã, & imaginem eius, & acceperit characterem eius in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero.

INFIRMITAS CONTINGIT *quandoque ob meritum.*

Eccli.31. INfirmitas grauis sobriam facit animam.

2.Cor.12. Virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

Infirmitas curatur quandoque per Deum.

1.Reg.2. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

Sap.16. In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & velociter sanabantur.

Eccli.38. Fili, in tua infirmitate ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te.

Per medicum.

Prou.20. Liuor vulneris absterget mala.

Eccli.18. Ante languorem adhibe medicinam: & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem.

Melior

Melior eſt mors quàm vita amara, & requies æterna, quàm languor perſeuerans. 30

Honora medicum propter neceſſitatem, etenim illum creauit Altiſſimus. A Deo eſt enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem. 38

Altiſſimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. Nónne à ligno dulcorata eſt aqua amara? *Ibidem.*

Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis. *Ibidem.*

Da locum medico, etenim illum Dominus creauit, & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. Eſt enim tempus quando in manu illorum incurras. *Ibidem.*

Qui delinquit in cõſpectu eius qui fecit eũ, incidet in manus medici. *Ibidem.*

Infirmitatum conſolatio.

In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & cõſolabere illũ in exitu ſpiritus ſui. *Eccli. 38.*

Infirmus eram & viſitaſtis me. *Matt. 25*

Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eũ Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei. *Iacob. 5.*

Modus vitandi cauſa.

In multis eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad choleram. Qui autem abſtinens eſt, adiiciet ſibi vitam. *Eccli. 37.*

Aliquando venit propter peccata.

Vnde Dominus dixit languido ſanato: Noli *Ioan. 5.*

amplius peccare, ne tibi aliquid deterius contingat.

INGRATITVDO DILIGENTER VITANDA.

Psal. 102 BEnedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Eccli. 32. Super his omnibus benedicite Dominū qui fecit te, & inebriātem te in omnibus bonis suis.

Ephes. 5. Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo & patri, subiecti inuicem, in timore Christi.

Colos. 3. Et grati estote.

Ibidem. Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum.

1. *Thes.* 5. In omnibus gratias agite.

Potenter punienda.

Prou. 17. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.

Sap. 16. Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua.

Esa. 1. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.

Ierem. 18 Nunquid reddetur pro bono malum, quia foderunt foueam animæ meæ?

Matt. 13 Qui enim habet, dabitur ei, & abūdabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

25 Omni habenti dabitur, & abundabit: ei autem

tem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo.

INIMICVS DILIGENTER PROBANDVS.

Labiis suis intelligitur inimicus, cùm in corde tractauerit dolos. Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius. *Prou.26.*

Prudenter vitandus.

Ab inimicis tuis separare. *Eccli.6.*

Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim æramentum æruginat nequitia illius. Etsi humiliatus vadat curuus, adijce animũ tuũ, & custodi te ab illo. Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam. *12*

In labijs suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. *Ibidem.*

In oculis suis lachrymatur inimicus, & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine: & si incurrerint tibi mali, inuenies eum illic priorem, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Caput suum mouebit, & plaudet manu, & multa susurrans commutabit vultum suum. *Ibidem.*

Decenter reconciliandus.

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. *Eccle.6.*

Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & vade prius recõciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. *Matth.5*

18 Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.

Luc.6. Dimittite, & dimittetur vobis.

Colos.3. Donantes vobismetipsis, siquis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, ita & vos.

INIVSTITIA.

Deut.25. Dominus auersatur omnẽ iniustitiam.

Iob 11. Si non permanserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absq; macula, & eris stabilis, & nõ timebis.

Psal.5. Non permanebunt iniusti ante oculos tuos.

35 Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso.

36 Iniusti autẽ disperibunt: simul reliquiæ impiorum interibunt.

93 Vsquequo loquentur omnes qui operantur iniustitiam.

100 Nõ proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes præuaricationes odiui.

106 Propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Sap.16. Creatura tibi factori deseruiẽs excãdescit in tormentũ aduersus iniustos, & leuior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidũt.

Eccli.9. Non tibi placeat iniuria iniustorum.

10 Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias, & cõtumelias, & diuersos dolos.

17 Reuertere ad Dominum, & auertere ab iniustitia tua.

Eru-

Erubescite à socio & amico de iniustitia (& 41
ideo vana opera eorum.)
In corruptione sua peribũt percipiẽtes mer- 2.Pet.2.
cedem iniustitiæ.

INOBEDIENTIA.

EN propono in cõspectu vestro hodie ma- Deut.11
ledictionẽ, si nõ audieritis mãdata Dñi.
Qui superbierit nolẽs obedire sacerdotis im- 17
perio, qui eo tempore ministrat Dño Deo
tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille.
Si genuerit homo filiũ cõtumacem qui non 21
audiat patris ac matris imperium, & coër-
citus obedire contempserit, lapidibus eum
obruet populus ciuitatis, & morietur.
Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit Ios.1.
cunctis sermonibus tuis, quos præceperis
ei, moriatur.
Nõ te abiecerũt, sed me, ne regnẽ super eos. 1.Reg.8.
Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & 15
quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.
Vir vanus in superbiam erigitur, & tãquam Iob 11.
pullum onagri se liberum natum putat.
Nunquid alligabis ad arandum rhinocerota 39
loro tuo?
Ipse dixit & facta sunt (modò pręcipit, & nõ Psal.148
fit) ipse mandauit, & creata sunt.
Quid autem vocatis me Domine Domine, Luc.6.
& non facitis quæ dico?
Per inobedientiam vnius hominis, peccato- Rom.5.
res constituti sunt multi.
Inuentum est mihi mandatum quod erat ad 7
vitam hoc esse ad mortem.

13 Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

2.Cor.10 In prõptu habentes vlcisci omnẽ inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia.

2.Thes.3. Fratres, si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate, & ne cõmisceamini cum illo, vt confundatur.

Hebr.2. Omnis præuaricatio & inobedientia accipit iustam retributionem mercedis.

Iudæ. Væ illis, qui in contradictione Core abierũt (& sequacibus suis.)

INNOCENTIA.

Psal.23. INnocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo: hic accipiet benedictionẽ à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.

INSTABILITAS.

Gene.4. VAgus & profugus eris super terrá (*maledictio Cain.*)

Num.9. Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium eius figebant tabernaculum.

Iob 4. Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles.

11 Eris stabilis, & non timebis.

Psal.54. Non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Prou.27. Sicut auis transmigrans de nido suo: sic vir qui derelinquit locum suum.

Eccle.10 Si spiritus potestatẽ habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.

Eccli.5. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam.

11 Confide in Deo & mane in loco tuo.

Stul-

Stultus sicut Luna mutatur. 27

Qui implantatus (non radicatus) est, abundabit nequitia. 34

Impij quasi mare feruēs, quod quiescere nō potest, & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. *Esa.57.*

Dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit. *Ierem.14*

Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. *Thren.1.*

Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? *Matt.11*

In quamcunq; domū intraueritis, ibi manete, & inde ne exieritis. *Luc.9.*

Nolite transire de domo in domum. 10

Fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles: abundantes in omni opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino. *1.Cor.15.*

Nunquid leuitate vsus sum? *2.Cor.1.*

Non est in illo est, & non: sed est in illo fuit. *Ibidem.*

Non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ. *Ephes.4.*

Rogamus vos fratres, vt operā detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis. *1.Thes.4.*

Scitis quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos. *2.Thes.3.*

Otiosæ discunt circuire domos: Non autem solùm otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. *1.Tim.5.*

Vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. *Iacob.1.*

Iude. Sidera errantia, quibus caligo tenebrarum seruata est in æternum.

INVIDIA.

Iob 31. SI gauisus sum ad ruinã eius, qui me oderat: & exultaui, quia inuenisset eũ malũ.

Prou. 23. Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: quoniam in similitudine arioli & coniectoris æstimat, quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi, & mens eius nõ est tecum.

Sap. 14. Alius alium per inuidiam occidit.

Eccle. 12. In bonis viri, inimici illius, in tristitia & in malitia illius, amicus agnitus est.

Ezech. 16 In eo quòd dedisti mercedes (doloris) mercedes (delectationis) non accepisti, factum est in te contrarium.

1. Mac. 8. Omnes obediunt vni, & non est inuidia, neque zelus inter eos (tonantes vel sublimes.)

Matt. 20 An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

Rom. 13. Non in contentione & æmulatione.

1. Cor. 3. Cũ sit inter vos zelus & cõtentio, nónne carnales estis? & secundũ hominẽ ambulatis?

1. Ioan. 3. Propter quid Cain occidit Abel? quia opera eius erant maligna, fratris autem eius iusta.

Phil. 1. Quidam quidem & propter inuidiã & contentionem Christum prædicant: quidã autem, & propter bonam voluntatem.

Iuda. Væ illis, qui in viam Cain abierunt.

Inuidia Deum prouocat.

Prou. 17. Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus.

Cùm

Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & 24
in ruina non exultet cor tuum, ne fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.

Vir qui festinat ditari & aliis inuidet, igno- 28
rat quòd egestas superueniet ei.

Neque cum inuidia tabescente iter habebo, *Sap 6.*
quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ.

Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inui *Galat. 5.*
cem prouocantes, inuicem inuidentes.

Vbi zelus & contentio, ibi inconstantia & *Iacob. 3.*
omne opus prauum.

Deponentes igitur omnem malitiam, & in- *1. Pet. 2.*
uidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationabiles, & sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.

Proximum supplantat.

Rursum contemplatus sum omnes labores *Ecle 4.*
hominum, & industrias animaduerti patêre inuidiæ proximi: & in hoc ergo vanitas, & cura superflua est.

Inuidia autem diaboli mors introiuit in or- *Sap. 2.*
bem terrarum, imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

Seipsum cruciat.

Paruulum occidit inuidia. *Iob 5.*

Vita carniũ, sanitas cordis, putredo ossium, *Prou. 14.*
inuidia.

Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hęc *Eccli. 14.*
redditio est malitiæ illius.

IRA.

Gene.45. NE irascimini in via.
49 Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.
Iob 18. Quid perdis animam tuam in furore tuo?
Prou.27. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quid poterit?
Ibid.13. Inter superbos semper iurgia sunt.
Sap.17. Sẽper præsumit sæua perturbata cõscientia.
Eccle.1. Iracũdia animositatis illius subuersio illi⁹ est.
8 Cum iracundo non facias rixas.
25 Non est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris.
28 Memorare timoris Domini, & non irascaris proximo.
Ibidem. Secundum enim ligna siluæ, sic ignis exardescit; & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam.
Ibidem. Si sufflaueris, quasi ignis exardebit, *& si ex*spueris super illam, extinguetur.
Ibidem. Certamen festinantium incendit ignem, & lis festinans effundit sanguinem: & lingua testificans adducit mortem.
30 Zelus & iracũdia minuent dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus.
Ezech.16 In eo quòd dedisti mercedes (angustiæ) & mercedes non accepisti (alicuius commodi) factum est in te contrarium.
Colos.3. Deponite iram, indignationem, malitiã, blasphemiam, turpem sermonẽ de ore vestro.

Ira

Ira Dei incurritur ex præceptorum transgreſſione.

Omnẽ cauſam, quę venerit ad vos fratrũ ve- 2.Par.19
ſtrorũ, qui habitant in vrbibus ſuis, inter co-
gnationẽ & cognationẽ, vbicuq; quæſtio eſt
de lege, & de mandato, de cæremoniis, &
de iuſtificationibꝰ: oſtẽdite eis, vt nõ peccẽt
in Dñm, ne veniat ira ſuper vos & ſuper fra-
tres veſtros. Sic ergo agẽtes non peccabitis.
Memento iræ, quoniam non tardabit. Eccli.7.
Et quomodo cataclyſmus aridã inebriauit, 39
ſic ira ipſius gentes quæ non exquiſierunt
eum, hæreditabit. Quomodo conuertit a-
quas in ſiccitatem, & ſiccata eſt terra, & viæ
illius viis illorum directæ ſunt: ſic peccato-
ribus offenſiones in ira illius.
Deus æmulator & vlciſcens Dominus, vlciſ- Nahũ 1.
cens, inquam, Dominus, habens furorem,
& vlciſcens Dominus in hoſtes ſuos, & ira-
ſcens ipſe inimicis ſuis.
Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? Ibidem.
& quis reſiſtet in ira furoris eius?
Reuelatur enim ira Dei de cælo ſuper omnẽ Rom.1.
impietatem & iniuſtitiam hominũ eorum,
qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent:
quia, quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt
illis. Deus enim illis manifeſtauit.
Ira & indignatio, tribulatio & anguſtia in 2
omnem animã hominis operantis malum.
Horrendum eſt incidere in manus Dei vi- Hebr.10.
uentis.
Et de ore eius procedit gladius ex vtraque Apoc.19

parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea, & calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Et habet in vestimento & in femore suo scriptum: Rex regũ & Dominus dominantiũ.

Proximorum oppressione.

Exod.15 Misisti iram tuam, quæ deuorauit eos sicut stipulam, & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ.

Ierem.10 Corripe me Domine, veruntamẽ in iudicio & non in furore tuo, ne fortè ad nihilũ redigar. Effunde indignationem tuam super gentes, quæ non cognouerunt te; & super prouincias, quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & consumpserũt illum, & decus eius dissipauerunt.

Mat.18. Et iratus Dũs eius (qui non fecit misericordiam in conseruum) tradidit eũ tortoribus.

Beneficiorum neglectione.

Psal.37. Domine ne in furore tuo arguas me.

Eccle.2. Si pœnitentiam nõ egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominũ.
5 Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius.

Ira per zelum vitia corrigit.

Ephes.4. Irascimini & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram: nolite dare locum diabolo.

Ira per vitium periculosè acceptatur, quia hominem destruit.

Iob 5. Virum stultum interficit iracundia.

Fa-

Fatuus statim indicat irã suam: Qui autem *Prou.12*
dissimulat iniuriam, callidus est.

Vir iracundus prouocat rixas; & qui ad indi- 15.& 29.
gnationem facilis est, erit ad peccandum
procliuior.

Ira & furor vtraque execrabilia sunt, & vir *Eccli.27.*
peccator continens erit illorum.

Zelus & iracũdia minuunt dies, & ante tem- 30
pus senectutem adducunt cogitatus.

Sit autem omnis homo velox ad audiẽdum, *Iacob.1.*
tardus autem ad loquendũ, & tardus ad irã.
Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.

Proximum lædit.

Vir iracundus prouocat rixas, & qui patiens *Prou.15.*
est, mitigat suscitatas.

Semper iurgia quęrit malus: Angelus autem 17
crudelis mittetur contra eum.

Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam, 18
spiritum verò ad irascendum facilem quis
poterit sustinere?

Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut 19
ros super herbam, ita & hilaritas eius.

Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem; 26
sic homo iracundus suscitat rixas.

Graue est saxũ & onerosa arena, sed ira stulti 27
vtroque grauior.

Ira non habet misericordiam, nec erumpens *Ibidem.*
furor, & impetum concitati spiritus ferre
quis poterit?

Non est caput nequius super caput colubri: *Eccli.25.*
& non est ira super iram inimici.

Homo iracundus incendit litem, & vir pec- 28
cator

cator turbabit amicos, & in medio pacem habentium, immittit inimicitiam.

Gratiosè sedatur.

Prou. 15. Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.

26 Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.

Fructuosè deuitatur.

Iob 36. Non te ergo superet ira, vt aliquẽ opprimas: nec multitudo donorum inclinet te.

Prou. 22. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, ne fortè discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.

30 Qui autem fortè premit vbera ad eliciẽdum lac, exprimit butyrum; & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias.

Eccle. 7. Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit.

Ibid. 11. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua.

Eccli. 13. Cor hominis immutat faciem illius, siue in bonum, siue in malum.

20 Quàm bonum est arguere, quàm irasci.

Matth. 5. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.

Rom. 12. Non vosmetipsos defendẽtes charissimi, sed date locum iræ.

Ephes. 4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omnis malitia.

ITER SALVTIS ET PERDITIONIS.

NOn sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. *Exod. 23.*

Non delecteris semitis impiorum, nec tibi placeant viæ malorum. *Prou. 4.*

Iustorum autē semitæ, quasi lux splendens, procedunt & crescunt, vsque ad perfectum diem. *Ibidem.*

Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruunt. *Ibidem.*

Oculi tui recta videant, & palpebræ tuę præcedant gressus tuos. *Ibidem.*

Dirige semitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. *Ibidem.*

Auerte pedem tuum à malo, vias enim quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt, quæ à sinistris sunt. *Ibidem.*

Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus illius considerat. *Prou. 5.*

Iter autem impiorum decipiet eos. 12

Iter impiorum quasi sepes spinarum, via iustorum absque offendiculo. 15

Vir prudens diriget gressus suos. 15

Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem. 16

Cum audace non eas in via, ne fortè grauet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & per stultitiā eius peribis. *Eccle. 8.*

Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. 5

In

32 In via ruinæ non eas; & non offendes lapides.

Matth.7 Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa est via, quę ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.

Ibidem. Quàm angusta porta, & arcta est via, & difficilis, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam.

Ephes.5. Videte itaq; fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapiētes.

Hebr.12. Gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicās quis erret, magis autem sanetur.

IVDICIVM TEMERARIVM.

Gene.49. Fiat Dan (iudicium) coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro.

Sap.17. Sēper præsumit sæua perturbata consciētia.

Luc.12. Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos?

1.Cor.4. Nolite ante tempus iudicare.

5 Quid mihi de his, qui foris sunt iudicare?

Iacob.3. Sapientia, quæ desursum est, iudicat sine simulatione.

Iudiciū temerariū vitiosè operatur.

Iob 13. Nunquid Deus vestro indiget mendacio, vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?

Psal.57. Si verè vtiq; iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitatē operamini in terra: iniustitias manus vestræ concinnant.

Matt.11 Venit enim Ioannes neq; manducans, neq; bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit Filius

Filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.

Si autem sciretis quid est, misericordiã volo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. 12

Nolite iudicare secundum faciem: sed iustũ iudicium iudicate. *Ioan. 7.*

Virtuosè contemnitur.

Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico. *1. Cor. 4.*

Qui me iudicat, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quo ad vsque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. *Ibidem.*

Seriosè punitur.

Væ qui dicitis bonũ malũ, & malũ bonũ: ponentes tenebras lucem, & lucẽ tenebras: ponentes amarũ in dulce; & dulce in amarũ. *Esa. 5.*

Nolite iudicare, & nõ iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. *Matt. 7.*

Propter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterũ, teipsum condẽnas: eadẽ enim agis quæ iudicas. Existimas autem hoc ô homo omnis qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? *Rom. 2.*

Tu quis es, qui iudicas alienũ seruum, Domino suo stat, aut cadit. 14

Tu autẽ quid iudicas seruum tuũ, aut in qua *Ibidem.*

re spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

Ibidem. Non ergo amplius inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum, vel scandalum fratri.

Iacob.4. Tu autē quis es, qui iudicas proximū tuum?

Iudicium proprium fructuosum.

1.Cor.11 Quòd si nosmetipsos diiudicaremus, nō vtique diiudicaremur.

IVDICIVM DIVINVM INEVItabile ob potentiæ immensitatem: quia super omnes vniuersaliter.

Exod.20 EGo sum Dn̄s Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatē patrū in filios, vsq; in tertiā & quartā generationē eorū qui oderunt me: & faciēs misericordiā in millia his, qui diligūt me, & custodiūt præcepta mea.

Deut.32. Ego occidam, & ego viuere faciā: percutiam & sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

Iob 9. Sapiens corde est, & fortis robore, quis restitit ei, & pacem habuit?

11 Excelsior cęlo, & quid facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? Lōgior terra mēsura eius, & latior mari. Si subuerterit omnia, vel in vnū coarctauerit, quis contradicet ei? vel quis dicere potest, cur ita facis?

36 Ecce De⁹ excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias eius? aut quis audet ei dicere, operatus es iniquitatem?

41 Quis enim resistere potest vultui meo? Et quis

quis antè dedit mihi; & reddam ei ? omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt. Non parcam ei & verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. *Psal.23.*

Tu terribilis es, & quis resistet tibi? 75

Tu dominaris potestati maris. Tu humiliasti sicut vulneratum superbū. Tui sunt cæli, & tua est terra. 88

Dominus in cælo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur. 102

Quis enim dicet tibi, quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? *Sap.12.*

Non enim est alius Deus, quàm tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniam non iniustè iudicas iudicium. Neq; rex, neq; tyrannus in conspectu tuo inquirent de his, quos perdidisti. *Ibidem.*

Omne quod voluerit, faciet, & sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest, Quare ita facis? *Eccle.8.*

Qui viuit in æternum, creauit omnia simul, Deus solus iustificabitur, & manet inuictus rex in æternum. 18

Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus extenta, & quis auertet eam? *Esa.14.*

Et ab initio ego sum, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud? 43

Heu, heu, heu, Dñe Deus, ecce tu fecisti cælū & terram in fortitudine tua magna, & in *Ierem.32*

brachio tuo extento : non erit tibi diffic:
omne verbum. Qui facis misericordiam:
millibus, & iniquitatem patrum in sinu
filiorum eorum post eos, fortissime, ma-
gne, & potens.

Ierem. 50 Quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? Et quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?

Ezech. 21 Ecce ego ad te, & eiiciam gladium meum de vagina sua: & occidam in te iustum & impium.

Super animas singulariter.

Sap. 16. Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem; & deducis vsque ad portas mortis, & reducis.

Mat. 10. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

28 Data est mihi potestas in cælo & in terra.

Rom. 14. In hoc enim Christus mortuus est & resurrexit, vt viuorũ & mortuorum dominetur.

Ibidem. Viuo ego, dicit Dominus, quoniã mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.

Iacob. 4. Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare.

Præter omnes æternaliter.

Tob. 13. Magnus es Domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum: quoniã tu flagellas, & saluas; deducis ad inferos & reducis, & non est qui effugiat manum tuam.

Regnum

Regnum tuum, regnũ omnium seculorum: Psal. 144.
& dominatio tua in omni generatione & generationem.

Nõ est similis tui Domine, magnus es tu, & Ierem. 10
magnum nomẽ tuum in fortitudine. Quis non timebit te, ô Rex Gentium?

Opus artificum vniuersa hæc; Dominus au- Ibidem.
tem Deus verus est: ipse Deus viuẽs & Rex sempiternus.

Ab indignatione eius cõmouebitur terra: & Ibidem.
non sustinebũt Gentes comminationẽ eius.

Potestas eius potestas æterna, quæ nõ aufe- Dan. 7
retur: & regnum eius, quod nõ corrũpetur.

Et regnabit in domo Iacob in æternum: & Luc. 1.
regni eius non erit finis.

Quia non erit impossibile apud Deum om- Ibidem.
ne verbum.

Iudicium diuinum irreprehensibile ob iustitiæ veritatem.

Porrò triumphator in Israël non parcet, & 1. Reg. 15
pœnitudine non flectetur: neq; enim homo est, vt agat pœnitentiam.

Ne respicias vultum eius, neq; altitudinem 16
staturæ eius: quoniã abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico.

Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iu- Tob. 3.
sta sunt: & omnes viæ tuæ, misericordia & veritas & iudicium.

Verebar omnia opera mea, sciens quòd non Iob 9.
parceres delinquenti.

Absit à Deo impietas, & ab Omnipotente, 34
iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, &

iuxta vias singulorum restituet eis.

Ibidem. Verè Deus non condẽnabit frustra, nec Omnipotens subuertet iudicium.

Psal.61. Tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

97 Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

118 Iustus es Domine, & rectum iudiciũ tuum.

Prou.16. Pondus & statera iudicia Domini sunt.

Sap.6. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam; quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus.

Esa.11. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.

28 Et ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura.

Ierem.25 Et reddam eis secundũ opera eorum, & secundum facta manuum suarum.

Ezech.18 Ecce omnes animæ meæ sunt. Vt *anima patris*, ita & anima filij mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

Ibidem. Idcirco vnumquemq; iuxta vias suas iudicabo domus Israël, ait Dominus Deus.

Rom.2. Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem.

Ibidem. Qui reddet vnicuique secundum opera sua.

Galat.6. Vnusquisque enim onus suum portabit.

Ephes.6. Vnusquisque quod fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber.

1.Pet.1. Et si patrem inuocatis eum, qui sine personarum

narum acceptione iudicat secundum vniuscuiusque opus, in timore incolatus vestri tempore conuersamini.

Verbis non fallitur.

Non parcam ei & verbis potētibus, & ad deprecandum compositis. Iob 41.

Propter quod irritauit impius Deum? dixit enim in corde suo, non requiret. Psal. 9.

Non acquiescet cuiusquam precibus. Prou. 6.

Munere non decipitur.

Qui confidunt in virtute sua. Psal. 48.

Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ. Ibidem.

Nec suscipiet pro redēptione dona plurima. Prou 6.

Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Ezech. 7.

Sed & argentum eorum, & aurum eorū non poterit liberare eos in die Domini. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia cōsummationem faciet cum festinatione cūctis habitantibus terram. Soph. 1.

Ego enim Dominus, & non mutor. Malac. 3.

Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Matt. 16.

Iudicium diuinum indeclinabile ob scientiæ claritatem: cognoscit enim omnia generaliter.

Oculi enim eius super vias hominū, & omnes gressus eorum considerat. Iob 34.

Nō sunt tenebræ, & nō est vmbra mortis, vt abscondantur ibi, qui operātur iniquitatē. Ibidem.

Psal. 32. De cælo respexit Dominus, vidit omnes filios hominũ. Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

138 Quia tenebræ non obscurabũtur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Prou. 5. Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus eius considerat.

Eccle. 15. Ipse agnoscit omnem operam hominis:

17 Et omnia opera illorũ velut sol in conspectu Dei, & oculi eius sine intermissione inspicientes in viis eorũ. Non sunt absconsa testamenta propter iniquitatem eorũ, & omnes iniquitates illorum in conspectu Dei.

39 Opera omnis carnis corã illo, & nõ est quicquam absconditum ab oculis eius. A seculo, & in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius.

Ierem. 23 Putas ne Deus è vicino ego sum, & nõ Deus de longe? Si occultabitur vir in *absconditis*: & ego non videbo eum, dicit *Dominus*. Nunquid non cælum & terrã ego impleo, dicit Dominus?

32 Fortissime, magne, & potẽs, Dominus exercituũ nomẽ tibi. Magnus consilio, & incõprehensibilis cogitatu: Cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorũ Adã: vt reddas vnicuiq; secundum vias suas, & secundum fructum adinuentionum eius.

Ezech. 8. Certè vides, fili hominis, quę seniores domus Israël faciunt in tenebris, vnusquisq; in abscondito cubilis sui. Dicunt enim: Non videt

det Dominus nos, dereliquit Domin⁹ terrã.

Ipse reuelat profunda & absc͡odita : & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. *Dan. 2.*

Et erit in tempore illo, scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis: qui dicunt in cordibus suis: Nõ faciet bene Domin⁹, & nõ faciet malè. *Soph. 1.*

3 Dominus iustus in medio eius, nõ faciet iniquitatem. Manè, manè iudicium suum dabit in luce: & non absc͡odetur. Nesciuit autem iniquus confusionem suam.

Et accedã ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedẽ mercenarij, & humiliant viduas, & opprimunt peregrinum; nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. *Malac. 3.*

Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsq; ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoq; ac medullarũ, & discretor cogitationum & intentionũ cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. *Hebr. 4.*

Scrutatur corda specialiter.

Redde vnicuique secundum vias suas, quas nosti eum habere in corde suo: (Tu enim solus nosti corda filiorum hominum) vt timeant te, & ambulent in viis tuis cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ, quam dedisti patribus nostris. *2. Par. 6.*

Iob 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est: æquitas iudicij, nemo audet pro me testimonium dicere.

42 Scio quia omnia potes, & nulla in te latet cogitatio.

Psal. 43. Ipse nouit abscondita cordis.

93 Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurē, nō audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?

Ibidem. Dominus scit cogitationes hominum: *quoniam* vanæ sunt.

138 Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto. Imperfectum meum viderunt oculi tui.

Prou. 21. Omnis via viri recta sibi videtur, appendit autem corda Dominus.

24 Qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ meæ nihil fallit, redderque homini iuxta opera sua.

Sap. 1. Quoniam renū illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor.

Eccle. 16. Non dicas: à Deo abscondar, & ex summo quis operis mei memorabitur? in populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immensa creatura?

Ibidem. Ecce cælū, & cæli cælorū, abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur, montes simul & colles, & fundamenta terræ; & cùm conspexerit illa Deus, tremore concutiētur. Et in omnibus his insensatum est cor: & omne cor intelligitur

gitur ab illo: vias eius quis intelligit?
Non abscondit se ab eo vllus sermo. 42
Domino enim Deo antequam crearentur, Eccli. 23.
omnia sunt agnita: sic & post perfectũ re-
spicit omnia.
Nõ te iustifices ante Deum, quoniam agni- 7
tor cordis ipse est: & penes regem noli velle
videri sapiens.
Abyssum & cor hominum inuestigauit. 42
Non præterit illum omnis cogitatus, & non Ibidem.
abscondit se ab eo vllus sermo.
Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scru- Apoc. 2.
tans renes & corda: & dabo vnicuique ve-
strum secundum opera vestra.
Magna & terribilia sunt opera tua Domine 15
Deus omnipotens. Quis timebit te Domi-
ne, & magnificabit nomen tuum?
Omnia iudicia tua manifesta sunt. Ibidem.

IVDICIVM EXTREMVM
admirabile, ob iudicis maiestatem.

Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, Psal. 2.
ego hodie genui te. Postula à me, &
dabo tibi gentes, reges eos in virga ferrea.
Exurge Domine, & non confortetur homo. 9
Constitue Domine legislatorem super eos. Ibidem.
Iudicabit orbem terræ in æquitate: & popu- 95
los in veritate sua.
Lætare ergo iuuenis in adolescẽtia tua, & in Eccle. 11.
bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuę,
& ambula in viis cordis tui: & in intuitu o-
culorum tuorum, & scito quòd pro omni-
bus his adducet te Deus in iudicium.

Domi-

Esa.3. Dominus ad iudicium veniet cum sen[...] populi sui, & principibus eius: vos enim pasti estis vineam meam, & rapina pa[...]ris in domo vestra.

Dan.7. Aspiciebã ergo in visione noctis, & ecce [...] nubibus cęli, quasi Filius hominis venie[...] & vsq; ad Antiquũ dierum peruenit, [...] conspectu eius obtulerũt eum. Et dedit potestatem & honorem & regnum, & om[...]nes populi, tribus & linguæ seruient ei.

Malac.3. Et accedã ad vos in iudicio, & ero testis ve[...]lox maleficis & adulteris, & periuris, & [...] calumniantur mercedẽ mercenarij, & hu[...]miliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum; nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum.

Matt.24 Et tũc parebit signum Filij hominis in cælo & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filiũ hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & maiestate.

26 Amodò videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.

Ioan.5. Neque enim pater iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.

Rom.14. Omnes enim stabimꝰ ante tribunal Christi. Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.

2.Cor.5. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribu-

tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

Et præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui cōstitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. *Act.10.*

Nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbi- 17
que pœnitentiam agant, eò quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbē in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis.

Vnus est enim legislator, & iudex qui potest perdere & saluare. *Iacob.4.*

Ecce venit cum nubibus, & videbit eū omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangēt se super eum omnes tribus terræ. *Apoc.1.*

Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. *Ibidem.*

Ecce venio citò & merces mea mecum est, 22
reddere vnicuique secundum opera sua.

Ob societatis iucunditatem.

Mane notum faciet Dominus qui ad se pertineant, & Sanctos applicabit sibi (malos igni) & quos elegerit appropinquabunt ei. *Num.16*

Iudicabit Dominus populum suū, & in seruis suis miserebitur. *Deut.32.*

Si arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis, & his, qui oderunt me retribuam. *Ibidem.*

Veniet Dominus Deus meus, omnesq; Sancti eius cum eo. *Zach.14.*

An nescitis quoniā Sancti de hoc mundo iu- *1.Cor.6.*

dica-

dicabunt? & si in vobis iudicabitur mūdus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia?

Iuda. Ecce venit Dominus in Sāctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt.

Ob loci grauitatem.

Ioel. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cū eis ibi.

Ibidem. Consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat; quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu.

Ibidem. Populi, populi in valle concisionis. quia iuxta est dies Domini in valle concisionis.

Mat. 24. Mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque ad terminos eius.

Horribile propter signorum multiplicitatem in cælestibus.

Esa. 29. Eritq; repente confestim, A Domino exercituum, visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tēpestatis, & flamma ignis deuorantis.

Ibid. 66 Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius, reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis: quia Dominus in igne iudicabit.

Ioel. 2. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exu-

exurens flamma: quasi hortus voluptatis coram eo, & post eum solitudo deserti: neque est, qui effugiat eum.

Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt lumen suum. *Ibidem.*

Magnus enim dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum? *Ibidem.*

Iuxtà est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis: Vox diei Dñi amara, turpiter eiulabit ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clãgoris super ciuitates munitas, & super turres excelsas. *Soph 1.*

Ecce dies veniet succẽsa quasi caminus, & erũt omnes superbi, & omnes facientes impietatẽ quasi stipula. Et inflãmabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, adeò vt non relinquatur eis radix, neque ramus. *Malac. 4.*

Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna nõ dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur. *Mat. 24. & Luc. 21.*

Et vidi cũ aperuisset sigillũ sextũ, & terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus silicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cælo ceciderũt super terram, sicut ficus mittit grossos suos, cùm à vento magno mouetur. *Apoc. 6.*

In terrestribus.

Ecce ego mittã vobis Eliam prophetã, antequam veniat dies Dñi magnus & terribilis. *Malac. 4.*

Elias

Matt. 17 Elias quidem vẽturus est, & restituet om[...]
24 Sedente autẽ eo super montẽ oliueti, acce[...]
runt ad eum discipuli secretò, dicentes: [...]
nobis, quãdo hæc erũt, & quod signũ ad[...]
tus tui, & consummationis seculi? Et res[...]
dens Iesus, dixit: Audituri estis prælia, &[...]
piniones præliorum. Videte ne turbem[...]
Ibidem. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis no[...]
fuit ab initio mundi vsque modò, neque
fiet.
Luc. 21. Eritq; in terris pressura gentium præ cõfu-
sione sonitus maris & fluctuum, arescenti-
bus hominibus præ timore & expectatione,
quæ superuenient vniuerso orbi.
Ibidem. Vigilate itaque omni tempore orãtes, vt di-
gni habeamini fugere ista omnia, quæ fu-
tura sunt, & stare ante filium hominis.
2. Pet. 3. Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo
cæli magno impetu transient; elementa ve-
rò calore soluentur; terra autem, *& quæ in*
ipsa sunt opera, exurentur. Cùm *hæc igitur*
omnia dissoluenda sint, quales oportet vos
esse in sanctis conuersationibus & pietati-
bus, expectãtes & properantes in aduẽtum
diei Domini, per quem cæli ardentes sol-
uentur, & elementa ignis ardore tabescent.

Propter iudicandorum diuersitatem. Nam boni consolabuntur.

Esa. 33. Domin⁹ enim iudex noster, Dñs legifer no-
ster, Dominus rex noster, ipse saluabit nos.
Dan. 12. Et in tẽpore illo saluabitur populus tuus om-
nis, qui inuentus fuerit scriptus in libro.

Et

Et orietur vobis timentibus nomen Domini sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, & egrediemini & salietis, sicut vitulus de armento. Et calcabitis impios cùm fuerit cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. *Malac.4*

Ipse autē Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester & anima, & corpus sine querela, in aduētu Domini nostri Iesu Christi seruetur. *1.Thes.5.*

In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: Non solùm autem mihi, sed & his, qui diligunt aduentum eius. *2.Tim.4.*

Mali à bonis separabuntur.

Iustum & impium iudicabit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit. *Eccle.3.*

Ecce nomen Domini venit de lōginquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius, quasi ignis deuorās. Spiritus eius, velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes. *Esa.30.*

Cuius ventilabrum in manu sua, & permūdabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum suum, paleas autem cōburet igni inextinguibili. *Matt.3.*

Cùm autem venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segre- *25*

gar oues ab hœdis. Et statuet quidem o[ues]
à dextris, hœdos autem à sinistris.

1. Pet. 4. Et si iustus quidem vix saluabitur, impius
peccator vbi parebunt?

De malitiis accusabuntur.

Iob 20. Reuelabunt cæli iniquitatē eius, & terra c[on]-
surget aduersus eum.

31 Quid enim faciā cùm surrexerit ad iudican-
dū Deus? & cùm quæsierit, quid respōdebo?

Psal. 48. Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei
mei circundabit me.

Eccle. 12. Cuncta quæ fiūt adducet Deus in iudicium
pro omni errato, siue bonum siue malū sit.

Sap. 1. In cogitationib[us] enim impij interrogatio erit.

Eccle. 16. Et interrogatio hominū in consummatione

Eccle. 11. In fine hominis denudatio operū eius. (est.

12 Et impiis & peccatoribus reddet vindictam,
custodiens eos in die vindictæ.

18 Ante iudicium, para iustitiam tibi, & in con-
spectu Dei inuenies propitiationem.

Esa. 10. Quid facietis in die visitationis, & calamita-
tis de lōge venietis? Ad cuius cōfugietis au-
xiliū, & vbi derelinquetis gloriā vestrā? ne
incuruemini sub vinculo, & cū interfectis
cadatis.

Ezech. 14 Iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas
iudicabo te, dicit Dominus.

Dan 7. Iudicium sedit, & libri aperti sunt.

Marc. 4. Non est enim aliquid absconditū, quod non
manifestetur; nec factū est occultum, quod
non veniat in palam.

Luc. 11. Regina Austri surget in iudicio cū viris ge-
neratio-

nerationis huius, & cōdemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquàm Salomon hîc.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquam Iona hic. *Ibidem.*

In die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, reddet vnicuique secundum opera sua. *Rom. 2.*

Dies enim Domini declarabit: quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. *1. Cor. 3.*

Quorundā hominū peccata manifesta sunt præcedētia ad iudiciū: quorundā aūt sequūtur. Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habēt, abscōdi non possunt. *1. Tim. 5.*

Et vidi mortuos magnos & pusillos, stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. *Apoc. 20.*

Cum malis sociabuntur.

Væ desiderantibus diē Domini, ad quid eam vobis? Dies Domini ista tenebræ, & nō lux. *Amos 5.*

Tunc dicet Rex & his qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. *Matt. 25.*

Propter temporis velocitatem.

Et erit dies vna quæ nota est Domino. *Zach. 14.*

Sicut enim fulgur exit ab Oriente & paret vsque in Occidentem, sic erit & aduentus Filij hominis. *Mat. 24.*

Ibidem. De die autẽ illa nemo ſcit, neq; Angeli cæ-
rum, niſi pater ſolus. Sicut autem in die-
Noë, ita erit & aduentus filij hominis. Si-
cut enim erant in diebus ante diluuiũ co-
medentes & bibentes, nubentes & nupt.
tradentes vſque ad eum diem, quo intrau.
Noë in arcam, & non cognouerunt done
venit diluuiũ & tulit omnes: ita erit & ad-
uentus filij hominis (ſicut habetur ca. 25.)
Media autem nocte clamor factus eſt: *Ecce*
ſponſus venit, exite obuiam ei.

Mar. 13. De die autem illo vel hora nemo ſcit, neque
Angeli in cælo, neque Filius, niſi Pater.

Luc. 17. Non veniet regnum Dei cùm obſeruatione,
neque dicent, Ecce hîc, aut ecce illic.

Ibidem. Et ſicut factum eſt in diebus Noë. Similiter
ſicut factum eſt in diebus Loth: ita erit in
diebus Filij hominis.

21 Attendite autẽ vobis, ne fortè grauẽtur *cor-*
da veſtra in crapula & ebrietate & *curis hu-*
ius vitæ, & ſuperueniat in vos repẽtina dies
illa. Tanquam laqueus enim ſuperueniet in
omnes, qui ſedent ſuper faciẽ omnis terræ.

1. Theſ. 5. De temporibus autem & momentis, fratres,
non indigetis vt ſcribamus vobis. Ipſi enim
diligenter ſcitis: quia dies Domini ſicut fur
in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint
pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuper-
ueniet interitus, ſicut dolor in vtero haben-
tis, & non effugiẽt. Vos autem fratres non
eſtis in tenebris, vt vos dies illa, tanquam
fur, comprehendat.

Adhuc

Adhuc enim modicum aliquantulumq́;, qui venturus est veniet, & non tardabit. *Hebr.10.*

Non est vestrum nosse tēpora vel momenta, quæ Pater in sua posuit potestate. *Act.1.*

Ecce, iudex ante ianuam assistit. *Iacob.5.*

Adueniet autē dies Domini vt fur in nocte. *2.Pet.3.*

Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. *Apoc.16*

Iudicium humanum dignè culpatur.

Et ei qui vult tecū in iudicio contendere, & tunicam tuā tollere, dimitte ei & pallium. *Matt.5.*

Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. *Luc.6.*

Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratribus. *1.Cor.6.*

Iustè ordinatur causam diligenter examinando.

Prouide autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, qui iudicent populum omni tempore. *Exod.18.*

Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis qui iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. *Deut.16.*

Causam, quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. *Iob 29.*

Viri mali non cogitant iudicium; qui autem inquirunt Dominum, aduertunt omnia. *Prou.28.*

Prudenter exequendo.

Leuit. 19 Iustè iudica proximo tuo.

Deut. 16. Iustè, quod iustum est, persequeris, vt viuas & possideas terrã, quã Domin⁹ dederit tibi.

17 Si difficile & ambiguum apud te iudiciũ esse perspexeris, inter sanguinem & sanguinẽ, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegit Dominus Deus tuus, veniensque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ, qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quæcunque dixerint qui præsunt loco, quẽ elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius; sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tẽpore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille.

25 Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quem iustũ esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium condemnabunt impietatis. Pro mensura peccati erit & plagarum modus.

Psal. 2. Erudimini qui iudicatis terram.

57 Si verè vtique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum.

81 Vsquequo iudicatis iniquitatem: & faciem peccatoris sumitis? Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperẽ iustificate. Eripite

pite pauperem, & egenum de manu pecca-
toris liberate.

Cum tranquillitate iudicas, & cum magna *Sap.12.*
reuerentia diſponis nos.

Iudicium determinat cauſas. *Prou.26.*

Diligite iuſtitiam, qui iudicatis terram. *Sap.1.*

Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute *Eccle.7.*
irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas
faciem potentis, & ponas ſcãdalum in agi-
litate tua.

Non iudices contra iudicem, quoniam ſe- 8
cundum quod iuſtum eſt, iudicat.

Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppreſ- *Ierem.21.*
ſum de manu calumniantis.

Iudicium verum iudicate. *Zach.7.*

Veritatem & iudiciũ pacis iudicate in por- 8
tis veſtris. *Vide in tit.* Mendacium.

Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu & electis *1.Tim.5.*
Angelis eius, vt hæc cuſtodias, ſine præiudi-
cio, nihil faciens in alteram partem decli-
nando.

Iudicium humanum deprauatur amore.

Non ſuſcipies vocem mendacij: nec iunges *Exod.23.*
manum tuam, vt pro impio dicas falſum te-
ſtimonium.

Non ſequeris turbam ad faciẽdum malum: *Ibidem.*
nec in iudicio plurimorum acquieſces ſen-
tentiæ, vt à veritate deuies. Pauperis quo-
que non miſereberis in iudicio.

Non conſideres perſonam pauperis, nec ho- *Leuit.19*
nores vultum diuitis.

Aequum iudicium ſit inter vos, ſiue peregri- 24

 nus,

nus, siue ciuis peccauerit: quia ego sum Dominus Deus vester.

Deut.1. Quod iustū est iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus. Nulla erit distantia personarū: Ita paruū audietis, vt magnū; nec accipietis cuiusquā personā: quia Dei iudiciū est.

24 Non peruertes iudiciū aduenę & pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum.

Prou.18. Accipere personam impij non est bonum, vt declines à veritate iudicij.

24 Cognoscere personā in iudicio nō est bonū.

28 Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum.

Timore.

Eccle.7. Noli quęrere fieri iudex, ne iniquè factis par esse non possis, néue extimescas faciem potentis, & integritati tuæ ponas offendiculū.

Abac.1. Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? Et factum est iudicium, & contradictio potentior. *Propter* hoc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum.

Munere.

Deut.16 Nō accipies personā, nec munera: quia munera excęcant oculos sapientum, & peruertunt causas iustorum.

Psal.14. Qui munera super innocentem nō accepit.

Prou.17 Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.

28 Qui cognoscit in iudicio faciē, non bene facit

cit iste,& pro buccella panis deserit veritatē.

Omnes diligunt munera,sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant,& causa viduæ non ingreditur ad eos. *Esa.1.*

Principes eius muneribus iudicabant, & sacerdotes eius pretio docent: prophetæ eius in pec nia diuinabant. *Mich.3.*

Princeps postulat,& iudex in reddendo est. 7

Odio.

Insontem & iustum non occides. *Exod.23.*

Iudicium iustum salubriter remuneratur.

Gaudium iusto est facere iudicium. *Prou.21.*

In iudicando esto pupillis misericors, vt pater,& pro viro matri illorum; & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui plus quàm mater. *Eccli.4.*

Iudex sapiens iudicabit populū suū, & principatus sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector ciuitatis,tales & habitantes in ea. 10

Et iudices singuli suo nomine,quorū non est corruptum cor, qui non sunt auersi à Dño: vt sit memoria illorum in benedictione. 46

Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo,defendite viduam, & venite & arguite me,dicit Dominus. *Esa.1.*

Facite iudicium & iustitiã, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris,& aduenã & pupillum & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè,& sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. *Ierem.22*

Si enim facientes feceritis verbum istud, in- *Ibidem.*

gredientur per portas domus huius reges sedentes super solium Dauid.

Iniustum grauiter punitur.

Deut. 27 Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ.

Prou. 17. Et qui iustificat impiũ, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterq; apud Deum.

Sap. 6. Audite ergo reges terræ & intelligite, discite iudices finium terræ, præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cùm essetis ministri regni illius, nō rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundũ voluntatem Dei ambulastis.

Eccli. 20. Cōcupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam, sic qui facit per vim iudiciũ iniquũ.

Esa. 5. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo.

10 Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes, iniustitiam scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperēt. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de lōge venientis? Ad cuius confugietis auxilium?

61 Ego Dominus diligēs iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum.

Ierem. 5. Causam viduæ non iudicauerũt, causam pupilli non direxerũt, & iudicium pauperum

non

non iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus?

Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthium, qui lætamini in nihili: Ecce ego suscitabo super vos domus Israël, dicit Dominus exercituum, gentem, & conterent vos. *Amos 6.*

IVMENTORVM VSVS DEBITVS.

NOn ligabis os bouis triturantis fruges tuas in area. *Deut. 25*

Nouit iustus iumentorum suorum animas: viscera autem impiorum crudelia. *Prou. 12.*

Pecora tibi sunt, attende illis: & si sunt vtilia, perseuerent apud te. *Eccle. 7.*

Fructus bonus.

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. Non enim habebis iugiter potestatem. *Prou. 27.*

Agni sunt ad vestimentum tuum, & hœdi ad agri pretium. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis. *Ibidem.*

IVRAMENTI VANI DEVITATIO: QVIA PROHIBITVM.

NOn assumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomẽ Domini Dei sui frustra. *Exod. 20*

Et per nomen externorum Deorum non iurabitis. 23

Anima quę iurauerit, & protulerit labiis suis, *Leuit. 5.*

vt

vt vel malè quid faceret, vel bene, & non
cerit, & idipsum iuramento & sermone fi
mauerit, oblitaq; postea intellexerit delic
suum, agat pœnitentiam pro peccato, & o
ferat de gregibus agnam siue capram, o
bitque pro ea sacerdos, & pro peccatis eius

Deut.5. Non vsurpabis nomen Dei tui frustra, quia non erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit.

Zach.8. Iuramentum mēdax ne diligatis. *Vide in tit. Mendacium.*

Mat.5. Iterum audistis, quia dictū est antiquis, Non periurabis: reddes autē Dño iuramēta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neq; per cælū, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum eius. Sit autem sermo vester, est, est: non, non: quod autem his abundātius est, à malo est.

23 Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicunque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti & cæci, quid est maius, aurum an templum, quod sanctificat aurū? Et quicunque iurat in templo, iurat in illo, & in eo, qui habitat in ipso. Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.

Quia periculosum.

Leuit.19. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui, ego Dominus.

Eccli.23. Iurationi nō assuescat os tuū, multi enim casus in illa. Nominatio verò Dei nō sit assidua in ore tuo, & in nominibus Sāctorum

non

non admisceearis, quoniam non eris immunis ab eis.

Vir multum iurans implebitur iniquitate, & nō discedet à domo illius plaga. Et si frustrauerit fratrē, delictū illi⁹ super ipsū erit; & si dissimulauerit, delinquit dupliciter: & si in vacuum iurauerit, non iustificabitur. *Ibidem.*

Sermo crebro iurantis horrorē incutit, & aures obtundit contentio talium. 27

Ante omnia autē fratres mei, nolite iurare, neq. per cęlū, neq. per terrā, neq. aliud quodcunq; iuramentū. Sit autē sermo vester; est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis. *Iacob. 5.*

Iuramenti necessarij qualificatio.

Dominum Deum tuum timebis, & illi soli serues, ac per nomen illius iurabis. *Deut. 6.*

Audite hæc domus Iacob, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israël recordamini non in veritate, neque in iustitia. *Esa. 48.*

Et qui iurat in terra, iurabit in Deo amen. 65

Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia. *Ierem. 4.*

Abrahæ nanque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum. *Hebr. 6.*

Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. *Ibidem.*

IVSTITIAE PHARISAICAE DEFECTIO.

Dico autē vobis, quia nisi abūdauerit iustitia vestra pl⁹ quàm Scribarū & Pharisæo- *Matt. 5.*

risæorum, non intrabitis in regnũ cęlorum.
Luc. 16. Et ait illis (scilicet Pharisæis.) Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.

Legalis imperfectio.

Rom. 3. Scimus, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, coram illo.
9 Quid ergo dicemus? quód Gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem, quæ ex fide est. Israël verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus.
10 Ignorantes enim iustitiã Dei, & suã quærẽtes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.
Galat. 2. Scientes autem, quód non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem, quæ est in Christo Iesu.
5 Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis.
Phil. 3. Veruntamẽ existimo omnia detrimentũ esse, propter eminentem scientiã Iesu Christi Dñi mei: propter quẽ omnia detrimẽtũ feci, & arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciã, & inueniar in illo, nõ habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illã quæ ex fide Christi Iesu, quę est ex Deo iustitia in fide.
Act. 13. Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari.

Iusti-

Iustitiæ euangelicæ perfectio à Deo imputatur.

Credidit Abraham Deo,& reputatum est illi *Gene.15.*
ad iustitiam.

Iustitiæ Domini rectæ lætificantes corda. *Psal.18.*

Et annuntiabunt cæli iustitiam eius. 21

Meæ sunt iustitiæ & imperium. Ad eum ve- *Esa.45.*
nient & confundentur omnes, qui repu-
gnant ei. In Domino iustificabitur & lau-
dabitur omne semen Israël.

Iuxta est, qui iustificat me, quis contradicet 50
mihi?

Non enim auditores legis iusti sunt apud *Rom.2.*
Deum: sed factores legis iustificabuntur.

Quoniam quidem vnus est Deus, qui iu-
stificat circuncisionem.

Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, 4
cui Deus acceptam fert iustitiam sine ope-
ribus.

Sicut enim per inobedientiam vnius homi- 5
nis peccatores constituti sunt multi: ita per
vnius obeditionē iusti constituentur multi.

Vt sicut regnauit peccatū in mortem: ita & *Ibidem.*
gratia regnet per iustitiam in vitam æter-
nam per Iesum Christū Dominū nostrū.

Nihil ergo nūc damnationis est his, qui sunt 8
in Christo Iesu, qui nō secundum carnem
ambulāt. Lex enim spiritus vitæ in Christo
Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis.
Nam quod impossibile erat legi, in quo in-
firmabatur per carnem: Deus Filium suum
mittens in similitudinem carnis peccati, &
de peccato damnauit peccatum in carne,

vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum.

Ibidem. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Christus.

11 Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secūdum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. Si autem gratia: iam non ex operibus, alioqui gratia, iam non est gratia.

1.Cor.1. Ex ipso autē vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapiētia (à Deo) & iustitia, & sanctificatio & redēptio, vt quemadmodū scriptū est; Qui gloriatur, in Dño glorietur.

2.Cor.5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

2.Tim.1. Qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta, non secundū opera nostra, sed secūdū propositū suū & gratiā, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.

Iacob.2. Videtis, quoniā ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantùm?

Ad Deum ordinatur.

Eccli.14. Beatus vir, qui in sapientia sua morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur.

21 Qui custodierit iustitiam, cōtinebit sensum eius.

Esa.56. Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxta est salus mea, vt veniat, & iustitia mea, vt reueletur.

64 Occurristi lætāti & facienti iustitiam, in viis tuis recordabuntur tui.

Atten-

Attendite, ne iustitiam vestrã faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cælis est. *Matt. 6.*

Fructus autẽ iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem. *Iacob. 3.*

Omnis qui facit iustitiam, ex Deo natus est. *1. Ioan. 2.*

Qui facit iustitiam, iustus est. 3

A Deo remuneratur.

Dominus autem retribuet vnicuiq; secundum iustitiam suam, & fidem. *1. Reg. 26*

Ego autẽ in iustitia apparebo cõspectui tuo. *Psal. 16.*

Beati qui custodiunt iudicium, & faciũt iustitiam in omni tempore. 105

Iustitia liberabit à morte. *Prou. 10.*

Nõ proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. (ad mortem. 11

In semita iustitiæ, vita: iter autẽ deuiũ ducit 12

Abominatio est Domino via impij: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo. 15

Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud Deũ magis, quàm immolare hostias. 16

Iustitia enim perpetua est, & immortalis: iniustitia autẽ, mortis est acquisitio. (De voluptuosis & bonorũ oppressoribus dicitur.) *Sap. 1.*

Excæcauit enim eos malitia eorũ, & nescierunt sacramenta Dei, neque sperauerunt mercedem iustitiæ. 2

Qui custodierint iustitiam, iustè iudicabuntur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant. 6

8 Et si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes: sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem, quibus nihil vtilius est in vita hominibus.

Eccle.11. Datio Dei permanet iustis.

Ibidem. Benedictio Dei in mercedem iusti festinat.

Eccle.14. Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam nō est apud inferos inuenire cibum.

Ibidem. Et omne opus electum iustificabitur, & qui operatur illud, honorabitur in illo.

18 Ante iudicium para iustitiam tibi.

27 Si sequaris iustitiam, apprehendes illam, & indues quasi poderem honoris; & inhabitabis cum ea, & proteget te in sempiternum; & in die agnitionis inuenies firmamentum.

30 Salus animæ in sanctitate iustitiæ, & melior est omni auro & argento.

Esa.32. Et erit opus iustitiæ pax: & cultus iustitię, silentium, & securitas vsq; in sempiternum.

Ezech.14 Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noë, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.

Iustitia nostra quomodo ad Deum comparatur.

Iob 9. Verè scio quòd ita sit: & quòd non iustificetur homo comparatus Deo.

Ibidem. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.

4 Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir?

25 Nūquid iustificari potest homo comparatus Deo?

Deo? aut apparere mūdus natus de muliere?

Et non intres in iudicium cū seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. *Psal. 142*

Septies enim in die cadet iustus, & resurget. *Prou. 24.*

Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. *Eccle. 7.*

Nō te iustifices ante Deum: quoniam agnitor cordis ipse est. *Ibidem.*

Deus solus iustificabitur. 18

Reduc me in memoriā & iudicemur simul: narra si quid habes, vt iustificeris. Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui perfidè egerunt in me. *Esa. 43.*

Ecce, tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuimus semper & saluabimur. Et facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ omnes iustitiæ nostræ. 64

Nihil enim mihi cōscius sum, sed in hoc iustificatus nō sum. *1. Cor. 4.*

Iustificatio respectu peioris.

Iustificauit animam suā aduersatrix Israël, comparatione præuaricatricis Iuda. *Ierem. 3.*

Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis. Iustificatæ sunt enim à te: ergo & tu confundere. *Ezech. 16*

Iustitiæ humanæ conseruatio.

Iustitia eleuat gentem: miseros autem populos facit peccatum. *Prou. 14.*

Qui sequitur iustitiam, & facit misericordiam, inueniet vitam, iustitiam, & gloriam. 21

Eccli.4. Pro iustitia agonizare pro anima tua vsq; ad mortem, certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos.

20 Qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur.

Violatio.

Esa.1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriam, vinum tuum mixtum est aqua.

IVSTI BENE ORDINANTVR ERGA DEVM.

Iob 17. ET tenebit iustus viam suam.

27 Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram.

Psal.36. Lex Dei eius in corde ipsius.

111 Paratum cor eius sperare in Domino.

Prou.11. Simplicitas iustorum diriget eos: peruersitas præuaricatorum vastabit eos.

18 Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur.

28 Iustus quasi leo cõfidens, absque terrore erit.

Eccle.9. Sunt iusti sapientes, & opera eorum in manu Dei.

Ezech.18 Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, in mõtibus non comederit, oculos suos non leuauerit ad idola domus Israël, & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non accesserit, & hominem non contristauerit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum

dum operuerit veſtimento, ad vſuram non commodauerit,& amplius nõ acceperit, ab iniquitate auerterit manum ſuam,& iudicium verum fecerit inter virum & virum, & in præceptis meis ambulauerit,& iudicia mea cuſtodierit,vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt,vita viuet,ait Dominus Deus.

Si ſcitis quoniam iuſtus eſt:ſcitote quoniã & omnis qui facit iuſtitiam,ex ipſo natus eſt. *1. Ioan. 2.*

Erga proximum in verbo.

Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. *Pſal. 36.*

Vena vitæ,os iuſti:os autem impiorum tegit iniquitatem. *Prou. 10.*

Argẽtũ electũ lingua iuſti. Lingua iuſti cõſiderat placita. Labia iuſti erudiũt plurimos. *Ibidem.*

Os iuſti parturit ſapientiam. *Ibidem.*

Iuſtus prior eſt accuſator ſui. 18

Opere.

Opus iuſti ad vitam: fructus autem impij ad peccatum. *Prou. 10*

Cogitationes iuſtorum, iudicia. 12

Noli eſſe iuſtus multum; neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt. *Eccle. 7.*

Plenè remunerantur: quantum ad ſe.

Et retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam: & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. *Pſal. 17.*

Multæ tribulationes iuſtorum: (&) Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum. 33

Iuſtus vt palma florebit; & ſicut cedrus Libani multiplicabitur. 91

Psal.96. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in Domino, & cōfitemini memoriæ sanctificationis eius.

Prou.4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem.

10 Benedictio Domini super caput iusti.

Ibidem. Desiderium suum iustis dabitur.

11 Iustitia rectorum liberabit eos.

Ibidē 8. Iustus de angustia liberatus est: & traditur impius pro eo.

Ibidē 30. Fructus iusti lignum vitæ.

12 Non contristabit iustum quicquid ei acciderit.

Sap.3. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis.

4 Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

5 Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerūt labores eorum.

Ibidem. Iusti autem in perpetuū viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio eorū apud Altissimum: Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini, quoniam dextera sua teget eos.

Esa.3. Dicite iusto, quoniam bene; quoniā fructum adinuentionum suarum comedet.

Ezech.18. Iustitia iusti super eum erit: & impietas impij super eum erit.

Matt.13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum.

25 Iusti autem (ibunt) in vitam æternam.

Pro-

Prolem.

Iunior fui, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum: nec ſemen eius quærens panē. Tota die miſeretur & commodat. *Pſal. 36.*

Semen iuſtorum ſaluabitur. *Prou. 12.*

Deſiderium iuſtorum omne bonum eſt. *Ibidem.*

Iuſtus qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios relinquit. 20

Sed & illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defecerunt. Cum ſemine eorum permanent bona: hæreditas ſancta nepotes eorum. *Eccle. 44.*

Famam.

In memoria æterna erit iuſtus. *Pſal. 111*

Memoria iuſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet. *Prou. 10.*

Nomen eorum viuet in generatione & generationem. *Eccle. 44.*

Nomen eorum permanet in æternum, permanente ad filios illorum ſanctorum virorum gloria. 46

Subſtantiam temporalem.

Si declinauit greſſus meus de via, & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula: Seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. *Iob 31.*

Iuſti autem hæreditabunt terram. *Pſal. 36.*

Qui enim recti ſunt, habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea. Impij verò de terra perdentur, & qui iniquè agunt, auferentur ex ea. *Prou. 2.*

Habitacula iuſtorum benedicentur. 3

Prou. 10. Non affliget Dominus fame animam iusti: & insidias impiorum subuertet.

14 Tabernacula iustorum germinabunt.

15 Dominus iusti plurima fortitudo.

Eccle. 8. Sunt iusti, à quibus multa bona proueniunt, quasi opera impiorum egerint; & sunt impij qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant.

Iustos mali abominantur.

Psal. 16. Considerat peccator iustum.

Prou. 24. Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius.

29 Abominantur iusti virum impium; & abominantur impij eos, qui in recta sunt via.

Sap. 2. Circunueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & cõtrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Grauis est nobis etiam ad videndum: quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ eius.

Esa 57. Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ colliguntur; quia non est qui intelligat: A facie enim malitiæ collectus est iustus. Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua.

LABOR NECESSARIVS PROPTER PECCATVM.

Gene. 3. IN labore comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ.

Ibidem. Multiplicabo ærũnas tuas, & cõceptus tuos

Iste.

Iste (scilicet Noë) consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarũ in terra, cui maledixit Dominus. 5

Homo nascitur ad laborem. *Iob 5.*

Anima laborantis, laborat sibi; cõpulit enim eum os suum. *Prou. 16*

Non oderis laboriosa opera, & iustificationem creatam ab Altissimo. *Eccle. 7.*

Non sum propheta, homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. *Zach. 13.*

Exemplum.

Et laboramus operantes manibus nostris. *1. Cor. 4.*

Memores enim facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei. *1. Thes. 2.*

Rogamus autẽ vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis; & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. 4

Ipse enim scitis quemadmodũ oporteat imitari nos; quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem mãducauimus ab aliquo: sed in labore & fatigatione die ac nocte operantes, ne quem vestrum grauaremus. Non quasi nõ habuerimus potestatem; sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. *2. Thes. 3.*

Quoniam si quis non vult operari, nec man- *Ibidem.*

ducet. Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquietè, nihil operátes, sed curiosè agentes: his autem, qui eiusmodi sunt, denútiamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent.

Act. 20. Argentum & aurum, aut vestem nullius cócupiui, sicut ipsi scitis: quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecú sunt, ministrauerunt manus istæ. Omnia ostédi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quàm accipere.

Fructum.

Gene. 2. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.

Prou. 10. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat.

Ibidem. Qui cógregat in messe, filius sapiens est; qui autem stertit æstate, filius est confusionis.

14 In omni opere bono erit abúdantia: vbi autē verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.

Eccle. 10. Melior est qui operatur, & abúdat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane.

4 Vita forte sua contenti, operaque sua viuentis, habet suauitatem, sed vtraque maiorem qui thesaurum nactus est.

Luc. 10. Dignus est enim operarius mercede sua.

1. Cor. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

Labor

Labor improbus.

Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. *Sap. 5.*

Vt iniquè agerent laborauerunt. *Ierem. 9.*

LAPIS DICITVR CHRISTVS ANGVLARIS.

ECce ego mittam in fundamētis Sion lapidem probatum, angularem, pretiosum, solidissimū fundamentum, fidens non festinabit. *Esa. 28.*

Dicit illis Iesus: Nunquā legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt ędificātes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud. *Matt. 21.*

Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli. *Act. 4.*

Superædificati super fundamētum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu. *Ephes. 2.*

Offensionis.

Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse pauor vester, ipse terror vester, & ipse erit vobis in sanctificationem; in lapidē autem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israël, & in laqueum, & in ruinam habitantibus Hierusalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. *Esa. 8.*

Et qui ceciderit super lapidē istū, confringetur, super quē verò ceciderit, conteret eum. *Matt. 21*

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurre- *Luc. 2.*

ctionem

ctionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur.

Luc. 20. Omnis qui ceciderit super lapidē illum, conquassabitur: super quem verò ceciderit, cōminuet eum.

Ioan. 9. In iudiciū ego in hunc mūdum veni, vt qui non vidēt, videant: & qui vident, cæci fiāt.

Rom. 9. Offenderūt enim in lapidem offensionis, sicuti scriptū est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petrā scandali, & omnis qui credit in eum, non confundetur.

1. Pet. 2. Propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum, angularem, probatum, electum, pretiosum. Et qui crediderit in illo, non pudefiet.

Lapis dicitur Petrus.

Ioan. 1. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

Lapis dicitur omnis Christianus.

1. Pet. 2. Ad quem accedentes, &c. *Vide in tit.* Domus.

LAVDATVR HOMO

à Deo feliciter.

1. Cor. 4. TVnc laus erit vnicuique à Deo.

A seipso vtiliter.

Prou 27. Laudet te alienus, & nō os tuum: extraneus, & non labia tua.

Ab alio congruenter in absentia.

Mat. 11. Sic Saluator Ioannem discipulis ipsius discedentibus laudibus extulit.

Luc. 7. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne.

De

De innocentia.

Laudabuntur omnes recti corde. *Psal. 63.*

Non laudes virum in specie sua: neque spernas hominem in visu suo. *Eccli. 11.*

Ante mortem ne laudes hominē quenquam: quoniam in filiis agnoscitur vir. *Ibidem.*

Ante sermonem nō laudes virum, hæc enim tentatio est hominum. 27

Laudemus viros præclaros, & quibus prognati sumus, maiores nostros. 44

Homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. *Ibidem.*

Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Ecclesia. *Ibidem.*

LECTIO.

POst industriam sequetur sapientia. *Eccli. 10.*

Qui legit, intelligat. Omnis aūt cui multum est datum, multū quæretur ab eo: & cui commendauerunt multū, plus petent ab eo. *Matt. 24.* *Luc. 12.*

Attēde lectioni & exhortationi & doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te est. *1. Tim. 4.*

Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum. *2. Tim. 3.*

Verbum Christi habitet in vobis abūdanter. *Colos. 3.*

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. *Iacob. 4.*

LEGIS NATVRAE ILLVSTRATIO.

SIgnatum est super nos lumen vultus tui Domine. *Psal. 4.*

Cùm enim gentes, quæ legem non habent, *Rom. 2.*

natu-

naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habẽtes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendẽtium, in die qua iudicabit Dominus occulta hominum secundum Euãgelium meum per Iesum Christum.

Legis Mosaicæ ordinatio.

Exod. 13. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentũ ante oculos tuos, & vt lex Domini semper sit in ore tuo; in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto.

Rom. 3. Per legem enim cognitio peccati.

7 Sed peccatum non cognoui, nisi per legem: Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces.

Ibidem. Itaque lex quidem sancta, & mandatũ sanctum & iustum & bonum.

Colos 3. Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.

Galat. 3. Quid igitur lex? Propter trãsgressionẽ posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris.

Ibidem. Prius autem quàm veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi, in eã fidem, quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur.

Operatio.

Psal. 24. Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legẽ dabit delinquentibus in via.

Lex

Lex Domini immaculata cōuertens animas: 18
testimonium Domini fidele, sapientiā pręstans paruulis.

Qui custodit legem, beatus est. *Prou 29.*

Lex enim iram operatur. Vbi enim non est *Rom.4.*
lex, nec præuaricatio.

Occasione autem accepta peccatum per mā- 7
datum, operatum est in me omnem concupiscentiam.

Scimus enim quia lex spiritualis est. *Ibidem.*

Bona est lex, si quis ea legitimè vtatur. *1.Tim.1.*

Quicunque totam legem seruauerit; offen- *Iacob.2.*
dat autem in vno, factus est omnium reus.

Qui enim dixit, Non mœchaberis; dixit & non occides: quòd si non mœchaberis; occides autem, factus es transgressor legis.

Oneratio.

Quicunq; enim ex operibus legis sunt, sub *Galat.3.*
maledicto sunt. Scriptū est enim: Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictū (quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, vt pollicitationē spiritus accipiamus per fidem.

Nunc ergo quid tentatis Deū, imponere iu- *Act.15.*
gum super ceruices discipulorū, quod neq; nos, neq; patres nostri, portare potuimus?

Consummatio per Christum.

Nolite putare, quoniā veni soluere legē, aut *Matth.5.*
Prophe-

Prophetas: Nō veni ſoluere, ſed adimplere.

Matt.11 Omnes enim prophetæ & lex vſq; ad Ioannem prophetauerunt.

Luc 16. Lex & prophetæ vſque ad Ioannem.

Ioan.1. Lex per Moſen data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

Rom.6. Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.

7 An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominabitur, quanto tempore viuit. Itaque fratres mei & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt fructificetis Deo.

10 Finis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti.

Galat.2. Ego enim per legē legi mortuus ſum, vt Deo viuam, Chriſto confixus ſum cruci.

4 At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factū ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

5 Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.

Hebr.7. Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat.

Ibidem. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem: Nihil enim ad perfectum adduxit lex.

8 Dicendo nouū, veterauit prius. Quòd autem antiquatur & ſeneſcit, propè interitum eſt.

10 Vmbram enim habens lex futurorū bonorū, non ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis, quas offerunt indeſinen-

desinenter, nunquam potest accedẽtes perfectos facere.

Legis euangelicæ fructificatio.

Ecce dies veniẽt, dicit Dominus, & feriã domui Israël & domui Iuda fœdus nouũ, nõ secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris, sed hoc erit pactũ, quod feriam cum domo Israëi. Post dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam illã, & ero eis in Deum, & ipsi erũt mihi in populum. Et non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum Omnes enim cognoscẽt me, à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorũ, & peccati eorum non memorabor amplius. *Ierem. 31*

Vituperans enim eos dicit: Ecce dies veniẽt, dicit Dominus: & consummabo super domum Israël, & super domum Iuda testamentum nouum. *Hebr. 8.*

LIBERVM ARBITRIVM AD *bonum cognoscendum illuminatur.*

INtellectum tibi dabo, & instruã te in via hac. Nolite fieri sicut equus & mulus. *Psal. 31.*

In lumine tuo videbimus lumen. 35

Beatus homo quẽ tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. 93

Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. 118

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan. 1.*

Rom.1. Deus enim illis manifestauit: inuisibilia enim ipsius, à creatura mūdi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciūtur: sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles.

1.Ioan.2. Et non necesse habetis vt aliquis vos doceat: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium.

Ad perficiendum adiuuatur.

Mat.23. Hierusalem, Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alas suas, & noluisti.

Ioan.15. Sine me nihil potestis facere.

Rom.8. Similiter autem & spiritus adiuuat infirmitatem nostram.

2.Cor.3. Non quòd sufficiētes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

Phil.2. Deus est enim qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate.

A nullo violentatur.

Gene.4. Dixitque Dominus ad Cain: Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nónne si benè egeris, recipies? Sin autem malè, statim in foribus peccatum suum aderit. Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius.

Psal.53. Voluntariè sacrificabo tibi.

Eccli.15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu cōsilij sui. Adiecit mādata

data & præcepta ſua: Si volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te.

Perditio tua Iſraël, tantummodo in me auxilium tuum. *Oſea 13.*

Phariſęi autē & legiſperiti conſiliū Dei ſpreuerunt in ſemetipſos, non baptizati ab eo. *Luc. 7.*

Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. *Hebr. 10.*

Ecce ſto ad oſtium & pulſo: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. *Apoc. 3.*

LIBERTAS PRAVA REPROBATVR.

VIr vanus in ſuperbiā erigitur, & tanquā pullum onagri ſe liberū natum putat. *Iob 11.*

Vos nō audiſtis me, vt prædicaretis libertatē, vnuſquiſq; fratri ſuo, & vnuſquiſque amico ſuo. Et ecce prædico vobis libertatē, ait Dominus, ad gladium, ad peſtē, ad famem. *Ierem. 34.*

Reuerſi ſunt vt eſſent abſq; iugo: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. *Vide in tit.* Hæreticus. *Oſea 7.*

Siquidem vbi vehementer faſtuoſa vanitatis verba ſonuerint, ineſcant homines per concupiſcētias carnis voluptatibus, eos, qui verè aufugerant, eos, qui in errore conuerſantur, dum illis libertatem pollicentur, cùm ipſi ſerui ſint corruptionis. *2. Pet. 2.*

Libertas euangelica per Christum datur.

Ioan 8. Si ergo vos Fili⁹ liberauerit, verè liberi eritis.

Rom.8. Lex enim Spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis.

2.Cor.3. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.

Galat.4. Itaq; fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua libertate Christus vos liberauit.

Ad Deum ordinatur.

Rom.6. Liberati autē à peccato, serui facti estis iustitiæ.

Ibidem. Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quem ergo fructum habebatis in his, de quibus nunc erubescitis?

Nam finis illorum mors. Nunc verò liberati à peccato: serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationē, finem verò vitam æternam.

1.Cor.7. Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini.

Galat.5. Vos enim in libertatē vocati estis fratres, tātùm ne libertatē in occasionē detis carnis, sed per charitatē Spiritus seruite inuicem.

1.Cor.7. Similiter qui liber vocat⁹ est: seru⁹ est Christi.

Iacob.1. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.

2 Sic loquimini, & sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari.

1.Pet.2. Benefaciendo obturetis os hominibus stultis & ignorantibus, tanquam liberi, & non veluti velamen habentes malitiæ libertatem, sed tanquam serui Dei.

Libertas

Libertas humana commendatur.

Seruus vocatus es? non sit tibi curæ: sed & si potes fieri liber, magis vtere. *1. Cor. 7.*

Pretio empti estis, nolite fieri serui hominũ. *Ibidem.*

LIBER VITAE.

OBsecro Domine, peccauit populus iste peccatũ magnũ, feceruntque sibi deos aureos: Aut dimitte eis hanc noxam; aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Cui respondit Dominus: Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. *Exod. 32.*

Deleantur de libro Viuentium, & cum iustis non scribantur. *Psal. 68.*

Gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. *Luc. 10.*

Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ. *Apoc. 3.*

Et adorauerunt eam omnes qui inhabitabãt terram: quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni. 13

Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. 20

Liber conscientiæ.

Iudicium sedit & libri aperti sunt. *Dan. 7.*

Et vidi mortuos. *Vide in tit.* Iudicium. *Apoc. 20*

LINGVA DISTRICTE EST REFRENANDA.

IN multiloquio non deerit peccatum. *Prou. 10.*

De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis. 12

De fructu oris homo satiabitur bonis. 13

Qui custodit os suum, custodit animã suam. *Ibidem.*

17 Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt: qui autem inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Stultus quoq; ſi tacuerit, ſapiens reputabitur: & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens.

18 Mors & vita in manibus linguæ, qui diligũt eam, comedent fructus eius.

21 Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam: cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam.

Sap.1. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ: quoniã os mentiens occidit animam.

Eccli.14. Beat⁹ vir, qui nõ eſt lapſus verbo ex ore ſuo.

19 Eſt qui labitur lingua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim, qui non deliquerit in lingua ſua?

20 Eſt tacens, qui inuenitur ſapiens: & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum.

22 Quis dabit ori meo cuſtodiã, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea non perdat me?

23 Indiſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuũ, eſt enim in illa verbum peccati.

Thren.3. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſuper ſe.

Matt.12. Dico enim vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Luc.6. Bon⁹ homo de bono theſauro cordis profert bonũ. Ex abũdãtia enim cordis os loquitur.

Sit

Sit autem omnis homo velox ad audiēdum. *Iacob. 1.*
In multis enim labimur omnes. Si quis in 3
sermone nō labitur, hic perfectus est vir, qui
possit freno moderari totum etiam corpus.
Qui enim vult vitam diligere, & dies videre *1. Pet. 3.*
bonos, coërceat linguam suam à malo, &
labia sua ne loquantur dolum.

Debitè ordinanda, considerando tempus quando loquendum.

Lætatur homo in sententia oris sui, & sermo *Prou. 15.*
opportunus est optimus.
Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur 25
verbum in tempore suo.
Tempus tacendi, & tempus loquendi. *Eccle. 3.*
Tēpus & responsionē cor sapiētis intelligit. 8
Priusquam audias, ne quid respondeas: nec *Eccli. 11.*
verbo dicentem interpelles.
Beatus vir, qui lapsus ore suo non est. 14
Est tacens sciens tempus apti temporis. Ho- 20
mo sapiens tacebit vsque ad tempus.
Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi 32
bona gratia. Adolescēs loquere in tua causa
vix cùm necesse fuerit. Summatim verbis
paucis multa complectere: fac intelligas, interimque taceas.
Qui interrogationē manifestat, parabit ver- 33
bum, & sic deprecatus exaudietur, & cōseruabit disciplinam, & tunc respondebit.
Sit omnis homo tardus ad loquendum, tar- *Iacob. 1.*
dus ad iram.

Personam, cui loquendum.

In auribus insipiētium ne loquaris, quia de- *Prou. 23.*

ſpicient doctrinam eloquij tui.

26 Ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiã ſuam: ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens videatur.

Eccli.27. In medio inſenſatorũ ſerua verbũ temporis.

32 Loquere ſenex: quia decet te, cũ docto dũtaxat ſtudio. Vbi non eſt auditus, non effundas ſermonem.

Ibidem. In medio magnatorum loqui nõ præſumas: & vbi ſunt ſenes, non multa garrias.

Quid loquendum.

Iob 27. Quia donec ſupereſt halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.

Pſal.34. Et lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam.

38 Dixi cuſtodiam vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam.

Prou.15. Abominatio Dñi cogitationes malæ, & purus ſermo, pucherrimus firmabitur ab eo.

24 Si quis aptè reſpondet, perinde eſt, ac ſi labiis oſcularetur.

Eccle.9. Verba ſapientum audiuntur in ſilentio, plus quàm clamor principis inter ſtultos.

Eccli.5. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati.

9 Omnis enarratio tua ſit in præceptis Altiſſimi.

18 Et antequam loquaris, diſce.

42 Non duplices ſermonẽ auditus de reuelatione

ne sermonis absconditi, & eris verè sine cõfusione, & inuenies gratiam apud omnes.
Dedit enim mihi Dominus præmio linguã, 51
qua & laudabo ipsum.
Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt *Esa.50.*
sciam suscitare eum, qui lapsus est verbo.
Bonus homo de bono thesauro profert bona. *Matt.* 12
Omnis sermo malus ex ore vestro non pro- *Ephes.4.*
cedat, sed si quis bonus ad ædificationem, vt det gratiam audientibus.
Siquis loquitur, loquatur tanquam sermones *1.Pet.4.*
Dei. *Vide* Detractio.

Quomodo loquendum.

Respondete obsecro absque contentione, & *Iob 6.*
loquentes id, quod iustũ est, iudicate, & non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit.
Lingua placabilis, lignum vitæ. *Prou.15.*
Eruditus in verbo reperiet bona. Et qui dul- 16
cis eloquio est, commendatiorem reddit doctrinam. Fons vitæ eruditio possidentis.
Fauus mellis composita verba.
Cum obsecrationibus loquetur pauper, di- 18
ues effabitur rigidè.
Totum spiritum suum profert stultus: sapiẽs 29
differt & reseruat in posterum.
Verba oris sapientis gratia. *Eccli.10.*
Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & 4
remissus in operibus tuis.
Esto mansuetus ad audiẽdum verbum Dei, 5
vt intelligas: & cum sapientia profer respõsum verum.

6 Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos; & lingua gratiosa eucharis in bono homine abundat.

Colos.4. Sermo vester semper in gratia sit sale conditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.

Lingua indiscreta Deum prouocat.

Leuit.19 Non eris criminator, nec susurro in populis.

Psal.51. Quid gloriaris in malitia? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua. Dilexisti malitiam. Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa. Propterea Deus destruet te in finem.

Sap.1. Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere: nec pręteriet illũ corripiẽs iudicium.

Eccle.2. Væ duplici corde, & labiis scelestis.

27 Narratio peccãtium odiosa, & risus illorum in delictis peccati.

Ierem.8. Attendi & auscultaui, nemo quod bonũ est, loquitur.

Ioan.3. Qui est de terra, de terra est, & de terra lo(quitur.

1.Tim.5. Non solùm otiosę, sed & verbosæ & curiosę, loquentes quæ non oportet.

Seipsam damnificat.

Iob 11. Nunquid qui multa loquitur, non audietur, & vir verbosus iustificabitur?

13 Atq; vtinã taceretis, vt putaremini sapiẽtes.

Psal.139. Vir linguosus non dirigetur in terra.

Prou.14. Vbi autem verba sunt plurima, ibi frequenter egestas.

17 Malus obedit linguæ iniquę: & fallax obtemperat labiis mendacibus.

Os ſtulti contritio eius: & labia ipſius ruina animæ eius. 18

Nubes & ventus, & pluuiæ non ſequentes, vir glorioſus,& promiſſa non complens. 25

Sicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu: ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum. *Ibidem.*

Vidiſti hominẽ velocem ad loquendũ, ſtultitia magis ſperanda eſt, quã illius correctio. 29

Labia inſipientis præcipitabunt eũ. Initium verborum eius ſtultitia, & nouiſſimũ oris illius error peſſimus. *Eccle.* 10.

Lingua imprudentis, ſubuerſio eſt ipſius. *Eccli.* 5.

Qui multis vtitur verbis, lædet animã ſuam. 20

Homo illepidus, quaſi importuna fabula eſt, cum ore imperito frequentatur. *Ibidem.*

In ore fatuorum cor illorum: & in corde ſapientum os illorum. 21

Aurũ tuũ & argentũ tuũ cõfla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne fortè labaris in lingua tua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi; & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. 28

Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt: in omni re defraudabitur. Nõ eſt enim illi data à dño gratia, omni enim ſapiẽtia defraudatus eſt. 37

Siquis putat ſe religioſum eſſe, non refrænãs linguam ſuam, huius vana eſt religio. *Iacob.* 1.

Poteſt etiam freno circunducere totum corpus. Si autem equis frena in ora mittimus ad conſentiendum nobis, omne corpus illorum circunferimus. 3

Lingua

Ibidem. Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantus ignis, quàm magnam ſiluam incendit. Et lingua, ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Lingua cõſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ, inflammata à gehenna.

Ibidem. Omnis natura beſtiarum, & volucrũ, & ſerpentium, & cæterorum domãtur, & domita ſunt à natura humana. Linguam autem nullus hominũ domare poteſt: inquietum malum, plena veneno mortifero.

Ibidem. In ipſa benedicimus Deum & patrem, & in ipſa maledicimus homines, qui ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. *Vide Detractio & Mendacium.*

Proximum moleſtat.

Iob 6. Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & & in ventum verba profertis.

Pſal. 56. Filij hominum dentes eorum arma ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus.

119 Domine libera animam meã à labiis iniquis, & à lingua doloſa.

Prou. 8. Os bilingue deteſtor.

12 Verba impiorum inſidiantur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos.

26 Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.

Eccli. 21. Narratio fatui, quaſi ſarcina in via.

22 Pungens oculum deducit lachrymas, & qui pun-

pungit cor, profert sensum.
Verbum nequã immutabit cor, ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix illorum est assidua lingua. 37

Discordiam seminat.

Propter peccata labiorũ, ruina proximat malo: effugit autem iustus de angustia. *Prou.* 12.
Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes. 16
Vir insipiens fodit malum, & in labiis eius ignis ardescit. *Ibidem.*
Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia (prouocat. 18
Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris. *Ibidem.*
Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus, & temerarius in verbo suo odibilis erit. *Eccli.* 9.
Duo genera abundãt in peccatis, & tertium adducit iram & perditionẽ. Anima callida, quasi ignis ardens, non extinguetur, donec aliquid glutiat, & homo nequã in ore carnis suæ non desinet, donec incendat ignem. 23
Lingua tertia mulieres iuratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illã, non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requiescat. 28
Multi ceciderunt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suã. *Vide* Detractio. *Ibidem.*

Modum non seruat, scilicet quando loquendum.

Qui prius respondet, quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. *Prou.* 18.

Vidisti

29 Vidisti hominē velocem ad loquendū, stultitia magis speranda est, quā illius correctio.

Eccli. 19. A facie verbi parturit fatuus. Sagitta infixa femori canis, sic verbum in corde stulti.

20 Lasciuus autem & imprudens non seruabit tempus.

Ibidem. Ex ore fatui reprobabitur parabola; nō enim dicit illam in tempore suo.

Cui loquendum.

Eccli. 7. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum.

21 Labia imprudentium stulta narrabunt.

22 Musica in luctu importuna narratio.

Ibidem. Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno.

Ibidem. Cum stulto ne multum loquaris.

Quomodo loquendum.

Prou. 17. Non decet stultum magnificus sermo, multo minus principem sermo mendax.

26 Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum.

Eccle. 5. In multis sermonibus inuenietur stultitia.

10 Stultus verba multiplicat.

Eccli. 19. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis.

LONGANIMITATIS DIVINAE FRVCTVS.

2. Reg. 14 NEc vult Deus perire animam: sed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est.

Eccle. 5. Altissimus enim est patiens redditor.

Sap. 11. Et misereris omniū, quia omnia potes: dissimu-

mulans peccata propter pœnitentiam.

Propterea exspectat Dominus, vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcẽs vobis, quia Deus iudicij Dominus. Beati omnes qui expectant eum. *Esa. 30.*

Arborem fici, &c. *Vide in tit.* Arbor. *Luc 13.*

Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. *2. Pet. 3.*

Contemptus.

Miserator & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors. *Psal. 102.*

Et erit eis verbũ Dñi, manda remanda, manda remanda, modicũ ibi, modicũ ibi, expecta, reexpecta, vt vadãt & cadãt retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiãtur. *Esa. 28.*

Tacui semper, silui, patiens fui: sicut parturiens loquar. 42

Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. 65

Fili hominis, quod est prouerbium istud in terra Israël, dicentium: In longum differẽtur dies, & peribit omnis visio. *Ezech. 12.*

Non enim erit vltrà omnis visio cassa, neque diuinatio ambigua in medio filiorũ Israël: quia ego Dominus loquar, & quodcunque locutus fuero verbum, fiet. *Ibidem.*

An diuitias bonitatis eius, & patiẽtiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Rom. 2.*

Secun-

Secundum autem duritiam tuã, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundùm opera sua.

LVGENDVM SVPER PECCATO AMARE.

Iud.8. SEd quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus: non enim quasi homo, sic Deus comminabitur.

Iob 10. Nunquid non paucitas dierum meorũ finietur breui? Dimitte ergo me vt plangã paululum dolorem meum, antequam vadam.

Psal.6. Laboraui in gemitu meo. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem.

55 Deus vitam meam annuntiaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

118 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.

Eccle. 3. Tempus flendi.

Ierem. 3. Vox in viis audita est, ploratus & vlulatus filiorum Israël, quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui.

31 In fletu venient, & in misericordia reducam eos.

*Ioel.*2. Nunc ergo, dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu, & in plãctu; & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.

Super proximo fructiferè.

*Eccle.*7. Non desis plorantibus in consolatione, & cũ lugentibus ambula.

Quòd

Quòd si hoc non audieritis, in abscondito *Ierem.13.*
plorans plorabit anima mea à facie super-
biæ: plorans plorabit, & deducet lachrymas
oculus meus, quia captus est grex Domini.
Flete cum flentibus. *Rom.12.*
Et qui flent, tanquam non flentes. *1.Cor.7.*
Et lugeam multos ex iis, qui ante peccaue- *2.Cor.12.*
uerunt, sed non egerunt pœnitentiam super
immunditia, & fornicatione, & impudici-
tia, quam gesserunt.

Super mortuo moderatè.

Mortuum lamenteris, quòd sit luce priua- *Eccli.22.*
tus; non minus deplores stultum, quòd sen-
sum amiserit.
Módicum plora supra mortuum, quoniã re- *Ibidem.*
quieuit. Luctus mortui septem dies.
Fili, in mortuum produc lachrymas, & quasi 38
dira passus incipe plorare: propter delaturã
autem amarè fer luctum illius vno die, &
consolare propter tristitiam, & fac luctum
secundum meritum eius, vno die vel duo-
bus propter detractionem. A tristitia enim
festinat mors, & cooperit virtutem, & tri-
stitia cordis flectit ceruicem.

In inferno miserè.

Filij autem regni eiicientur in tenebras ex- *Matt.8.*
teriores, ibi erit fletus & stridor dentium.
Partemque eius ponet cum hypocritis, illic 24
erit fletus, & stridor dentium.
Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & *Luc.6.*
flebitis.
Discedite à me omnes operarij iniquitatis, 13

ibi erit fletus & ſtridor dentium.

Iacob.5. Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſeriis veſtris quæ aduenient vobis.

Lvx devs in se incomprehensibilis.

Iob 36. IN manibus abſcondit lucem, & præcepit ei, vt rurſus aduenia t. Annuntiat de ea amico ſuo, quòd poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere.

Pſal. 103 Amictus lumine ſicut veſtimento.

Ioan. 8. Ego ſum lux mundi.

1. Tim. 6. Lucem habitat inacceſſibilem, quam nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium in ſempiternum.

1. Ioan. 1. Quoniam Deus lux eſt, & tenebrę in eo non ſunt vllæ.

Lux gratiæ illuminat intellectum.

Pſal. 4. Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui.

88 Domine in lumine vultus tui ambulabunt.

111 Exortum eſt in tenebris lumen rectis.

Eſa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitãtibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis.

42 Et dedi te in fœdus populi & gentium, vt aperires oculos cæcorum.

49 Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea.

50 Quis ambulauit in tenebris, & nõ eſt lumen ei? ſperet in nomine Domini, & innitatur ſuper Deum ſuum.

60 Surge illuminare Ieruſalẽ, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.

Surgam

Surgam cùm ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt. *Mich.7.*

Terra Zabulō & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentiū: populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. *Mat.4.*

Erat lux vera quę illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.1.*

Surge qui dormis,& exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *Epheſ.5.*

Inflammat affectum.

Emitte lucem tuam & veritatem tuam. *Pſal.42.*

Lux orta eſt iuſto,& rectis corde lætitia. 96

Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dei noſtri. *Eſa.2.*

Et ambulabunt gentes in lumine tuo. 60

Quandiu ſum in mundo,lux ſum mundi. *Ioan.9.*

Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Et qui ambulat in tenebris,neſcit quò vadit. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis. 12

Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino,vt filij lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia. *Epheſ.5.*

Vos autem fratres nō eſtis in tenebris,vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis eſtis,& filij diei. Nō ſumus noctis neq; tenebrarum. Igitur non dormiamus ſicut cæteri, ſed ſobrij ſimus & vigilemus. *1.Theſ.5.*

Si dixerimus, quoniam ſocietatem habemus *1.Ioan.1.*

cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatem habemus adinuicem.

1. Joan. 2. Iterum mādatum nouum scribo vobis, quia verum est & in ipso & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrē suum odit, in tenebris est vsque adhuc. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scādalum in eo non est.

Lux gratiæ malis est odibilis.

Job 24. Ipsi fuerūt rebelles lumini, nescierūt vias eius.
38 Auferetur ab impiis lux sua.

Joan. 3. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem: Omnis enim qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.

Lux naturalis iucunda.

Tob. 5. Et ait Tobias: Quale gaudiū mihi est, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?

Prou. 15. Lux oculorum lætificat animam.

Eccle. 11. Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem.

Esa. 45. Ego Dominus, & non alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum.

Lux exemplaris.

Prou. 15 Lux oculorum exhilarat cor.

Matt. 5. Vos estis lux mundi. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videāt opera vestra bona,

na, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, *Ioan. 3.*
vt manifestentur opera eius, quia in Deo
sunt facta.

Ille erat lucerna ardens & lucens.

5
Prouidentes bona non tantùm coram Deo, *Rom. 12.*
sed etiam coram omnibus hominibus.

Commendantes nosmetipsos ad omnē con- *2. Cor. 4.*
scientiam hominum coram Deo.

Prouidemus enim bona non solùm coram 8
Deo, sed etiam coram hominibus.

Sitis sine querela & simplices filij Dei, sine *Phil. 2.*
reprehensione in medio nationis prauæ &
peruersæ; inter quos lucetis sicut luminaria
in mundo, verbum vitæ continētes ad glo-
riam meam in die Christi.

Modestia vestra nota sit omnibus hominib⁹.

In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt, 4
tempus redimentes. *Colos. 4.*

In omnibus teipsum præbe exemplū bono- *Tit. 2.*
rum operum in doctrina, in integritate.

Conuersationem vestram inter Gentes ha- *1. Pet. 2.*
bentes bonam, vt in eo quod detractant de
vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis
operibus vos considerantes, glorificent
Deum in die visitationis.

MAGISTERIVM NON AMBIENDVM.

VOs autem nolite vocari Rabbi: vnus est *Mat. 23.*
enim magister vester: omnes autē vos
fratres estis. Nec vocemini magistri, quia

magister vester vnus est Christus.

Iacob.3. Nolite plures magistri fieri, fratres mei, sciētes quoniam maius iudicium sumitis.

MALEDICTIO FIRMITER PROHIBETVR.

Prou.26 SIcut auis ad alia transuolās, & passer quolibet vadens: sic maledictum frustra prolatum, in quempiam superueniet.

Eccli.21. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.

Vide Detractio.

Acriter punitur.

Leuit.20. Qui maledixerit patri suo aut matri, moriatur.

24 Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur.

Maledictio bonorum solicitè cauenda.

Eccle.3. Maledictio matris eradicat fundamenta.

4 Ab inope ne auertas oculos tuos, propter irā; & non relinquas quærētibus tibi retrò maledicere. Maledicētis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum.

Maledictio malorum pacificè toleranda.

Psal.108 Maledicent illi, & tu benedices.

Eccle.7. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuū, ne fortè audias seruum maledicentem tibi: Scit enim conscientia tua, quia & tu crebrò maledixisti aliis.

Matt.5. Beati estis, &c. *Vide in tit.* Detractio.

Bene-

Benedicite persequentibus vos, benedicite & nolite maledicere. *Rom.12.*

Maledicimur & benedicimus. *1.Cor.4.*

In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est Saluator omnium hominum, maximè fidelium. *1.Tim.4.*

Qui cùm malediceretur, non maledicebat. *1.Pet.2.*

Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes. 3

Maledictio Dei incurritur ex præcepti transgressione.

Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. *Gene.3.*

Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. *Deut.27.*

Si nolueritis audire, mittã in vos egestatem, & maledicã benedictionibus vestris, & maledicam illis: quia non posuistis super cor. *Mala.2.*

Discedite à me maledicti in ignẽ æternum. *Matt.25*

Ex innocentis oppressione.

Fiant contra Dominum semper. Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & veniet ei. Et induet maledictionem sicut vestimentum. *Psal.108*

MALVM CVLPAE A NOBIS EST.

NEmini mandauit Deus impiè agere. *Eccli.15.*

Nemo, cùm tentatur, dicat: quoniam à Deo tentatur. *Iacob.1.*

Pœnæ à Deo.

Eccle. 11. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à Deo sunt.

Amos 3. Si erit malum in ciuitate, quod Dominus nō fecerit.

MANSVETVDO DEO PLACET.

Psal. 149 EXaltauit mansuetos in salutem.

Prou. 3. Mansuetis (Deus) dabit gratiam.

Eccle. 10. Fili mi, per mansuetudinē, gloriā animæ tuæ concilia, & eā honore, quē meretur, affice.

Matt. 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrā.

11 Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Proximo prodest.

Psal. 36. Mansueti autem hæreditabūt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.

Prou. 16 Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis.

Eccle. 3. Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris.

10 Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.

1. *Thes.* 5. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

Tit. 3. Omnē ostendētes mansuetudinē ad omnes (homines.

MATRIMONIVM A DEO INSTITVTVM.

Gene. 1. ET creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos.

Mat. 19. Quod ergo Deus cōiunxit, homo nō separet.

Et

Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ. *Ioan.2.*
Spiritus autē manifestè dicit, quia in nouissimis diebus discedent quidā à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, cauterio notatam habentiū conscientiam, prohibentium nubere. *1.Tim.4.*

Ad bonum constitutum, prolis procreationem.

Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite & multiplicamini. *Gene.1.*
Et quid vnus quærit, nisi semen Dei? *Malac.2*
Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculat⁹: fornicatores enim & adulteros iudicabit Deus. *Hebr.13.*

Peccati deuitationem.

Bonū est homini mulierē nō tāgere: propter fornicationē autem vnusquisq; suā vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat. *1.Cor.7.*
Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterū reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.
Hoc itaque dico secundum indulgentiā, non secundum imperium. *Ibidem.*

Mutuam consolationem.

Domus & diuitię dantur à parentibus; à Domino autem vxor prudens. *Prou.19.*
Trade filiam, & grande opus feceris; & homini sensato da illam. *Eccli.7.*
Qui possidet mulierem bonam, inchoat pos- 36

ſeſſionem. Adiutorium ſecundum illũ eſt, & columna vt requies.

Ibidem. Vbi non eſt mulier, ingemiſcit egẽs. Cui credit qui non habet nidũ? Et deflectens vbicunque obſcurauerit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.

Epheſ. 5. Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Dño.

Ibidem. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto: ita mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum trádidit pro ea.

Ibidem. Viri debent diligere vxores ſuas vt propria corpora. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit.

Ibidem. Veruntamen & vos ſinguli vnuſquiſq; vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum.

Coloſ. 3. Viri, diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas.

1. Pet. 3. Similiter & mulieres ſubditæ ſint viris ſuis, vt & ſi qui nõ credũt verbo, per mulierũ cõuerſationẽ (bonã) ſine verbo lucrifiát, cõſiderátes in timore ſanctã cõuerſationẽ veſtrã. Quarũ non ſit extrinſecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumẽti veſtimentorũ cultus: ſed qui abſcõditus eſt cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritꝰ, qui eſt in cõſpectu Dei locuples. Sic enim aliquãdo & ſanctæ mulieres, ſperátes in Deo, ornabãt ſe ſubiectę propriis viris, ſicut Sara obediebat Abrahæ, dñm eũ vocãs, cuius eſtis filiæ benefacientes, & nõ pertimeſcen-

meſcentes vllam perturbationem.

Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri, impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ, vt non impediantur orationes veſtræ. *Ibidem.*

Firmum.

Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum; & noli deſpicere vxorem adoleſcẽtiæ tuæ. Cùm odio habueris eã, dimitte, dicit Dominus Deus Iſraël: operiet autẽ iniquitas veſtimentum eius. (Hinc Saluator vxorem non niſi cauſa fornicationis dimittendam dixit.) *Malac. 2.*

Dictum eſt autem: Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. *Matt. 5.*

Et accedentes Phariſæi, interrogabant eum: Si licet viro vxorem dimittere? At ille dixit: Quid vobis præcepit Moſes? Qui dixerunt: Moſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere. Quibus reſpondens, ait: Ad duritiã cordis veſtri ſcripſit vobis præceptũ iſtud. Ab initio autẽ creaturę maſculũ & fœminã fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo patrẽ ſuum & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & fient duo vna caro. *Marc. 10*

Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimiſſam ducit, mœchatur. *Luc. 16.*

Nam

*Rom.*7. Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro, alligata eſt legi.

1.*Cor.*7. His autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio; non ego, ſed Dominus: Vxorem à viro non diſcedere. Quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.

Ibidem. Alligatus es vxori, noli quærere ſolutionem.

Ibidem. Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit.

*Epheſ.*5. Propter hoc relinquet, *vt ſuprà* Sacramẽtum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.

Matrimonium ſpirituale virtuosè inchoatur.

Oſee 2. Et ſponſabo te mihi in ſempiternũ, & ſponſabo te mihi in iuſtitia, in iudicio, & in miſericordia & miſerationibus. Et ſpõſabo te mihi in fide, & ſcies quia ego Dominus.

*Matt.*22 Simile eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo.

*Ioan.*3. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.

2.*Cor.*11 Deſpondi enim vos vni viro virginẽ caſtam exhibere Chriſto.

*Epheſ.*5. Sacramentum hoc magnum eſt, *vt ſuprà.*

*Apoc.*21. Et ego Ioãnes vidi ſanctã ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de cælo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo.

Copiosè remuneratur.

*Eſa.*49. Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti cõgregati ſunt, venerunt tibi. Viuo ego, dici Dñs, quia omnibus his velut ornamẽto veſtieris, & circũdabis tibi eos quaſi ſpõſa.

Gau-

Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit 61
anima mea in Deo meo.

Tunc ſimile erit regnum cælorũ decem vir- *Matt.25*
ginibus, quæ accipientes lãpades ſuas exie-
runt obuiam ſponſo & ſponſæ. Quinq; au-
tem ex eis erãt fatuæ, & quinq; prudentes.

Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam *Apoc.19.*
Deo: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor
eius præparauit ſe. Et datum eſt illi vt coo-
periat ſe byſſino ſplendẽti, & cãdido. Byſſi-
num enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.

MEDIATOR REDEMPTIONIS SOLVS CHRISTVS.

QVid igitur lex? *Vide in tit.* Lex. *Galat.3.*
Vnus enim Deus, vnꝰ & mediator Dei *1.Tim.2.*
& hominũ, homo Chriſtus Ieſus, qui dedit
redemptionem ſemetipſum pro omnibus. *Hebr.9.*

Et ideo noui teſtamẽti mediator eſt, vt mor-
te intercedente in redemptionem earũ præ-
uaricationum, quæ erant ſub priori teſta-
mento, repromiſſionẽm accipiant, qui vo-
cati ſunt æternæ hæreditatis.

Non enim in manu facta Sãcta Ieſus introi- *Ibidem.*
uit exemplaria verorum, ſed in ipſum cæ-
lũ, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.

Interceſſionis Chriſtus.

Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imò qui & *Rom.8.*
reſurrexit, qui eſt ad dexterã Dei, qui etiam
interpellat pro nobis.

Filioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. *1.Ioan.2.*
Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habe-
mus apud Patrẽ Ieſum Chriſtum iuſtum.

Spiritus

Spiritus sanctus.

Rom. 8. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Angelus.

Iob 33. Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, aut annuntiet hominis æquitatē, miserebitur eius, & dicet: Libera eū, *vt* non descendat in corruptionem. Inueni in quo ei propitier.

Zach. 1. Et respōdit Angelus Dñi, & dixit: Dñe exercituū vsquequo tu non misereberis Hierusalē, & vrbiū Iuda, quibus iratus es? Et respondit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria.

Homo.

Iob 42. Iob seruus meus (ait Dominus amicis *Iob*) orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non imputetur vobis stultitia.

2. Mac. 15 Erat autē huiusmodi visio: Oniam, *qui fuerat* summus sacerdos, virum *bonum* & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendētem orare, pro omni populo Iudæorū. Post hoc apparuisse & alium virum, ętate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudinē circa illum. Respondētem verò Oniam, dixisse: Hic est fratrum amator, & populi Israël: hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta Dei.

Obse-

Obſecro ergo vos fratres per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum. *Rom.15.*

MEDICVS SPIRITVALIS.

SPiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit me Dominus. Ad annuntiandũ manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde. *Eſa.61.*

Non eſt opus valẽtibus medico, ſed malè habentibus. *Matt.9.*

Vtique dicetis mihi hãc ſimilitudinem: Medice cura teipſum. *Luc.4.*

Non egẽt, qui ſani ſunt, medico: ſed qui malè habent. 5

Homo quidam deſcendebat, &c. 10

Corporalis.

Lãguor prolixior grauat medicum. Breuem languorem præcidit medicus. *Eccli.10.*

Honora medicũ propter neceſſitatem: Dominus enim eius auctor eſt. Nã omnis medicina manat ab Altiſſimo. 38

Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorũ collaudabitur. Altiſſimus de terra procreauit medicamẽta, nec abhorrebit illa vir ſapiens. Ad agnitionem hominum virtus illorum. In his curans mitigabit dolorem. *Vide* Infirmitas. *Ibidem.*

MENDACIVM A DEO VETATVR.

MEndacium fugies. *Exod.23.*

Non mentiemini: nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum. *Leuit.19.*

Nun-

Iob 13. Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?

Prou. 6. Sex sunt quæ odit Dominus, &c. *Vide in titul.* Discordia.

Zach. 8. Veritatem & iudiciū pacis iudicate in portis vestris, & vnusquisq. malū contra amicū suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentū mendax ne diligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus.

Ephes. 4. Propter quod deponentes mēdacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.

Colos. 3. Nolite mentiri inuicem.

Diabolum imitatur.

2. Par. 18 Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.

Esa. 28. Flagellum inundans cùm transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mēdacio protecti sumus.

Ioan. 8. Vos ex patre diabolo estis. Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mēdax est, & pater eius.

A bonis euitatur.

Prou. 13 Verbum mendax iustus detestabitur.

17 Non decent stultum verba composita, nec principem labium mentiens.

30 Vanitatem & verbū mendacij lōge fac à me.

Eccle. 4. Nō cōtradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ cōfundere.

7 Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neq; in amicum tuū similiter facies.

Ibidem. Ne velis vti mendacio vllo: nunquam enim pro-

prodeſt frequentatio illius.
Ante omnia opera verbū verax præcedat te. 37

A malis frequentatur.

Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos, idē autem ipſe ſequitur aues volantes. *Prou.* 10
Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtē-perat labiis mendacibus. 17
Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea implebitur os eius calculo. 20
Lingua fallax non amat veritatem. 26
Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes miniſtros habet impios. 29
Opprobrium nequā in homine mēdacium, & in ore indiſciplinatorum aſſiduè erit. *Eccli.* 20.
Ab immundo quid mundabitur? & à men-dace quid verum dicetur? 34
Sine mendacio conſummabitur verbū legis. *Ibidem.*

Mendacium proximum decipit.

Abſcondunt odium labia mendacia. *Prou.* 10.
Qui quod nouit loquitur, index iuſtitiæ eſt: qui autē mentitur, teſtis eſt fraudulentus. 12
Profert mendacia verſipellis. 14
Profert mendacium doloſus teſtis. *Ibidem.*
Verba bilinguis quaſi ſimplicia: & ipſa per-ueniunt vſque ad interiora ventris. 18
Vt fauces ferinam guſtu deprehendunt, ita ſagax animus verba mendacia. *Eccli.* 36.
Vnuſquiſque, &c. *Vide in tit.* Amicitia. *Ierem.* 9.
Spiritus autem manifeſtè, &c. *Vide ſuprà tit.* Matrimonium à Deo inſt. 1. *Tim.* 4.

Seipſum perdit.

Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. *Pſal.* 5.

Ibidem. Quoniam non est in ore eorum veritas. Sepulchrum patens est guttur eorum. Decidant à cogitationibus suis.

Prou.12. Abominatio est Domino labia mendacia.

19 Et qui mendacia loquitur non effugiet.

Ibidem. Et qui loquitur mendacia, peribit.

Ibidem. Et melior est pauper iustus, quã vir mendax.

Sap.1. Os autem quod mentitur, occidit animam.

Eccle.2. Væ duplici corde & labiis scelestis.

20 Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens, sic casus malorum festinãter veniet.

Ibidem. Potior est fur, quàm assiduitas viri mẽdacis, perditionem autẽ ambo hæreditabũt. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorũ cũ ipsis sine intermissione.

Esa.59. Multiplicatæ sunt iniquitates nostræ coram te: quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus, peccare & mentiri contra Dominum.

Osea 4. Audite verbum Domini, filij Israël, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ. Non est enim veritas, & non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea.

Apoc.21. Timidis autem, &c. *Vide in tit.* Fornicatio.

MERCENARIVS DEBITE REMVNERANDVS.

Leuit.19 NOn morabitur opus mercenarij apud te vsque mane.

Non

Non negabis mercedem indigentis,& pauperis fratri tui, ne clamet contra te ad Dominum,& reputetur tibi in peccatum. *Deut.24.*

Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui omnino apud te non remaneat. *Tob.4.*

Dignus est enim operarius mercede sua. *Luc 10.*

Ei autẽ qui operatur, merces imputatur non secundum gratiam, sed secúdum debitum. *Rom.4.*

Iniustè non defraudandus.

Quem quis victu priuat, eum interficit: & qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem. *Eccli.34.*

Ecce merces operariorum, qui messuerunt regionem vestram, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. *Iacob.5.*

MINISTERIVM DEI HONORIFICVM.

IN omni virtute tua dilige eum, qui fecit te,& ministros eius non derelinquas. *Eccle.7.*

Milia milium ministrabant ei. *Dan.7.*

Tunc reliquit eum diabolus,& angeli accesserunt,& ministrabant ei. *Matt.4.*

Si quis mihi ministrat, me sequatur; & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. *Ioan.12.*

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. *1.Cor.4.*

Sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros. *2.Cor.6.*

Ibidem. Quoniam non est in ore eorum veritas. Sepulchrum patens est guttur eorum. Decidant à cogitationibus suis.

Prou.12. Abominatio est Domino labia mendacia.

19 Et qui mendacia loquitur, non effugiet.

Ibidem. Et qui loquitur mendacia, peribit.

Ibidem. Et melior est pauper iustus, quã vir mendax.

Sap.1. Os autem quod mentitur, occidit animam.

Eccle.2. Væ duplici corde & labiis scelestis.

20 Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens, sic casus malorum festinãter veniet.

Ibidem. Potior est fur, quàm assiduitas viri mẽdacis, perditionem autẽ ambo hæreditabũt. Mores hominum mendacium sine honore, & confusio illorũ cũ ipsis sine intermissione.

Esa.59. Multiplicatæ sunt iniquitates nostræ coram te: quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognouimus, peccare & mentiri contra Dominum.

Osea 4. Audite verbum Domini, filij Israël, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ. Non est enim veritas, & non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea.

Apoc.21. Timidis autem, &c. *Vide in tit.* Fornicatio.

MERCENARIVS DEBITE REMVNERANDVS.

Leuit.19 NOn morabitur opus mercenarij apud te vsque mane.

Non

Non negabis mercedem indigentis,& pauperis fratri tui, ne clamet contra te ad Dominum,& reputetur tibi in peccatum. *Deut. 24.*

Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui omnino apud te non remaneat. *Tob. 4.*

Dignus est enim operarius mercede sua. *Luc 10.*

Ei autẽ qui operatur, merces imputatur non secundum gratiam, sed secũdum debitum. *Rom. 4.*

Iniustè non defraudandus.

Quem quis victu priuat, eum interficit: & qui mercedem subtrahit mercenario, effundit sanguinem. *Eccli. 34.*

Ecce merces operariorum, qui messuerunt regionem vestram, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. *Iacob. 5.*

MINISTERIVM DEI HONORIFICVM.

IN omni virtute tua dilige eum, qui fecit te,& ministros eius non derelinquas. *Eccle. 7.*

Milia milium ministrabant ei. *Dan. 7.*

Tunc reliquit eum diabolus,& angeli accesserunt,& ministrabant ei. *Matt. 4.*

Si quis mihi ministrat, me sequatur; & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. *Ioan. 12.*

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. *1. Cor. 4.*

Sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros. *2. Cor. 6.*

Ministerium humanum ordinatum.

Psal. 100. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Prou. 14. Acceptus est regi minister intelligens, iracundiam illius inutilis sustinebit.

22 Qui diligit cordis munditiã, propter gratiã labiorum suorum habebit amicum regem.

Eccle. 10. Secundum iudicẽ populi, sic & ministri eius.

MISERICORDIA DEI EST *generalis, nullum excludendo.*

Exod. 33. ET miserebor, cui voluero; & clemẽs ero, in quem mihi placuerit.

34 Dominator Domine De⁹, misericors, & clemens, patiens, & multæ miserationis, ac verax: qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & scelera, atq; peccata; nullusq; per se innocens est: qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus, in tertiam & quartam progeniem.

Deut. 5. Ego enim sum Dominus Deus tuus, & faciẽs misericordiam in multa millia, diligentibus me, & custodientibus præcepta mea.

7 Scies quia Dominus Deus tuus ipse est Deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiã diligentibus se, & his, qui custodiunt præcepta eius, in mille generationes.

Psal. 32. Misericordia Domini plena est terra.

85 Et tu Domine De⁹ miserator & misericors, patiens, & multæ misericordiæ.

144 Miserator & misericors Dominus.

Ibidem. Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius.

Tu

Tu autem Deus noster suauis & verus es, & patiēs, & in misericordia disponens omnia. *Sap.15.*
Etenim si peccauerimus, tui sumus, sciētes magnitudinem tuā: & si nō peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus cōputati.
Miseratio hominis circa proximum suum, misericordia autē Dei super omnē carnem. *Eccli.18.*
Et præparabitur in misericordia solium. *Esa.16.*
Scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. *Ion.4.*
Non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cælis est, vt pereat vnus de pusillis istis. *Mat.18.*
Deus autem qui diues est in misericordia. *Ephes.2.*

Salutaris mœrentes consolando.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te. *Psal.32.*
Quoniam tu Domine suauis & mitis. 85
Quoniam secundum altitudinem cæli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. 102
Quomodo miseretur pater filiorum.
Quoniam gratia Dei, & misericordia est in Sanctos eius, & respectus in electos illius. *Sap 4.*
Speciosa misericordia Dei in tēpore tribulationis: quasi nubes pluuiæ in tēpore siccitatis. *Eccli.35.*
Miserationum Domini recordabor. *Esa.63.*
Et nunc Domine Pater noster es tu; nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. 64
Quomodo si cui mater blandiatur: sic ego consolabor vos. 66

Ibidem. Videbitis, & gaudebit cor vestrum.
2.Cor.1. Benedictus Deus & Pater. *Vide* Consolatio.

Peccantes expectando.

Sap.11. Et misereris omniũ, quia. *Vide* Lõganimitas.
Esa.30. Propterea expectat, *vbi suprà.*
65 Expandi manus, *vbi suprà.*
Ezech.18. Nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini, & viuite.
Luc.9. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.

Reuertentes suscipiendo.

2.Pa.30. Pius enim & clemẽs est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum.
Ibidem. Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum.
Eccli.2. Si pœnitentiam nõ egerimus, incidemus in manus Domini. Quanta enim maiestas ipsius est, tãta est & eiusdem misericordia.
17 Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se.
Esa.54. Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis cõgregabo te. In momento indignationis abscondi faciẽ meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui: dixit redemptor tuus Dominus.
Ierem.3. Si dimiserit vir vxorem, &c. *Vide in tit.* Conuersio.
Thren.3. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti.

Vnde

Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt *Hebr.2.*
miſericors fieret, & fidelis pōtifex ad Deū,
vt repropitiaret delicta populi. In eo enim,
in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt
& eis qui tentantur auxiliari.

Non enim habemus pontificē, qui non poſſit 4
cōpati infirmitatibus noſtris; tētatum autē
per omnia pro ſimilitudine abſq; peccato.
Adeamus ergo, &c. *Vide in tit.* Gratia.

Miſericordia ad proximum Deo placet.

Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, ti- *Iob 6.*
morem Domini dereliquit.

Diligit miſericordiam & iudicium. *Pſal.32.*

Beatus, qui intelligit ſuper egenū & pauperē. 40

Quia miſericordiam & veritatē diligit Do- 83
minus Deus.

Miſericordia & veritas te non deſerant. Cir- *Prou.3.*
cunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis
cordis tui, & inuenies gratiam & diſcipli-
nam bonam coram Deo & hominibus.

Qui credit in Domino, miſericordiā diligit. 14

Facere miſericordiam & iudicium, gratius 21 &
eſt Domino, quàm victima. *Matt.9.*

Qui facit miſericordiam, fœneratur proxi- *Eccli.29.*
mo ſuo.

Qui facit miſericordiam, offert ſacrificium. 35

Miſericordiam & iudicium cuſtodi, & ſpera *Oſea 12*
in Deo tuo ſemper.

Indicabo tibi ô homo quid bonum, & quid *Mich.6.*
Dominus requirat à te. Vtique facere iudi-
cium, & diligere miſericordiā, & ſolicitum
ambulare cum Deo tuo.

Matt.9. Misericordiam volo, & non sacrificium.

Iacob.2. Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam.

Bonum auget gratiæ.

Prou 11. Benefacit animæ suæ vir misericors.

20 Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius.

21 Qui sequitur iustitiā & misericordiam, *inueniet* vitam, iustitiam & gloriam.

Eccle.16. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum.

40 Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet.

Mat.5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

1.Tim.4. Pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

Corporalis substantiæ.

Prou.11. Clementia præparat vitam.

14 Misericordia & veritas præparant bona.

Eccli.40. Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit.

44 Sed & illi viri misericordiæ *Vide* Iustus.

Misericordia esse debet ordinata erga proprium subiectum.

Eccli 30. Miserere animę tuæ placens Deo, & contine, & congrega cor tuum in sanctitatem.

Iacob.3. Quæ autem de sursum est sapiētia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, tractabilis, bonis consentiens, plena misericordia & fructibus bonis, iudicans sine simulatione.

Erga

Erga proximum.

Iucundus homo, qui miſeretur, & cõmodat. *Pſal.111*
Homo indigens miſericors eſt. *Prou.19*
Erue eos, qui ducuntur ad mortẽ, & qui tra- 24
hũtur ad interitum liberare non ceſſes. Si
dixeris, vires non ſuppetunt, qui inſpector
eſt cordis intelligit, & ſeruatorem animæ
tuæ nihil fallit.
Qui miſericordiam habet, docet, & erudit, *Eccli.18.*
quaſi paſtor gregem ſuum.
Ne auertas faciem tuam à proximo tuo, & 41
ab auferendo partem, & non reſtituendo.
Miſericordiam, & miſerationes facite, vnuſ- *Zach.7.*
quiſque cum fratre ſuo.
Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter mi- *Luc.6.*
ſericors eſt.
Eſtote inuicem benigni, miſericordes, do- *Epheſ.4.*
nantes inuicem, ſicut & Deus in Chriſto
donauit vobis.

MONACHVS.

CVm voueris votũ Domino Deo tuo, nõ *Deut.23.*
tardabis reddere, quia requiret illud *&*
Dominus Deus tuus; & ſi moratus fueris, *Eccle.5.*
reputabitur tibi in peccatum.
Semita iuſtorũ declinat mala, cuſtos autem *Prou.16.*
animæ ſuæ ſeruat animam ſuam.
Omnis enim, qui in agone cõtendit, ab om- *1.Cor.9.*
nibus ſe abſtinet. *&*
Et illi quidem, vt corruptibilem coronã acci- *2.Tim.2.*
piant, nos autem incorruptam. *Ibidem.*
Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſe- *Ibidem.*
cularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit.

MORS CHRISTI IGNOMINIOSA.

Sap. 2. MOrte turpissima condemnemus eum.
Esa. 53. Et cum sceleratis reputatus est.

Fructuosa.

Esa. 25. Præcipitabit mortem in sempiternum.
43 Et nunc hæc dicit Dominus: Noli timere, quia redemi te.
53 Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.
Ibidem. Et ipse peccata multorum tulit.
Oseæ 13. Ero mors tua, ô mors; morsus tuus, inferne.
1. *Cor.* 15. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris.
2. *Cor.* 5. Charitas enim Christi vrget nos, æstimãtes hoc, quoniã si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus, vt & hi qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.
Ephes. 2. Deus autem qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & consedere fecit in cælestibus in Christo Iesu.
1. *Pet.* 3. Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu.

Mors gratiæ vitia extirpat.

Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abundet? Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, &c. *Rom. 6.*

Ita & vos existimate vos mortuos quidē esse peccato, viuentes autē Deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. *Ibidem.*

Semper mortificationē Iesu in corpore nostro circunferentes. *2. Cor. 4.*

Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra.

Viuo autem, iam non ego, viuit verò in me Christus. *Galat. 2.*

Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram. *Colos. 3.*

Vitam præstat.

Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. *Rom. 6.*

Si autē mortui sumus cū Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum illo. *Ibidem.*

Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cùm autem Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. *Colos. 3.*

Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus. *2. Tim. 2.*

Mors culpæ ex peccato oritur.

Homo per malitiam occidit animam suam. *Sap. 16.*

Vnusquisque in iniquitate sua morietur. *Ierem. 31*

Anima

Ezech.18 Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

Rom.6. An nescitis, quoniã cui exhibetis vos ad obediendũ, serui estis ei9 cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiã?

Iacob.1. Peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortem.

Meritis priuatur.

Matt 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

Ioan.8. Dixi ergo vobis, quia in peccatis vestris moriemini. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

Per gratiam curatur.

Ioan.5. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.

Rom.6. Stipendia peccati mors: gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.

Ephes.5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

Colos.2. Et vos cùm mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens, quod aduersum nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.

1.Ioan.5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum nó ad mortem, petat, & dabitur ei vita, peccáti non ad mortem.

Mors gehennæ perpetuatur.

Psal.48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet illos.

Sap.15. Malorum amatores digni sunt morte.

Et infernus & mors missi sunt in stagnum *Apoc.20*
ignis. Hæc est mors secunda.

Mors naturæ omnibus miserabilis, propter peccati transgressionem.

Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti *Gene.3.*
de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, in sudore vultus tui vescêris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertêris.

Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur *2.Reg.14*
in terram, quæ non reuertuntur.

Scio quia morti trades me, vbi constituta est *Iob 30.*
domus omni viuenti.

Quis est homo qui viuet, & nõ videbit mortem? *Psal.88.*

Noli te zelare mortem in errore vitæ vestræ, *Sap.1.*
neq; acquiratis perditionẽ in operibus manuum vestrarum. Quoniã Deus mortẽ non fecit, nec lætatur in perditione viuorum.

Iustitia enim perpetua est, & immortalis: in- *Ibidem.*
iustitia autem mortis est acquisitio.

Quoniam Deus creauit hominem inexter- 2
minabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum.

A muliere initium factum est peccati: & per *Eccli.25.*
illam omnes morimur.

Omnia quæ de terra sunt, in terram conuer- 40
tentur.

Propterea sicut per vnum hominẽ peccatũ *Rom.5.*
in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Sed

Ibidem. Sed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt.
6 Stipendia enim peccati mors.
1.Cor.15 Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.
Ibidem. Stimulus autem mortis peccatum eſt.

Propter aduentus ſui incertitudinem.

Iob 10. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui?
Eccli.7. Melius eſt ire ad domũ luctus, quàm ad domum conuiuij.
9 Neſcit homo diem ſuum.
14 Memor eſto quoniam mors non tardat.
Matt.24 Vigilate, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit.
Luc.12. Dixit autem illi Deus, ſtulte hac nocte animam tuam repetunt à te.
Ibidem. Eſtote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.
Ioan.7. Tempus autem veſtrum ſemper eſt paratũ.

Mors eſt conſolabilis miſeris.

Eccli.2. Moritur doctus ſimiliter vt indoctus.
Sap.7. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus.
Eccli.30. Melior eſt mors, quàm vita amara: & requies æterna, quàm languor perſeuerans.
41 O mors bonũ eſt iudiciũ tuũ, homini indigẽti, & qui minoratur virib⁹ defecto ætate.

Honorabilis bonis.

Sap.3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt.
4 Iuſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

Noli

Noli metuere iudiciũ mortis. Memento quę ante fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi. Hoc iudicium à Domino omni carni. *Eccli.41.*

Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. *Esa.55.*

Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo. Veniat pax, requiescat in cubili suo, ambulauit in directione sua. *57*

Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domũ non manufactam, sed æternam in cælis. *2.Cor 5.*

Coarctor autem è duobus desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. *Phil.1.*

Beati mortui qui in Domino moriuntur. *Apoc.14.*

Horribilis malis.

Mors peccatorum pessima. *Psal.33.*

Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. *Prou.11.*

Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello, neque saluabit impietas impium. *Eccle.8.*

Cùm enim morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. *Eccli.10.*

O mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum! *41*

Verè enim mors peccatorum pessima. *Psal.33.*

Lamentabile cunctis.

Eccli. 22. Supra mortuum plora, &c. *Vide* Luctus.

Ezech. 24 Ingemisce tacens, mortuorum luctũ no facies.

MVLIER BONA DEVM *reuerenter honorat.*

Prou. 31. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier aurẽ timens Deum, ipsa laudabitur.

Eccli. 26. Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ.

Viro humiliter obtemperat.

Prou. 12. Mulier diligens corona est viro suo, & putredo in ossibus eius, qui confusione res dignas gerit.

31 Mulierem fortẽ quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri sui.

Eccli. 7. Noli discedere à muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore Domini; gratia enim verecundiæ illius super aurum.

9 Non zeles mulierem sinus tui, ne ostẽdat super te malitiam doctrinę nequam. Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.

25 In tribus beneplacitum, &c. *Vide* Dilectio proximi.

Ibidem. Beatus qui habitat cum muliere sensata.

26 Mulieris bonæ beatus vir: nã numerus dierum ipsius conduplicabitur. Mulier fortis oblectat virum suum & annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona mulier bona, in parte bona timentium Deum, dabitur viro pro factis suis.

Gratia mulieris ſedulę delectabit virũ ſuum, & oſſa illius impinguabit, diſciplina illius datum Dei eſt. *Ibidem.*

Species mulieris exhilarat faciem viri ſui, & ſuper omnem concupiſcentiam hominum ſuperducet deſiderium Cui credit, &c. *Vide in tit.* Matrimonium. 36

Vt amicus commodè congruat cum amico, vir tamen & vxor concordes vtrique præferendi ſunt. 40

Mulieres viris, &c. *Vide* Matrimonium. *Epheſ.* 5.

Similiter & mulieres, &c. *Vide vt ſuprà.* 1. *Pet.* 3.

Domum diligenter curat.

Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatem à Domino. *Prou.* 18.

Filia prudens hæreditas viro ſuo: at viuens turpiter mœſtitiam adfert genitori. *Eccli.* 22.

Sicut ſol oriens in mũdo in altiſſimis Dei: ſic mulier prudens in ornamentũ domus ſuæ. 26

Qui poſſidet, &c *Vide* Matrimonium. 26

Adoleſcentulas, vt viros ſuos diligant, vt liberos ament. *Tit.* 2.

Proximum decenter ædificat honeſto affatu.

Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua. *Cant.* 4.

Mulieres in Eccleſiis taceant: non enim eis permittitur loqui ſed ſubditas eſſe. 1. *Cor.* 14

Mulier in ſilentio diſcat cũ omni ſubiectione. Adã enim primus formatus eſt: deinde Eua: & Adã non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta in prænaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem, ſi permanſe- 1. *Tim.* 2.

manſerit in fide, & dilectione, & ſanctificatione cum ſobrietate.

Modeſto geſtu.

Prou. 11. Mulier gratioſa inueniet gloriam.

Eccli. 26. Mulier ſenſata & tacita non eſt immutatio eruditæ animæ. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta & pudorata.

Ibidem. Columnæ aureæ ſuper baſes argẽteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris.

40 Ædificatio ciuitatis cõfirmabit nomẽ, & ſuper hanc mulier immaculata cõputabitur.

1.*Cor.*7. Sanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelem.

11 Vir quidem nõ debet velare caput ſuũ, quoniam imago & gloria Dei eſt, mulier autem gloria viri eſt. Nõ enim vir ex muliere, ſed mulier ex viro. Etenim non eſt creatus vir propter mulierẽ, ſed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamẽ habere ſuper caput ſuum, & propter angelos.

Ibidem. Voſipſi iudicate, decet mulierẽ nõ velatã orare Deum? Nec ipſa natura docet vos, quòd vir quidẽ ſi comã nutriat, ignominia eſt illi: mulier verò ſi comã nutriat, gloria eſt illi.

1.*Tim.*2. Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe, non intortis crinibus aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa, ſed quod docet mulieres promittentes pietatem per opera bona.

1.*Pet.*3. Quarum nõ ſit extrinſecus, &c. *Vide in titul.* Matrimonium.

Mulier

Mulier mala Deum contemnit.

Vt eruaris a muliere aliena, & ab extranea quæ mollit sermones suos, & relinquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est: Inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ. *Prou.2.*

Virum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus non inueni. *Eccle.7.*

Non est creata hominibus superbia, neque iracundia nationi mulierum. *Eccli.10.*

Peccatum duxit initiũ à muliere, & per eandem omnes morimur. 25

Virum offendit.

Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens. *Prou.18.*

Melius est sedere in pinna tecti, quàm cum muliere litigiosa, quæ partem ędium habet. 21

Melius est habitare in terra deserta, quàm cũ muliere rixosa & iracunda. *Ibidem.*

Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur. 27

Patrem & virum confundit audax. *Eccli.22.*

Omnis plaga tristitia cordis est, & omnis malitia, nequitia mulieris. Et omnẽ plagam & non plagam videbit cordis, & omnẽ nequitiam & non nequitiam mulieris. 25

Nõ est caput nequius super caput colubri, & non est ira super iram mulieris. Cõmorari leoni & draconi placebit, quã habitare cum *Ibidem.*

muliere nequā. Nequitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcabit vultum suum tanquam vrsus, & quasi saccum ostendet in medio proximorum. Ingemuit vir eius, & audiens suspirauit modicum.

Ibidem. Breuis omnis malitia super malitiā mulieris, sors peccatorum cadet super illam. Sicut ascensus arenosus, in pedibus veterani: sic mulier linguata homini quieto.

Ibidem. Mulieris ira irreuerētia, & confusio magna. Mulier si primatum habeat, cōtraria est viro suo. Cor humile & facies tristis, & plaga mortis, mulier nequam.

26 Dolor cordis, & luctus, mulier zelotypa. In muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus communicans.

Colos 3. Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet (in Domino.

Proximum incendit lasciuo affectu.

Prou. 11. Quod monile aureum est in rictu porci, id est mulier pulchra, & fatua.

Procaci affatu.

5 Ne intenderis fallaciæ mulieris: fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius Nouissima autem illius amara, vt absynthium: & lingua eius acuta, quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrant. Per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. Longè fac ab ea viam tuā, & ne appropinques foribus domus eius.

7 Dic sapientiæ, soror mea es, & prudentiam voca

voca amicam tuam, vt custodiant te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit.

De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi iuuenem, & video paruulos. Considero vecordem iuuenem, qui transit per plateas iuxta angulum, & prope viam domus illius graditur in obscuro, aduesperascente die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce, occurrit illi mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula & vaga. Apprehensúmque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur. *Ibidem.*

Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit eum. Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens & ignorans, & nescit quòd ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quód de periculo animæ illius agitur. *Ibidem.*

Mulier stulta, & clamosa, plenaq́, illecebris, & nihil omnino sciens, sedet in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes itinere suo. 9

Quis est paruulus, declinet ad me. Aquę furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. *Ibidem.*

Qui enim applicabitur illi, descendit ad inferos.

Petulanti gestu.

Si habuerint inter se iurgiũ viri duo, & vnus *Deut. 25*

contra alterum rixari cœperit, volensque
vxor alterius eruere virum suum de manu
fortioris, miseritq; manum suã & apprehẽ-
derit verenda eius, abscindes manũ illius,
nec flectêris super illam vlla misericordia.

Eccli.7. Inueni amariorem morte mulierem, quę laqueus venatorum est, & sagena cor illius. Vincula sunt manus illius.

25 Manus debiles, & genua dissoluta mulier, quæ non beatificat virum suum.

26 Sicut bonum iugum, quod mouetur; ita & mulier nequam. Qui tenet illam quasi qui apprehendit scorpionem. Mulier ebriosa, ira magna, & contumelia, & turpitudo illius non tegetur.

36 Omnem in sculum excipiet mulier. *Multa inuenies in tit.* Fornicatio.

Domum destruit.

Prou.14. Sapiens mulier ædificauit domũ suam; insipiens extructam quoq; manibus destruet.

29 Vir qui amat sapientiam, lætificat patrẽ suũ: qui autẽ nutrit scortũ, perdit animã suam.

Mulier mala summè cauenda.

6 Quia mãdatum lucerna est. Vt custodiat te à muliere mala, & à blãda lingua extraneæ. Non cõcupiscat, &c. *Vide* Concupiscentia.

6 Nunquid potest, &c. *Vide* Adulterium.

22 Os scorti profundus est hiatus, in quem cadet, cui Dominus irascitur.

31 Ne dederis mulieribus substantiam tuam.

Eccli.19 Vinum & mulieres, &c. *Vide* Ebrietas.

1.Cor.7. Bonum est homini mulierem non tangere.

Ado-

Adolescentiores autem viduas deuita. *1.Tim.5.*
Solicitè custodienda.
Vxorem ex sentẽtia nactus, ne repudies: nec *Eccls.7.*
te permittas odiosæ.
Non mulieri potestatem animæ tuæ, ne in- 9
grediatur in virtute tua, & confundaris.
Non des aquæ tuæ exitum, nec modicũ: nec 25
mulieri nequam veniam prodeũdi. Si non
ambulauerit ad manum tuam, cõfundit te
in conspectu inimicorum. A carnibus tuis
abscinde eam, nec semper te abutatur.
Super mulierem nequam bonũ est signum. 42
Super filiam, &c. *Vide* Filius.
Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi clau- *Mich.7.*
stra oris tui.

MVNDI AMICITIA A DEO AVERTIT.

Filij hominum vsquequo graui corde, vt *Psal.4.*
quid diligitis vanitatem, & quæritis
mendacium?
Odisti obseruantes vanitates superuacuè. 30
Quoniam Deus dissipabit ossa eorũ, qui ho- 52
minibus placent.
Leuate in cælũ oculos vestros, & videte sub *Esa.51.*
terra deorsum: quia cæli sicut fumus lique-
scent, & terra, sicut vestimentum, atteretur;
& habitatores eius, sicut hęc interibunt. Sa-
lus autem mea in sempiternum erit.
Væ cùm benedixerint vobis omnes homi- *Luc.6.*
nes: secundum hæc enim faciebant prophe-
tis patres eorum.
Et ego rogabo patrem, & alium paracletum *Ioan.14.*

dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus nõ potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.

Ioan.15. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

2.Tim.2. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit.

Iacob.4. Adulteri nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei? Quicunq; ergo voluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur.

1.Ioan.2. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundũ, non est charitas Patris in eo.

Lætitia modum peruertit.

1.Cor.7. Qui vtuntur hoc mundo, tanquã non vtantur: præterit enim figura huius mundi.

1.Ioan.2. Mundus transit, & concupiscentia eius.

3 Propter hoc mundus nõ nouit vos, quia non nouit eum.

Mundi malitiam fides subuertit.

2.Pet.1. Qui vocauit nos propria gloria & virtute per quem maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.

1.Ioan.2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est.

5 Omne quod natũ est ex Deo, vincit mundũ.

Quis

Quis est autem, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei?

MVNDICIA VERA FIRMITER IMPERATVR.

Nolite contaminare animas vestras. *Leuit.11.*
Docebitis ergo filios Israël vt caueant *15*
immundicias, & non moriantur in sordibus suis.

Perfectus eris, & absq; macula cũ Deo tuo. *Deut.18.*

Lauamini, mundi estote. *Esa.1.*

Laua à malitia, &c. *Vide* Cogitatio. *Ierem 4.*

Propter quod exite de medio eorũ, & separamini, dicit Dominus, & in mundũ ne tetigeritis: & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias. *2.Cor.6.*

Feliciter remuneratur.

Saluabitur innocens saluabitur autem mũdicia manuum suarum. *Iob 22.*

Et ero immaculatus cũ eo. Et retribuet mihi Dominus secundum innocentiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. *Psal.17.*

Quis ascendet in montem Domini? Innocẽs manibus & mundo corde. *23*

Nouit Dominus dies immaculatorum. Non confundentur in tempore malo, & in tempore famis saturabuntur. *36*

Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia. *83*

Beati immaculati in via. *118*

Fiat cor meum immaculatum. *Ibidem.*

Peruersa via viri aliena est à Deo: mundi autem *1 rom.21*

tem opus rectum.

Prou.22 Rex amicus eius est, qui diligit cordis mundiciam, & gratiam labiorum.

Matt.5. Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Ephes.1. Sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

2.Tim.2. Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.

Apoc.7. Hi sunt, qui venerũt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni, ideo sunt ante thronum Dei.

22 Beati qui lauãt stolas suas in sanguine agni.

Originaliter à Deo datur.

Iob 4. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut fauore suo purior erit vir?

9 Si lotus fuero quasi aquis niuis, & *fulserint* velut mundissimæ manus meæ, tamẽ sordibus intinges me.

14 Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nónne tu qui solus es?

15 Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius.

Eccli.34. Ab immundo quid mundabitur, & à mẽdace quid verum dicetur?

Esa.4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalẽ lauerit de medio eius,

eius, in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. *Ierem. 33*

Et conuertam conuerſionẽ Iuda, & emundabo illos ab omni iniquitate ſua qua peccauerunt mihi, & propitius ero cũctis iniquitatibus eorum.

Et laui te aqua, & emundaui ſanguinẽ tuum ex te, & vnxi te oleo. *Ezech. 16*

Multo labore ſudatũ eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem immundicia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis. 24
Sed nec mundaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam in te.

Et hæc aliquando quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis: ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. *1. Cor. 6.*

Has ergo habentes promiſſiones chariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus, perficiẽtes ſanctificationem in timore Dei. *2. Cor. 7.*

Non enim vocauit nos Deus in in immunditiam, ſed in ſanctificationem. *1. Theſ. 4.*

Qui cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuæ, purgationem peccatorum faciẽs, ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. *Hebr. 1.*

Si enim ſanguis hircorũ & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctũ ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo, emun- 9

dabit

dabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti?

Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris, in ſanguine ſuo.

Mundicia ficta acriter reprobatur.

Matt. 15 Audite & intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

23 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia mundatis, quod déforis eſt calicis, & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina & immundicia. Phariſæe cæce, mũda prius, quod intus eſt calicis & paropſidis, vt fiat & id quod déforis eſt mundum.

Marc. 7. Phariſæi enim, & omnes Iudæi, niſi crebrò lauerint manus, non manducant, tenentes traditionem ſeniorum, & à foro venientes, niſi baptizentur, non comedunt. Et alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum, & vrceorum & *æramentorum*, & lectorum.

Luc. 11. Nunc vos Phariſæi, quod déforis eſt calicis, & catini mundatis; quod autẽ intus eſt veſtrum, plenum eſt rapina & iniquitate. Veruntamen, quod ſupereſt, date eleëmoſynam, & ecce, omnia munda ſunt vobis.

MVNERA.

Eccli. 29. DOnec accipiant, oſculãtur manus dantis, & in promiſſionibus ſuis humiliãt voces ſuas, in tempore retributionis poſtulabunt tempus.

41 Cùm dederis, ne improperes.

Vbi

Vbi manus multę sunt, claude, & quodcunq; 42
trades, numera & appende. Datum verò & acceptum, omne describe. *Vide* Dona, & Iudicium humanum.

MVRMVRATIO.

QVoniam auris zeli audit omnia; & tumult⁹ murmurationum non abscondetur. *Sap. 1.*

Quid murmurauit homo, &c. *Vide* Cõuersio. *Thre. 3.*

Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. *1. Cor. 10*

Omnia autẽ facite sine murmurationibus, & hæsitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ. *Phil. 2.*

MVTATIO FRVCTVOSA.

SI vnus de fratribus tuis, qui morantur intra portas ciuitatis tuæ, in terra, quã Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatẽ deuenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, sed aperies eã pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris. *Deut. 15.*

Volenti mutuare à te, ne auertaris. *Matt. 5.*

Si mutuũ dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa. *Luc. 6.*

Periculosa.

Mutuabitur peccator, & non soluet. *Psal. 36.*

Et

Prou.22 Et qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis. *Vide* Fœneratio.

NEGOTIATIONIS CORPORALIS PERICVLOSITAS.

Eccli.26. DVæ species difficiles, & periculosæ mihi apparuerunt. Difficile exuitur negotians à negligentia, & nõ iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

27 Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur; sic inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatis.

Ezech.28 In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam.

Æquitas.

Prou.20. Malum est, malum est, dicit omnis emptor; & cùm recesserit, tunc gloriabitur.

1.Thes.4. Et ne quis superegrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum.

NOMINIS DEI INVOCATIO FRVCTVOSA.

Prou.18. TVrris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur.

Eccli.13. Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua.

Esa.43. Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. Et omnem, qui inuocat nomẽ meum, in gloriam meã creaui eum, formaui eum, & feci eum.

64 Et cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui inuocet nomen tuum, qui con-

consurgat,& teneat te.

Tu autē in nobis es Domine, & nomē tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. *Ierem.14*

Et erit: omnis qui inuocauerit nomen Domini,saluus erit. *Ioel.2. & Act.2.*

Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum. *Ionæ 1.*

Ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnū est nomen Domini in Gētibus,& in omni loco offertur nomini meo oblatio munda. *Mala.1.*

Nam idem Dominus omniū, diues in omnes,qui inuocant illum. *Rom.10.*

Infructuosa.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine,intrabit in regnum cælorum:sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. *Mat.7.*

Et discedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini. *2.Tim.2.*

Nominis Dei frequentatio periculosa.

Non vsurpabis nomen Dei tui frustrà. *Deut.5.*

Nominatio verò Dei,&c. *Vide* Iuramētum. *Eccli.23.*

Sicut ceruus crebrò vapulans nō leuatur vibicibus:ita qui deierat,& nomē Dei assiduè vsurpat,culpa non vacabit. *Ibidem.*

NOVISSIMORVM MEMO-*ria à malo reuocat.*

SI annis multis,&c. *Vide* Gaudium. *Eccle.11.*

In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua,& in æternum non peccabis. *Eccli.7.*

Memēto nouissimorum,& desine inimicari. *28*

Ad

Ad bonum incitat.

Eccli. 11. In die bonorũ ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum, quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuiq; secundum vias suas.

18 Memento iræ in die consummationis, & tẽpus retributionis in conuersatione facies.

38 Ne dederis in tristitiam cor tuum, sed repelle eam à te, & memento nouissimorum.

Ibidem. Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuũ. Mihi heri, & tibi hodie.

Esa. 47. Non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui.

NVNCIVS BONVS.

Prou. 13. Legatus autem fidelis sanitas.

25 Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit illum, animã ipsius requiescere facit.

Ibidem. Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius bonus de terra longinqua.

Malus.

Prou. 10. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis: sic piger his, qui miserunt eum.

13 Nuncius impij cadet in malum.

26 Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuncium stultum.

OBEDIENDVM DEO CELERITER.

Luc. 6. Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico?

Integraliter.

Exod. 24. Omnia, quæ locutus est Dominus, faciemus,

mus,& erimus obedientes.

Custodi pedem tuum ingrediens domũ Dei, & appropinqua, vt audias: multò enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali. *Eccle.4.*

Perseueranter.

Quod cùm audisset Domin⁹, ait ad me: Audiui vocẽ verborum populi huius, quæ locuti sunt tibi. Bene omnia sunt locuti. Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata in omni tempore, vt bene sit eis, & filiis eorum? *Deut.5.*

Hilariter ob mali deuitationem.

Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & nõ potius vt obediatur nomini Domini? Melior est enim obediẽtia, quàm victimæ, & auscultare magis, quàm offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. *1.Reg.15*

Quia vocaui & renuistis, extendi manum meam, & nõ fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cùm vobis id quod timebatis aduenerit. *Prou.1.*

Quòd si nolueritis, & me ad iracundiã prouocaueritis, gladius deuorabit vos. *Esa.1.*

Nunquid nõ recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? *Ierem.35*

Boni consecutionem.

En propono in conspectu vestro hodie bene- *Deut.11.*

 dictio-

dictionem, & maledictionem. Benedictionem, si obedieritis mandatis Dei vestri; maledictionem, si non audieritis.

Prou.1. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

3 Custodi legem meam, atq; consiliũ meum: & erit vita animæ tuæ.

15 Mens iusti meditabitur obedientiam.

Esa.1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.

55 Audite audientes me, & comedite bonum. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum.

Obediendum homini humiliter sine murmuratione.

Deut.17. Et facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorum.

Mat.23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite; secundum opera verò illorum nolite facere.

Rom.13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo. Quę autem sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt. Itaque qui resistunt potestati, Dei ordinationi resistunt. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

Reuerenter sine despectione.

Quòd si quis nõ obedierit verbo nostro, per epistolam hunc notate: neque commercium habeatis cum illo, vt pudore suffundatur: neque velut inimicum habeatis: sed admonete vt fratrem. 2.Thes. 3.

Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gemẽtes. Hoc enim non expedit vobis. Hebr. 13.

Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ, propter Deum: siue regi quasi præcellenti, siue ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. 1.Pet. 2.

Vtiliter sine Dei offensione.

Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem nõ timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malefeceris, time. Nõ enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malè agit. Ideóque necessitati subditi estote, non solùm propter iram, sed & propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. Rom. 13.

Itaq; charissimi mei, sicut semper obedistis, non in præsentia mei tantùm, sed multò magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini. Phil. 2.

Admone illos principibus, & potestatibus Tit. 3.

subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.

OCCISIO HOMINIS IVRIDICA.

Deut.17. IN ore duorum aut trium testium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur, vno contra se dicente testimonium. Manus testium prima interficiet eum, & manus reliqua populi extrema mittetur, vt auferas malum de medio tui.

Fortuita.

Num.35. Quòd si fortuitũ, & absq; odio, & inimicitiis quicquam horũ fecerit, (occiderit ferro, aut ligno, aut lapide,) & hoc audiente populo fuerit comprobatũ, atq; inter percussore, & propinquũ sanguinis quæstio ventilata, liberabitur innocens de vltoris manu.

Deut.19. Qui percusserit proximum suum nesciens, & qui heri & nudiustertius nullum contra eum odiũ habuisse comprobatur, sed abiisse cũ eo in syluam, ad ligna cædẽda, & in succisione lignorum securis manu elapsa amicum eius occiderit: hic ad vnam supradictarum vrbium fugiet, & viuet.

OCIVM VITIA NVTRIT.

Eccli.33. MVltam enim malitiã docuit ociositas.
Ezech.16 Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundãtia, & ocium ipsius, & filiarum eius, & manum egeno, & pauperi non porrigebant. & eleuatæ sunt, & fecerũt abominationes coram me, & abstuli eas.

Cùm

Cùm autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici. *Matt.13*

Ociosas viduas deuita, quià discunt circumire domos: Imò & non solum ociosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. *1.Tim.5.*

OCVLVS SPIRITVALIS BONVS.

LVcerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. *Matt.6.*

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. *Luc.11.*

Malus.

Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantę erunt? Vide ergo ne lumē quod in te est, tenebræ sint. *Matt.6. & Luc.11.*

Oculi corporalis visus.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem. *Psal.118*

Oculi tui recta videant, & palpebræ tuę pręcedant gressus tuos. *Prou.4.*

Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. *Eccle 2.*

Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. *6*

11 Dulce lumen & delectabile est oculis videre solem.

Eccli.40. Venustatem & pulchritudinem desiderabit oculus tuus,& super hæc virides sationes.

Abusus.

Prou.10. Qui annuit oculo,dabit dolorem.

17 Oculi stultorum in finibus terræ.

21 Exaltatio oculorū, & dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum.

Eccli.31. Memēto quoniā malus est oculus nequam Nequius oculo quid creatum est?

ODIVM SALVTARE PROPTER DEVM.

Psal.96. QVi diligitis Dominum,odite malum.

118 Iniquos odio habui.

Ibidem. Omnem viam iniquam odio habui.

Ibidem. Vidi præuaricantes & tabescebam.

Ibidem. Iniquitatē odio habui,& abominatus sum.

138 Nónne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos.

Prou.8. Timor Domini odit malum,arrogantiam & superbiam & viam prauam.

Eccli.17. Reuertere ad Dominum , & auertere ab iniustitia tua,& nimis odito execrationem.

Amos 5. Odite malum,& diligite bonum.

Matt.10 Qui amat patrem aut matrē plus quàm me, non est me dignus.

Luc.14. Si quis venit ad me, & non odit patrē suum, & matrem,& vxorem,& filios,& fratres, & sorores:adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

Qui

Qui odit animam ſuam in hoc mũdo, in vitam æternam cuſtodit eam. *Ioan. 12.*

Exitiale in ſeipſum.

Qui autem faciunt peccatũ & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ. *Tob. 12.*

Qui autẽ diligit iniquitatẽ, odit animã ſuã. *Pſal. 10.*

OPERATIONIS BONAE ORTVS.

Omnia enim opera noſtra operatus es in nobis. *Eſa. 26.*

Scio Dñe quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. *Ierem. 10*

Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. *Matt. 26*

Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes nõ poteſt ferre fructũ à ſemetipſo, niſi mãſerit in vite: ſic & vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites, qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum. Quia ſine me nihil poteſtis facere. *Ioan. 15*

Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram *Rom. 8.*

Igitur non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei. *9*

Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autẽ incrementum dedit. Itaq; neq; qui plãtat, eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementũ dat Deus. Dei enim ſumus adiutores: Dei agricultura eſtis, Dei ædificatio eſtis. *1. Cor. 3.*

Confidens in hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu. *Phil. 1.*

2 Deus est enim qui operatur & velle & perficere pro bona voluntate.

Modus quo ad intentionem.

Esa.1. Quiescite agere peruersè, discite benefacere.

1.Cor.10 Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite.

Colos.3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agētes Deo & Patri per illum.

Prosecutionem.

Esa.35. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.

Ierem.48 Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.

1.Cor 15. Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere Domini semper, sciētes quòd labor vester non est inanis in Domino.

Galat.6. Bonum autē facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes.

Phil.4. Scio & humiliari, scio & abundare. Omnia possum in eo qui me confortat.

2.Thes.3. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes.

Apoc.22. Et qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc.

Tempus.

Prou.3. Noli prohibere benefacere eum, qui potest, si vales, & ipse benefac.

Eccli.9. Quodcunq; facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia,

pientia, nec ſcientia erunt apud inferos quò tu properas.

Ante mortem benefac amico tuo. Non defrauderis à die bono. *Eccle.14.*

Ante obitum tuum operare iuſtitiam, quoniam non eſt apud inferos inuenire cibum. *Ibidem.*

Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam. *Mat.20.*

Venit nox quando nemo poteſt operari. *Ioan.9.*

Adiuuantes autē exhortamur ne in vacuum gratiā Dei recipiatis: ait enim, Tēpore accepto exaudiuī te, & in die ſalutis adiuui te. *2.Cor.6.*

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes. *Galat.6.*

Fructus iram Dei placat.

Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum in loco iſto. *Ierem.7.*

Qui benefacit, ex Deo eſt. *3.Ioan.*

Proximum ædificat.

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cælis eſt. *Matt.5.*

Tantum autem auditum habebāt, quoniam qui perſequebatur nos aliquando nunc euangelizat fidem, quam aliquādo expugnabat, & in me clarificabant Deum. *Galat.1.*

Præmium præparat.

Et cognoui quòd non eſſet melius niſi lætari, & facere bene in vita ſua. *Eccle.3.*

Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum illo. *Eccli.14.*

Matt.20 Voca operarios, & redde illis mercedem.

Rom.2. Gloria & honor & pax omni operanti bonū.

1.Cor.3. Vnusquisque autem propriam mercedē accipiet, secundum suum laborem.

2.Cor.9. Qui parcè seminat, parcè & metet.

Apoc.14 Beati mortui qui in Domino moriuntur. Opera enim illorum sequuntur illos.

Operationis domesticæ modus.

Eccle.11. Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet.

Eccli.38. Qui tenet aratrum. Omnes ij in manibus suis sperauerunt, & vnusquisque in arte sua sapiens est: sine his omnibus non ædificatur ciuitas.

Fructus.

Prou.12. Qui operatur terrā suā, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.

Eccli.20. Qui operatur terrā suam, inaltabit aceruum frugum.

ORATIO ESSE DEBET FRVCTIfera quo ad vtilium postulationem.

Matt.20 RESpondens autem (filiis Zebedęi) Iesus, dixit: Nescitis quid petatis.

Ioan.16. Amen amē dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Ibidem. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

Rom.8. Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum po-

2.Cor.12 stulat. Paulus orans pro stimuli ablatione audiuit: Sufficit tibi gratia mea.

Gra-

Grata quoad voluntatis subiectionem.

Hinc Saluator:

Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. *Matt. 26*

Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. *Luc. 22.*

Qui in diebus carnis suę preces, supplicationesq́; ad eũ, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. *Hebr. 5.*

Fidei perfectionem.

Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. *Matt. 21 & Mar. 11.*

Si quis autem vestrûm indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Non ergo æstimèt homo ille, quòd accipiat aliquid à Domino. *Iacob. 1.*

Humiliata.

Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. *Iudith 9.*

Subditus esto Domino, & ora eum. *Psal. 36.*

Respexit in orationem humilium. *101*

Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet nõ cõsolabitur, & nõ discedet donec Altissim⁹ aspiciat. *Eccli. 35.*

Deprecationem læsi exaudiet Deus. *Ibidem.*

Propter temetipsum inclina Deus meus aurẽ tuam, & audi. Neq; enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciẽ tuam, sed in miserationibus tuis multis. *Dan. 9.*

Inte-

Integra quo ad affectionem.

Psal.16. Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.

118 Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo.

Ibidem. Clamaui in toto corde, exaudi me Domine.

140 Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

144 Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate.

Eccli.7. Et non iteres verbum in oratione tua.

18 Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum.

Matt.6. Quum oratis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in Synagogis & in angulis platearũ stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedẽ suã.

Ibidem. Orãtes autẽ nolite multũ loqui, sicut Ethnici faciunt: Putãt enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Sic ergo vos orabitis: Pater noster, &c.

23.& Luc.20. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes, propter hoc longius accipietis iudicium.

1.Cor.14. Orabo spiritu, orabo & mente.

Phil.4. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum.

Continuationem.

Eccle.7. Melior est finis orationis, quàm principium.

Eccli.18. Non impediaris orare semper.

Vide-

Videte, vigilate & orate: Nescitis enim quã-do tempus sit. *Mar. 13*
Vigilate omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quę futura sunt, & stare ante Filium hominis. *Luc. 21.*
Sine intermissione orate. *1. Thes. 5.*
Volo ergo viros orare in omni loco leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. *1. Tim. 2.*

Segregationem.

Quum oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio ora Patrẽ in abscõdito, & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. *Matt. 6.*

Oratio Deum inclinat.

Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus ego audiam. *Esa. 65.*
Petite, & dabitur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit Spiritum bonum petentibus se? *Matt. 7. Luc. 11.*
Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam. *Ioan. 14.*

Peccatum purgat.

Respicite filij nationes hominum, & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit eum, & despexit illum? *Eccli. 2.*
Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur. 3

Hostem

Hostem superat spiritualem.

Matt.17 Hoc autem genus non eiicitur nisi per orationem & ieiunium.

26 Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.

Corporalem.

Psal.49. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te.

Orationis exauditionem impedit grauis iniquitas.

Iob 35. Clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum.

Psal.65. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.

Prou.1. Inuocabunt me, & non exaudiam, eò quòd exosam habuerunt disciplinam.

15 Longè est Dominus ab impiis, orationes enim iustorum exaudiet.

21 Qui obturat aurem suam ad clamorē pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur.

28 Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

Eccli.17. Cōuertere ad Dñm & relinque peccata tua: precare ante faciē Dñi, & minue offēdicula.

28 Relinque proximo, &c. *Vide* Dilectio inimicorum.

Esa.1. Et quum extēderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.

59 Ecce non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris ei⁹, vt nō exaudiat: sed iniquitates vestrę diuiserūt inter vos & Deum vestrū, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis,

bis, ne exaudiret. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri inquitate: Labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra fatur iniquitatem. Nō est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè, sed cōfidunt in nihili, & loquuntur vanitates.

Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es. *Thren. 3.*

Opposuisti nubem tibi (peccatorum) ne trāseat oratio. *Ibidem.*

Ergo & ego faciam in furore, non parcet oculus meus, nec miserebor, & quum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos. *Ezech. 8.*

Fili hominis, terra cùm peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricās, extendā manum meā super eā, & conterā virgā panis eius, & interficiam de ea hominem & iumentum. 14.

Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noë Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberabunt animas suas: filium & filiam nō liberabunt. *Ibidem.*

Cùm stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt & Pater vester qui in cęlis est, dimittat vobis peccata vestra. *Marc. 11.*

Petitis & nō accipitis, eò quòd malè petatis; vt in concupiscentiis vestris insumatis. *Iacob. 4.*

Promouet virtualis operatio.

Bona est oratio cum ieiunio. *Tob. 12.*

Clamauerunt iusti, & Dn̄s exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus liberauit eos. *Psal. 33.*

Exorare & facere eleēmosynam ne despicias. *Eccli. 7.*

Cùm.

34 Cùm quod extruit vnus, alter destruit, quid præter laborem redit ad vtrunque? Cùm quod precatur alius, alius deprecatur, vtrius vocem exaudiet Dominus?

Ioan.9. Scimus autem quia peccatores Deus nõ audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.

15 Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis.

2.Tim.2. Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini.

1.Ioan.3. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deũ, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniã mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita, coram eo facimus.

Fraternalis combinatio.

Matt.18. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cælis est.

Orationis suffragium impetrat peccati remissionem.

Leuit.4. Et rogante pro eis sacerdote, propitius eis erit Dominus.

Ibidem. Rogabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius; & dimittetur ei.

Rom.8. Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexterã Dei, qui etiã interpellat pro nobis.

Hebr.7. Vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper uiuens

uens ad interpellandum pro nobis.

Boni consecutionem.

Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Deum, & curabit te. *Eccli.38.*

Fratres voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. *Rom.10.*

Per omnem orationem & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione, pro omnibus Sanctis & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei, cum fiducia notum facere mysteriũ Euangelij. *Ephes.6.*

Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem per vestram orationem. *Phil.1.*

Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes & postulãtes, vt impleamini agnitione volũtatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali, vt ambuletis digne Deo per omnia placentes. *Colos.1.*

Orationi instate, vigilãtes in ea in gratiarum actione, orãtes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquendum mysterium Christi. 4

Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est seruus Iesu Christi, semper solicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei. *Ibidem.*

In quo etiã oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua Deus noster. De cætero fratres orate pro nobis, vt sermo Dei currat, & clarificetur, sicut & apud vos: vt liberemur ab importunis & malis hominib⁹. *2.Thes.1.*

1. Tim. 2. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate cõstituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate.

Periculi euasionem.

Rom. 15. Obsecro ergo vos, fratres, per Dominũ nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum.

PATIENTIAE NECESSITAS.

Psal. 61. VEruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea.

Prou. 14. Impatiens operabitur stultitiam.

25 Patientia lenietur princeps.

Eccle. 2. Væ his qui perdiderunt sustinentiam.

1. Cor. 6. Quare non magis iniuriam accipitis?

Vtilitas Deum placat.

Psal. 9. Patientia pauperum non peribit in finem.

Prou. 20. Ne dicas, reddam malum pro malo. Expecta Dominum, & liberabit te.

Apoc. 3. Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ vẽtura est in orbẽ vniuersum tẽtare habitãtes in terra.

Præmium parat.

Luc. 8. Quod autem in bonam terrã, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbũ retinent, & fructum afferunt in patientia.

Rom. 15. Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

Homi-

Hominem commendat.

Longanimis forti præſtat, & qui animo ſuo imperat, ei qui expugnat vrbes. *Prou. 16.*

Doctrina viri per patientiam noſcitur. 19

Melior eſt patiens arrogante. *Eccle. 7.*

In patiẽtia veſtra poſſidebitis animas veſtras. *Luc. 21.*

Charitas patiens eſt, benigna eſt. *1. Cor. 13.*

Patientia autẽ vobis neceſſaria eſt, vt voluntatẽ Dei faciẽtes, reportetis promiſſionem. *Hebr. 10.*

Patientiæ exemplaria.

Ideo & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, atque in dextera ſedis Dei ſedet. *Hebr. 12.*

Recogitate enim eũ qui talẽ ſuſtinuit à peccatorib⁹ aduerſus ſemetipſum cõtradictionem, vt ne fatigemini, animis veſtris deficientes. *Ibidem.*

Chriſto igitur paſſo. *Vide* Imitatio. *1. Pet. 4.*

Ordinatio quantum ad intentionem.

Qui patiẽs eſt, multa gubernatur ſapientia; qui autẽ impatiens eſt, exaltat ſtultitiã ſuã. *Prou. 14.*

Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, in multa patientia. *2. Cor. 6.*

Continuationem.

Faciens miſericordias Dominus, & iudiciũ omnibus iniuriam patientibus. *Pſal. 102.*

Vſque ad tempus ſuſtinebit patiens. *Eccli. 1.*

Qui timent Dominum, cuſtodiunt mãdata 2

illius: & patientiam habebunt vſque ad inſpectionem illius.

Iacob. 5. Patientes igitur eſtote fratres vſq; ad aduẽtum Domini. Ecce agricola expectat precioſum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & ſerotinum.

Ibidem. Patientes eſtote & vos, & confirmate corda veſtra, quoniam aduentus Domini appropinquabit.

Ibidem. Ecce, iudex ante ianuam aſſiſtit. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, Prophetas, qui locuti ſunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt. Sufferentiam Iob audiſtis, & finem Domini vidiſtis: quoniam miſericors Dominus & miſerator.

PASTOR SVMMVS DEVS, AFfectuosè reuocans errantes.

Ierem. 23 ECce ego cõgregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eieceram eos illuc, & conuertam eos ad rura ſua, & creſcent, & multiplicabuntur, & ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcent eos.

Ezech. 34 Ecce ego ipſe requiram oues meas, & viſitabo eas.

Ibidem. Et educam eas, & inducam eas in terram ſuam, & paſcam in montibus Iſraël.

Ioan. 10. Ego ſum paſtor bonus.

Hebr. 13. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, aptet vos in omni bono, vt faciatis

ciatis eius voluntatem, faciẽs in vobis quod placeat coram se, per Iesum Christum.

Eratis enim vos oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum. *1. Pet. 2.*

Copiosè remunerans obsequentes.

Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo, congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtos ipse portabit. *Esa. 40.*

In pascuis vberrimis pascam eas. *Ezech. 34.*

Quod perierat, requiram; & quod abiectum erat, reducam; & quod confractum fuerat, alligabo; & quod infirmum fuerat, consolidabo; & quod forte & pingue, custodiam, & pascam illas in iudicio. *Ibidem.*

Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis, & ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus. *Ibidem.*

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego nosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. *Ioan. 10.*

Et ego vitam æternam do eis, & non peribũt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. *Ibidem.*

Pastor bonus Deum attendit.

Qui autẽ intrat per ostiũ, pastor est ouium. Et cùm proprias oues emiserit, ante eas vadit; & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. *Ioan. 10.*

Dixit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam: tu scis, 21

quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.

1.Cor.4. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.

Ouibus intendit.

Ierem.3. Et dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina.

Matt.20 Scitis quia principes Gentium dominantur eorum. Non ita erit inter vos, ſed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animã ſuam in redemptionem pro multis.

Ioan.10. Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis.

1.Tim.3. Oportet enim epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.

Tit.1. Oportet enim epiſcopum ſine crimine eſſe.

3 Diſcant autẽ & noſtri bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios: vt non ſint infructuoſi.

Act.20. Attẽdite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus epiſcopos regere Eccleſiã Dei, quã acquiſiuit ſanguine ſuo.

Premium acquirit.

Matt.24 Quis putas eſt fidelis ſeruus & prudẽs, quem cõſtituit Dominus ſuper familiã ſuã, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quem, cùm venerit dominus eius, inuenerit ſic facientẽ. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

1.Pet.5. Seniores ergo qui in vobis ſunt, obſecro, cõſenior & teſtis Chriſti paſſionũ, qui & eius quæ in futuro reuelanda eſt gloriæ cõmunica-

nicator: pascite, qui in vobis est, gregē Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè: secundum Deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.

Et cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. *Ibidem.*

Pastor malus bonum gregem dissipat.

Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me. *Ierem. 2.*

Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus.

Fili hominis, propheta de pastoribus Israël. Væ pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos: nónne greges à pastoribus pascũtur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis; gregem autem meũ non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis; & quod ægrotũ, non sanastis. Quod confractum est, non alligastis; & quod abiectum est, non reduxistis; & quod perierat, non quęsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. *Ezech. 34*

Et dispersæ sunt oues meæ, eò quòd non esset pastor. *Ibidem.*

Nónne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarum vestrarũ cõculcastis pedibus vestris; & cùm purissimã aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbastis, & cornibus vestris ventilabatis *Ibidem.*

 omnia

omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras. Saluabo gregem meum, & non erit vltra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. Propterea hęc dicit Dominus: Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum. Pro eo, quòd lateribus & humeris impingebatis.

Ioan. 10. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.

Ibidem. Mercenarius autem, & qui nõ est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & dispergit oues.

Commodum proprium spectat.

Esa. 56. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam à summo vsque ad nouissimum.

Ezech. 34 Propterea pastores audite verbum Domini. Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo quòd facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omniũ bestiarum agri, eò quòd non esset pastor; neq; enim quæsierũt pastores gregem meum, sed pascebant semetipsos, & greges meos non pascebant.

Ibidem. Ecce ego ipse super pastores requirã gregem meum de manu eorum, & cessare faciam, vt vltrà non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos. Et liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltrà eis in escam, dicit Dominus.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. *Ioan. 10.*

Malum contra se prouocat.

Væ pastoribus qui disperdunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ. Ideo hæc dicit Dominus. Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: Ecce, ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus. *Ierem. 23*

Vlulate pastores & clamate, & aspergite vos cinere optimates gregis, quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini, & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorum, & conticuerũt arua pacis à facie iræ furoris Domini. *25*

Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo. *Zach. 10.*

Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum. Hæc dicit Dominus Deus meus: pasce pecora occisionis, quæ qui possidebant, occidebant; & non dolebant, & vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, diuites facti sumus. Et pastores eorum non parcebant eis. Et ego non parcam vltrà super habitantes terram, dicit Dominus. *11*

Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. O pastor & idolum derelinquens gregem. Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius. *Ibidem.*

PATER NOSTER DEVS SINgularis, benignè filios reuocando.

Psal. 102 Quomodo misereretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se.

Esa. 63. Tu enim pater noster; & Abraham nesciuit nos, & Israël ignorauit nos: Tu Domine pater noster, & redemptor noster, à seculo nomen tuum.

64 Et nũc Domine pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris Domine satis, & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ: ecce, respice populus tuus omnes nos.

Ierem. 3. Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.

Copiosè necessaria prouidendo.

Deut. 23. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit?

Matt. 6. Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.

Honorabilis iustè remunerando.

Malac. 1. Filius honorat patrem, &c. *Vide* Filius.

Matt. 6. Sic ergo vos orabitis: Pater noster, &c.

23 Et patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus est enim Pater vester, qui in cælis est.

Galat. 4. Quoniã estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem, Abba, pater.

Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrē Ephes. 3.
Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis
paternitas in cælis, & in terra nominatur.
Vnus Deus & Pater omnium, qui super om- 4
nes, & per omnia, & in omnibus nobis.

PAVPERES BONI IN SEIPSIS HVMILIANTVR.

Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm qui praua labia habet, & stultus est. Prou. 19

Melior est pauper iustus, quàm vir mendax. Ibidem.

Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus. 28

Pauper propter scientiam & religionē gloriam adipiscitur, & diues ob diuitias suas in honore est. Eccli. 10.

Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & inopiæ, ac penuriæ in die diuitiarū. 18

Scio tribulationem tuā, & paupertatē tuam, sed diues es. Apoc. 2.

Necessariis contentantur.

Noli timere, fili mi: pauperem quidē vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Tob. 4.

Edent pauperes, & saturabuntur. Psal. 21.

Melius est modicum iusto. 36

Pauper, qui sibi laborat, præstat glorioso qui pane indiget. Prou. 12.

Est, qui sese diuitē simulat, cùm tamen omnino nihil habeat: est rursus qui fingit se pauperem, cùm opibus abundet. 13

Melius

Prou. 15. Melius eſt parũ cum timore Domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.

16 Melius eſt parum cum iuſtitia, quàm multi fructus cum iniquitate.

30 Duo rogaui te, ne deneges mihi. Vanitatem, & verbum mendacij longè fac à me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo neceſſaria, ne fortè ſatiatus illiciar ad negãdum, & dicam: quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus fuerer, & periurem nomen Dei mei.

Eccle. 4. Melior eſt puer pauper & ſapiens rege ſene & ſtulto, qui neſcit præuidere in poſterum.

Eccli. 29. Summa vitæ humanæ eſt aqua, cibus & veſtitus, & domus protegens turpitudinem.

39 Initium neceſſariæ rei vitæ aqua, ignis, ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus vuæ, oleum, & veſtimentum.

40 Vita cibi ſufficientis operarij condulcabitur.

1. Tim. 6. Nihil enim intulimus in hunc mundũ: haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus.

A bonis ſuſtentantur.

Deut. 15. Et omnino indigens, & mendicus non erit inter vos.

Ibidem. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi, vt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum verſatur in terra.

Pſal. 106. Et adiuuit pauperem de inopia.

Prou. 29. Nouit iuſtus cauſam pauperum.

Eccle. 4. Congregationi pauperũ affabilem te facito.

1. Cor. 16. De collectis autem, quæ fiunt in Sanctos, ſicut

cut ordinaui in Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.

Notam autẽ facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ. 2. Cor. 8.

Si enim voluntas prompta est, secundum id, quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet. Nõ enim vt aliis sit remissio, vobis autẽ tribulatio: sed ex æqualitate. In præsenti tempore vestra abũdantia illorum inopiam suppleat, vt & illorum abundantia, vestræ inopiæ sit supplementum. Ibidem.

Tantùm vt pauperum memores essemus. Galat. 2.

A Deo remunerantur.

Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Psal. 67.

Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius, & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Eccle. 11.

Confide in Deo, & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei subitò honestare pauperem. Ibidem.

Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent. Quia Dominus fundauit Sion, & in ipso sperabũt pauperes populi eius. Esa. 14.

Et addent mites in Domino lætitiã, & pauperes homines in sancto Israël exultabunt. 29

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Matt. 5.

Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ 19 habes,

habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me.

Ibidem. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrē, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

Mar. 10. Amē dico vobis, nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut patrem, aut agros propter me, & Euangelium; qui non accipiat centies tantum nunc in hoc tempore, & in seculo futuro vitam æternam.

Luc. 16. Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.

18 Amē dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut parentes, propter regnum Dei, & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in seculo futuro vitam æternam.

De malis illatis vindicantur.

Exod. 22. Aduenam non contristabis. Viduæ & pupillo non nocebitis.

23 Peregrino molestus non eris.

2. Reg. 22 Et populum pauperem saluum facies.

Iob 5. Porrò saluum faciet egenū à gladio oris eorum, & pauperem de manu violenti.

36 Eripiet de angustia sua pauperem.

Psal. 9. Quoniam non in finē obliuio erit pauperis.

Ibidem. Tibi derelictus est pauper.

11 Propter miseriā inopū & gemitū pauperum.

24 Respice in me, & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego.

139 Cognoui, quia faciet Dñs iudicium inopis.

Qui

Qui calumniatur egentem, exprobrat facto- *Prou.14.*
ri eius.
Qui despicit pauperem, probro afficit facto- 17
rem eius.
Diues & pauper obuiarunt sibi; vtriusq; ope- 22
rator est Dominus.
Non facies violentiam pauperi, quia pau- *Ibidem.*
per est, neq; cōteras egenum in porta, quia
iudicabit Dominus causam eius, & confi-
get eos, qui confixerunt animam eius.
Deprecatio pauperis ex ore vsque ad aures *Eccli. 21.*
eius perueniet, & iudicium illius festinatò
adueniet.
Panis egentium, vita pauperis est; qui de- 34
fraudat illum, homo sanguinis est. Qui au-
fert in sudore panem, quasi qui occidit pro-
ximum suum.
Non accipiet Dominus personam in paupe- 35
rem, & deprecationem læsi exaudiet.
Non despicies preces pupilli, nec viduā si ef- *Ibidem.*
fundat loquelam gemitus. Nónne lachry-
mæ viduæ ad maxillam descendunt, & ex-
clamatio eius super deducentem eas? A ma-
xilla enim ascendūt vsq; ad cælum, & Do-
minus exauditor non delectabitur in illis.
Quia factus es fortitudo pauperi, in tribula- *Esa. 25.*
tione sua.
Egeni & pauperes, quærunt aquas, & non 41
sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus
exaudiam eos.
Super tribus sceleribus Israël, & super qua- *Amos 2.*
tuor non conuertā eum, pro eo quód vēdi-
derit

derit pro argento iuſtum, & pauperem pro
calceamentis.

4 Audite verbum hoc, vaccæ pingues, qui eſtis
in monte Samariæ, qui calumniam facitis
egenis, & confringitis pauperes. Quæ dici-
tis dominis veſtris, afferte & bibemus: Iu-
rauit Dominus Deus in ſancto ſuo, quia
ecce dies venient ſuper vos.

A malis hominibus abominantur.

Prou. 14. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit.
18 Cum obſecrationibus loquetur pauper: &
diues affabitur rigidè.
19 Fratres hominis pauperis oderunt eum, in-
ſuper & amici procul receſſerunt ab eo.
28 Sapiens ſibi videtur vir diues: pauper autem
prudens ſcrutabitur eum.

Eccli. 13. Diues iniuſtè egit, & fremet; pauper autem
læſus tacebit.

Iacob. 2. Nónne Deus elegit pauperes in hoc mun-
do, diuites in fide, & hæredes regni quod
repromiſit Deus diligentibus ſe?

Pauperes mali impatientia agitantur.

Prou. 15 Omnes dies pauperis mali.
28 Vir pauper calumnians pauperes, ſimilis eſt
imbri vehementi, in quo paratur fames.

Eccli. 13. Et nequiſſima paupertas in ore impij.
25 Tres ſpecies odiuit anima mea: Pauperem
ſuperbum, & diuitem mendacem, & ſenem
fatuum & inſenſatum.

PAX SEMPITERNA.

Pſal. 4. IN pace in idipſum, dormiã & requieſcam.
Sap. 3. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. Viſi
ſunt

ſunt oculis inſipientium mori.

Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. *Eſa.32.*

Pax ſuperna erga Deum per paſſionem Chriſti nobis prouenit.

Omnia autē ex Deo, qui nos recōciliauit ſibi per Chriſtum, & dedit nobis miniſterium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. *2.Cor.5.*

Nunc autem in Chriſto Ieſu, vos qui longè eratis aliquando, facti eſtis propè in ſanguine Chriſti. Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. *Epheſ 2.*

Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis, & pacem his qui propè: quoniam per ipſum acceſſum habemus ambo in vno Spiritu ad Patrem. *Ibidem.*

Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipſo, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt. *Coloſ.1.*

Verbum miſit Deus filiis Iſraël, annuntians pacem per Ieſum Chriſtum, hic eſt omnium Dominus. *Act.10.*

Exigit à nobis humilem ſubiectionem.

Quis reſtitit ei, & pacem habuit? *Iob 9.*

Nōnne Deo ſubiecta erit anima mea? *Pſal.61.*

In quamcunque domū intraueritis, primùm dicite: Pax huic domui, & ſiquidem fuerit ibi filius pacis, requieſcet ſuper illum pax *Luc.10.*

vestra; sin autem, ad vos reuertetur.

Iugem obeditionem.

Ezech. 37 Et percutiam illis fœdus pacis. Pactũ sempiternũ erit eis. Et erit tabernaculũ meum in eis, & ero eis Deus, & erunt mihi populus.

Malac. 2. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, & dedit ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat.

Luc. 2. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Liberalem dilectionem.

Ierem. 29 Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam: & inuocabitis me, & viuetis, & orabitis me, & exaudiam vos; quæretis me & inuenietis, cùm quæsieritis me in toto corde vestro.

Ioan. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meã do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis.

16 Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis.

Acquirit magnam remunerationem.

Iob 22. Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos.

Zach. 9. Et loquetur pacem gentibus.

Phil. 4. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras, in Christo Iesu.

Colos. 3. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore.

Pax interna peccatum excludit.

Prou. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium.

Non

Non est pax impiis, dicit Dominus. *Esa.* 48.

Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longè est, & qui propè est, dixit Dominus, & sanaui eum. 57

Pax æterna bona, vel vera à Deo præstatur.

Et ponam locum populo meo Israël, & plantabo eum, & habitabo cum eo; & non turbabitur amplius; & non addent filij iniquitatis vt affligant eum sicut prius. *2. Reg.* 7.

Aedificemus ciuitates istas, eò quòd quæsierimus Dominum Deum patrum nostrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. *2. Pa.* 14.

Ipso enim concedente pacem, quis est qui contemnet? *Iob* 34.

Seruabis pacẽ, pacem, quia in te sperauimus. *Esa.* 26.

Domine dabis pacem nobis. *Ibidem.*

Ego Dominus & non est alter: formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. 45

Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset sicut flumen pax tua. 48

Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. *Bar.* 3.

Et faciam cum eis pactum pacis. *Ezech.* 34

Ipse autẽ Deus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. *2. Thes.* 3.

Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum, datum est ei, vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus. *Apoc.* 6.

In bonis confirmatur.

Pax multa diligentibus legem tuam. *Psal.* 118

119 Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus
121 Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.
Eccli.41. Disciplinam in pace conseruate filij.
Esa.32. Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum.
39 Fiat tantùm pax (ait Ezechias rex ad Esaiã & veritas in diebus meis.
Mar.9. Pacem habete inter vos.
Rom.12. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.
14 Itaque quæ pacis sunt sectemur.
1.Cor.7. In pace autem vocauit nos Deus.
14 Non enim est Deus dissensionis, sed pacis.
2.Cor.13 Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.
Hebr.12. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.
Act.4. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.

Summè commendatur.

Psal.36. Custodi innocentiam, & vide æquitatẽ, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.
Prou.17. Melior est buccella sicca cum gaudio.
Ierem.29 Et quærite pacem ciuitatis ad quã transmigrare vos feci, & orate pro ea ad Deũ, quia in pace illius erit pax vobis.
Matt.5. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabũtur. (Vnde iniunxit discipulis vt ciuitatem vel domum ingredientes salutationẽ pacis offerrent.) Intrantes autem in domum salutate eam, dicentes: Pax huic domui.
10

Pax

Pax ficta malum proximo machinatur.

Ne simul tradas me cum peccatoribus. *Psal. 27.*

Qui loquuntur pacem cũ proximo suo, mala autem in cordibus eorum, da illis secundum opera eorum.

Sagitta vulnerãs lingua eorũ, pacem cũ amico suo loquitur, & occultè ponit insidias. *Ierem 9.*

Pax praua in malo copulatur.

Quia zelaui super iniquos, pacẽ peccatorum videns. *Psal. 72.*

Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint: Veni nobiscũ, insidiemur sanguini, abscõditi latitemus cõtra insontẽ absq; causa, deglutiamus eũ sicut infernus viuentẽ, & integrũ quasi descendẽtem in lacũ, omnẽ pretiosam substantiã reperiemus, implebimus domos nostras spoliis, sortẽ mitte nobiscũ, marsupiũ vnum sit omnium nostrũ. Fili mi ne ambules cũ eis, pedes enim eorũ ad malum currunt, & festinant vt effundãt sanguinẽ. (Sic Herodes & Pilatus in morte Dñi amici facti sunt.) Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die, nam antè inimici erãt adinuicem. *Prou. 1.* *Luc. 23.*

A Deo reprobatur.

Ne fortè sit inter vos vir aut mulier cuius cor se auertat hodie à Domino Deo nostro. Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cordis mei, & assumat ebria sitientem, & Dominus non ignoscat ei. *Deut. 29.*

Nolite arbitrari, quia pacẽ venerim mittere in terram. Nõ veni pacem mittere, sed gla- *Matt. 10 & Luc. 12.*

 dium.

dium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiã aduerſus matrem ſuam. & nurum aduerſus ſocrũ ſuam, & inimici hominis domeſtici eius.

PECCATVM ORIGINALE.

Vnde originatur.

Pſal. 50. ECce enim in iniquitatib⁹ cõceptus ſum.
Rom. 5. 12 Propterea ſicut per vnũ hominem peccatum in hunc mundum intrauit.

Malum operatur.

Gene. 8. Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem: eò quòd ſenſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſint ab adoleſcentia ſua.

Sap. 12. Semen enim erat maledictum ab initio.

Ecli. 17. Aut quid nequius, quàm quod excogitauit caro & ſanguis?

Eſa. 64. Et facti ſum⁹ vt immũdi omnes nos: & quaſi pannus mẽſtruatæ vniuerſæ iuſtitiç noſtrç.

Rom. 7. Scimus enim, quia lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, venundatus ſum peccato.

Galat. 5. Caro enim concupiſcit aduerſum Spiritum: Spiritus autem aduerſus carnem.

Gratia curatur.

Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi.

Rom. 5. Si enim vni⁹ delicto multi mortui ſunt: multò magis gratia Dei & donũ in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti, in plures abundauit.

6 Quòd enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel.

7 Infelix ego homo, quis liberabit me de corpore mortis huius? Gratia Dei per Chriſtũ.

Sed

Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. *Galat.3.*

Peccatum actuale multipliciter agitur. Infirmitate.

Quanto magis hi qui habitāt domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea? *Iob 4.*

Ipse autē est misericors, & propitius fiet peccatis eorū. Et recordatus est, quia caro sunt. *Psal.77.*

Quomodo miseretur pater filiorum. Recordatus est, quoniam puluis sumus. *102.*

Corpus enim quod corrūpitur, aggrauat animam. *Sap.9.*

Ignorantia.

Quòd si per ignorantiam pręterieritis quicquam horum quæ locutus est Dominus, offeretis vitulum de armento. Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam. *Num.15.*

Pater dimitte illis, nō enim sciūt quid faciūt. *Luc.23.*

Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei cōsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. *1.Tim.1.*

Malitia.

Anima verò quæ per superbiam aliquid cōmiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus, quoniam aduersus Dominum rebelis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum. *Num.15*

Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. *Iob 15.*

Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem, *Psal.7.*

& peperit iniquitatem.
Prou. 2. Qui relinquūt iter rectū, & ambulāt per vias tenebrosas: qui lætantur cùm malefecerint.
Eccle. 11. Error & tenebræ peccatoribus cōcreata sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo.
20 Est qui vetatur peccare præ inopia.
Esa. 3. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala.
5 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculū plaustri, peccatum. Væ qui dicitis bonum malum.
59 Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidum ruperūt, & telas aranearum texuerunt. Qui comederit de ouis eorum, morietur.
Ierem. 9. Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt.

Miserabiliter operatur Deum offendendo.

Deut. 32. Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est.
1. Reg. 2. Si peccauerit vir in virum (ait Heli filiis suis) placari ei potest Deus: si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo?
Psal. 5. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus.
Ibidem. Odisti omnes qui operantur iniquitatem.
49 Existimasti iniquè, quòd ero tui similis.
118 Longè à peccatoribus salus.
Eccli. 5. Ne sequaris in fortitudine tua cōcupiscentiā cordis

cordis tui. Deus enim vindicās vindicabit.
Ne dixeris: Peccaui, & quid mihi accidit tri- *Ibidem.*
stè? Altissimus enim est patiēs redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adiicias peccatum super peccatum. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant.
Noli facere mala, & non te apprehendent. 7
Initium superbiæ hominis defectio à Deo, 10
quoniā ab eo qui fecit illū, recessit cor eius, quoniam initium omnis peccati superbia.
Et dixit illis: Attendite ab omni iniquo. 17
Scito & vide, quia malum & amarum est, re- *Ierem. 2.*
liquisse te Dominū Deum tuum, & nō esse timorē eius apud te, dicit Dominus Deus.
Nunquid me ad iracundiam prouocant, di- 7
cit Dominus: nónne semetipsos in confusionem vultus sui?
Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, & 17
vngue adamantino exaratum super latitudinem cordis eorum.
Si fecerit malum in oculis meis, vt nō audiat 18
vocem meam, pœnitentiā agam super bono quod locutus sum vt facerem ei.
Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & ad *Abac. 1.*
iniquitatem respicere non poteris.
Qui facit peccatum, ex diabolo est. *1. Ioan. 3.*

Affectum deflectendo.

Non est sanitas in carne mea à facie irę tuę. *Psal. 37.*
Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt *Ibidem.*
caput meum.
Vir peccator adiiciet ad peccandum. *Eccli. 3.*
Nō est enim ei bene qui assiduꝰ est in malis. 12

23 Duo genera abundāt in peccatis: Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat: & homo scortator, qui corpore carnis suæ non conquiescit, donec ignem succenderit.
27 Ira & furor, &c.
Rom. 1. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.

Meritum impediendo.

Eccle. 9. Et qui in vno peccauerit, multa bona perdet.
Eccli. 30. Quid proderit libatio idolo? Nec enim mãducabit nec odorabitur. Sic qui effugatur à Domino, & portans mercedes iniquitatis. Videns oculis & ingemiscens, sicut spado complectens virginem & suspirans.
Esa. 59. Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat: sed iniquitates, & peccata vestra absconderunt vultum eius à vobis, ne exaudiat.
Ezech. 18 Si aũt auerterit se iustus à iustitia sua: omnes iustitiæ eius, quas fecerat, nõ recordabuntur.
33 Iustitia iusti non liberabit eum, in quacunq; die peccauerit. Et iustus non poterit viuere in iustitia sua, in quacunque die peccauerit. Etiam si dixero iusto, quòd vita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur.
Ibidem. Cùm enim recesserit iustus à iustitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis.
Ioan. 3. Et omnis qui peccat, non videt eum.

Salu-

Salubriter & si difficulter plenè vitatur.

Nónne si bene egeris, recipies? sin aūt malè, statim in foribus peccatum tuum aderit? *Gene.4.*
Nequaquam vltra maledicam terræ. 8
Non est enim homo qui non peccet. *3.Reg.8.*
Qui fodit foueam, incidet in eam. *Prou.26.*
Non est enim homo iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet. *Eccle.7.*
Et qui amat periculum, peribit in illo. *Eccli.3.*
Quis miserebitur incantatori à serpēte percusso? 12
Qui contrectat picem, contaminatur ab ea. 13
Fili peccasti, ne adiicias iterum, sed & de pristinis deprecare vt dimittantur tibi. Tanquam à conspectu serpentis fuge peccatū: nam si accesseris, mordebit te. Dentes leonini sunt dentes ipsius, interficientes animas hominū. Quasi romphęa bis acuta hominis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. 21
In vanitate sua apprehendetur peccator. 23
Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. *Matt.26*
Nō ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. Peccatum enim vobis non dominabitur. *Rom.6.*
Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. 7
Nihil ergo nūc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu. 8
Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes. *Hebr.12.*
Si diximus, quoniam peccatum non habe- *1.Ioan.1.*

mus,

mus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

3 Omnis qui nat' est ex Deo, peccatũ nõ facit.

Grauiter punitur.

Num. 14 Dominus patiẽs & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullumq; innoxium derelinquens: qui visitat peccata patrum in tertiam & quartã generationẽ.

Prou. 14. Iustitia eleuat gentem, miseros autem facit populos peccatum.

Psal. 33. Vultus Domini super facientes mala.

36 Et adhuc pusillum, & non erit peccator.

Ibidem. Inimici Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati, sicut fumus deficient.

Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur.

Eccli. 39. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala.

Esa. 1. Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: Dereliquerũt Dominũ, blasphemauerũt sanctũ Israël, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiã vos vltra, addentes præuaricationem? Omne caput languidũ, & omne cor mœrens: Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni: Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.

15 Secundum magnitudinẽ operis, est visitatio (eorum.

42 Quis dedit in direptionẽ Iacob, & Israël vastantibus? Nónne Dominus ipse est cui peccauimus? Et noluerunt in viis eius ambulare. Et effudit super eũ indignationem furoris sui, & forte bellum.

Ecce

Ecce enim in iniquitatib⁹ vestris vēditi estis. 50
Quamobrem prohibitæ sunt stellæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. Frōs meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. *Ierem. 3.*
Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans, recesserunt & abierunt, & non dixerunt in corde suo: Metuamus Dn̄m Deū nostrū, qui dat nobis pluuiā tēporaneam & serotinā in tēpore suo, plenitudinē annuæ messis custodientem nobis. Iniquitates vestrę declinauerūt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. 5
Non est vua in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea; folium defluxit, & dedi eis quæ prætergressa sunt. Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi: quia Dominus Deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis. Peccauimus enim Domino. 8
Expectauimus pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido. *Ibidem.*
Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. 15

Æternaliter.

Pluet super peccatores laqueos. *Psal. 10.*
Impium suæ ipsius iniquitates capiunt, & funibus peccatorum suorum irretitur. *Prou. 5.*
Clementia præparat vitam, sectatio malorum mortem. 11
Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? *Ibidem.*

Pec-

29 Peccantem virum iniquũ inuoluet laqueus.
Sap.15. Malorum amatores digni ſunt morte.
Eccli.27. Leo venationi inſidiatur ſemper: ſic peccata operantibus iniquitates.
Eſa.3. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.
65 Et vos qui dereliquiſtis Dominum.
Ierem.3. Dormiemus in confuſione noſtra.
Matt.25 Diſcedite à me maledicti in ignẽ æternum.

Miſericorditer remittitur immediatè per Deum.

Pſal.24. Secundum miſericordiam tuam memento mei tu: Propter nomen tuum Dominė propitiaberis peccato meo.
31 Beati quorũ remiſſę ſunt iniquitates. Beatus vir cui nõ imputauit Dominus peccatum.
53 Miſerere mei Deus. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum.
129 Si iniquitates obſeruaueris Domine. Quia apud te propitiatio eſt.
Eſa.27. Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui Iacob, & iſte omnis fructus vt auferatur peccatum eius.
43 Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorũ non recordabor. Reduc me in memoriam, & iudicemur ſimul.
44 Deleui vt nubem iniquitates tuas.
53 Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.
Ierem.33 Ecce ego obducam eis cicatricem & ſanitatem Et conuertam conuerſionem Iuda.

Depo-

Deponet iniquitates nostras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. *Mich. 7.*

Ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorum. *Matt. 1.*

Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. 9

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. *Ioan. 1.*

In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum. *Ephes. 1.*

Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. *Act. 13.*

Et sanguis Iesu Christi filij eius emũdat nos ab omni peccato. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iust⁹ vt remittat nobis. *1. Ioan. 1.*

Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autẽ tantùm, sed etiam pro totius mundi. 2

Et scitis quia ille apparuit, vt peccata tolleret, & peccatum in eo non est. 3

Mediatè per ministrum.

Et dixi, væ mihi, quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum. *Esa. 6.*

Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. *Ibidem.*

Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. *Ioan. 20.*

POENI-

POENITENTIA MALVM AVFERT TEMPORALE.

Ierem.18 NVnquid ſicut figulus iſte nõ potero vobis facere, domus Iſraël? ait Dominus. Ecce ſicut lutũ in manu figuli, ſic vos, domus Iſraël, in manu mea. Repente loquar aduerſum gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud.

Ibidem. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſus eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem ei, & ſubitò loquar de gente & regno, vt ædificem & plantẽ illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitẽtiam agam ſuper bono, quod loquutus ſum, vt facerem ei.

26 Noli ſubtrahere verbum, ſi fortè, &c.

Gehennale.

Sap.11. Parcis autem omnibus, quoniam tua ſunt, Domine, qui amas animas.

Eccle.2. Si pœnitẽtiam non egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum.

Ezech.18 Si autem impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſtodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam, vita viuet, & non morietur. Omniũ iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor. Nunquid voluntatis meæ eſt mors impij, dicit Dominus, & non vt conuertatur à vijs ſuis & viuat?

Ibidem. Et quũ auerterit ſe impius ab impietate ſua quam operatus eſt, & fecerit iudiciũ & iuſtitiam,

ſtitiam, ipſe animam ſuam viuificabit.
Si autē dixero impio, morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritq́; iudicium & iuſtitiā, & pignus reſtituerit ille impius, rapinamq́; reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquā iniuſtū, vita viuet, & nō morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, nō imputabūtur ei. 33

Progenies viperarum, quis demōſtrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. *Matt. 3.*

Bonum confert.

Vide humilitatem meam, & laborem. *Pſal. 24.*

Lauamini, mundi eſtote, auferte malū cogitationū veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere peruersè, diſcite benefacere, quærite iudiciū, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduā, & venite & arguite me, dicit Dñs. Si fuerint peccata veſtra vt coccinū quaſi nix dealbabūtur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, quaſi lana alba erunt. *Eſa. 1.*

Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnum cælorum. *Matt. 3.*

Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa via quæ ducit ad perditionē, & multi ſunt qui intrant per eam. Quàm anguſta porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam. 7

Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquauit regnū Dei: Pœnitemini, & credite Euangelio. *Mar. 1.*

Dico vobis, quòd ita gaudiū erit in cælo ſu- *Luc. 15.*

per vno peccatore pœnitentiã agẽte, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.

24 Sic oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

2.Cor.7. Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.

Act.3. Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra.

Pœnitentia promouetur interna illustratione.

Iob 42. Auditu auris audiui te, idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.

Luc.5. Nõ veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Externa tribulatione.

Esa.26. Sicut quæ concepit dum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua, Domine: concepimus & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis.

64 Abscondisti faciem tuam à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.

Osea 2. Propter hoc ecce ego sepiam viã tuã spinis, & sepiam eã maceria, & semitas suas nõ inueniet: & sequetur amatores suos, & nõ apprehendet eos: quæret eos, & nõ inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virũ meũ priorem, quia bene erat mihi tunc quàm nunc.

Quum

Quũ angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum. *Ionæ 2.*

Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui venire, diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. *2. Ma.9.*

Aderant autem quidam in ipso tempore nũtiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem miscuit Pilatus cũ sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? *Luc.13.*

Impeditur diuinæ bonitatis contemptione.

Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in superbiam. *Iob 24.*

Et misereris omniũ, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominũ propter pœnitẽtiã. *Sap.11.*

Etenim quia non profertur citò cõtra malos sententia, absq; timore vllo filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quòd centies fecit malũ, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum. *Eccle.8.*

Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi. *Eccli.15.*

Mundanæ voluptatis inhæsione.

Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi & auscultaui, nemo quòd bonũ est loquitur: nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suũ, quasi equus impetu vadens ad prælium. *Ierem.8.*

Apoc. 2. Et dedit illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere.

Pœnitentia perficitur corde.

Psal. 26. Tibi dixit cor meum: Ne auertas faciē tuam à me, & ne declines.

Esa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos (ait Ezechiel rex) in amaritudine animæ meæ.

Ierem. 3. Et in omnibus his nō est reuersa ad me præuaricatrix soror ei⁹ Iuda in toto corde suo, sed in mēdacio, ait Dn̄s: Reuertere auersatrix Israël, ait Dominus, & non auertā faciē meā à vobis, & non irascar in perpetuum.

Matt. 26. Et egressus foras fleuit amarè.

Luc. 7. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo Simonis leprosi, attulit alabastrū vnguēti, & stās retro secus pedes ei⁹, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

Ore.

Iud. 8. Sed quia patiens est Dominus, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus.

Prou. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.

Eccli 35. Sacrificium salutare, est attendere & discedere ab omni iniquitatē.

Opere, vt sit virtuosa sine mali admixtione.

Iob 11. Si iniquitatē, quæ est in manu tua, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciē tuā absq; macula, & eris stabilis, & non timebis.

Eccli. 17. Pœnitentibus autem dedit viam iustitiæ.

Fili peccasti, nō adiicias iterum; sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur. *Eccli. 21.*

Quærite bonum, & non malum, vt viuatis. Odite malum, & diligite bonum. *Amos 5.*

Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. *Luc. 3.*

Memor esto itaq; vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. *Apoc. 2.*

Fructuosa sine procrastinatione.

Septies enim in die cadet iustus, & resurget: impij autem corruent in malum *Prou. 24.*

Non tardes conuerti ad Dominū, & ne differas de die in diem. *Eccli. 5.*

Nō est enim ei bene, qui assiduus est in malis, & eleëmosynas non danti, quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. 12

Hæc dicit Dominus: in tēpore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. *Esa. 49.*

Angustia superueniente requirent pacem, & non erit. *Ezech 7.*

Nouissimè verò veniunt & reliquiæ virgines dicētes: Dñe, Dñe, aperi nobis. At ille respōdens ait: Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaq;, quia nescitis diem, neq; horam. *Matt. 25*

Contendite intrare per angustā portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Cùm autem intrauerit paterfamiliâs, & clauserit ostium; incipietis foris stare, & pulsare ad ostium, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. *Luc. 13.*

Et dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Discedite à me omnes operarij iniquitatis. *Ibidem.*

PEREGRINI SVNT DILIGENDI.

*Leuit.*19. SI habitauerit aduena inter vos, diliget eum quasi vosmetipsos.

*1.Pa.*29 Peregrini enim sumus coram te & aduenæ sicut patres nostri. Dies nostri quasi vmbra supra terram, & nulla est mora.

*Psal.*38. Aduena ego sum apud te.

Non despiciendi.

*Exod.*22. Aduenam non contristabis, neq; affliges eu. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum; & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. *Vertit.* Iudicium.

PERFECTIO CHARITATIS.

*1.Ioan.*2. QVi autem seruat verbũ eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est.

4 Si diligimus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est.

Ibidem. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.

Virtutis.

*Gene.*17. Ambula coram me, & esto perfectus.

*Deut.*18. Perfectus eris, & absq; macula cum Domino Deo tuo.

Iosue 24. Timete Dominũ, & seruite ei perfecto corde, atque verissimo.

Matt. 5. Estote ergo vos perfecti.

19 Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes,

Nos

Nō quòd iam acceperim, aut iam perfectus *Phil.3.*
sim. Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus.

Corripientes omnem hominem, & docentes *Coloſ.1.*
in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.

Omnis scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est *2.Tim.3.*
ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonū instructus.

Patientia autem opus perfectum habeat, vt *Iacob.1.*
sitis perfecti & integri, in nullo deficientes.

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus *3*
est vir.

PERSECVTIO TOLERANDA *patienter propter Deum.*

FIli, cultum Dei aggressurus, fac in iustitia *Eccli.2.*
solicitè persistas, & animum tuum pares aduersus tentationem.

Et qui recessit à malo, prædæ patuit. *Esa 59.*

Cauete autem ab hominibus. Tradent enim *Matt.10*
vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos; & ad præsides & reges ducemini, in testimonium illis & gentibus.

Si patremfamiliâs Beelzebub vocauerunt, *Ibidem.*
quanto magis domesticos eius? ne ergo timueritis eos.

Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus *Luc.21.*
suas.

Et eritis odio omnibus hominibus propter *Ibidem.*
nomen meum.

Ioan.7. Non poteſt mundus, &c. *Vide* Mundus.

15 Si mundus vos odit, *vbi ſuprà*.

Galat.4. Sed quemadmodum tunc is, qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum: ita & nunc.

2.Tim.3. Et omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur.

Act.20. Et nunc, ecce ego alligatus ſpiritu, vado in Hieruſalē. Sed nihil horū vereor, nec facio animam meā pretioſiorē, quàm me, dummodo conſummem curſum meū, & miniſterium verbi, quod accepi à Domino Ieſu

21 Ego autem non ſolum alligari, ſed & mori in Hieruſalem paratus ſum.

1.Pet.2. Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei cōſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſtè. Quæ enim eſt gratia, ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi benefacientes, patiēter ſuſtinetis, hęc eſt gratia apud Deum.

Et quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi quid patiamini propter iuſtitiam, beati. Melius eſt enim, vt benefacientes, ſi volūtas Dei velit, pati, quàm malefacientes.

4 Nemo autē veſtrū patiatur, vt homicida, aut vt fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor. Si autem vt Chriſtianus, nō erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine.

Confidenter propter auxilium.

Pſal.17. Deus meus adiutor meus.

22 Nā & ſi ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecū es.

Salus

Salus autem iuſtorum à Domino. 36

Quia non relinquet Dominus virgam pec- 124
catorum ſuper ſortem iuſtorum.

Speciosa miſericordia Dei in tempore tri- *Eccli. 35.*
bulationis.

Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio lu- *Mat. 10.*
porum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpē-
tes, & ſimplices ſicut columbæ.

Cùm autem tradēt vos, nolite cogitare quo- *Ibidem.*
modo, aut quid loquamini: dabitur enim
vobis in illa hora quid loquamini. Non e-
nim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus
Patris veſtri, qui loquitur in vobis.

Et cùm duxerint vos tradentes, nolite præ- *Mar. 13.*
cogitare, quid loquamini.

Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa *Luc. 12.*
hora, quid oporteat vos dicere.

Ponite ergo in cordibus veſtris non præme- 21
ditari, quemadmodum reſpondeatis: Ego
enim dabo vobis os & ſapientiam, cui non
poterunt reſiſtere, & cōtradicere omnes ad-
uerſarij veſtri.

Gaudenter propter meritum.

Beati, qui perſecutionem patiuntur propter *Matt. 5.*
iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnū cæ-
lorum. Beati eſtis cùm maledixerint vobis
homines, & perſecuti vos fuerint, & dixe-
rint omne malum aduerſum vos mentien-
tes propter me Gaudete & exultate quoniā
merces veſtra copioſa eſt in cælis.

Sic enim perſecuti ſunt prophetas, qui fue *Ibidem.*
runt ante vos.

Luc.6. Beati eritis, cùm vos oderint homines.

Rom.8. Exiſtimo enim, quòd nõ ſunt condignæ paſſiones huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

1.Cor.4. Perſecutionem patimur & ſuſtinemus.

2.Cor 4. Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur.

Ibidem. Id enim quod in præſenti eſt momẽtaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ põdus operatur in nobis, non contemplantibus nobis, quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt; quæ autem non videntur, æterna.

Phil.1. Et in nullo terreamini ab aduerſariis, quæ illis eſt cauſa perditionis, vobis autem ſalutis; & hoc à Deo. Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini.

Coloſ.1. Cuius factus ſum ego Paulus miniſter, qui nũc gaudeo in paſſionib⁹ pro vobis: & adimpleo ea, quæ deſunt paſſionũ Chriſti, in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia.

Act.5. Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

14 Exhortantesq́; vt permanerẽt in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare regnum Dei.

1.Pet.4. Chariſſimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quaſi noui aliquid vobis contingat: ſed cõmunicantes Chriſti paſſio-

passionibus gaudete, vt & in reuelatione e-
ius gaudeatis exultantes. Si exprobramini
in nomine Christi, beati eritis: quoniā quod
est honoris, gloriæ & virtutis Dei; & qui est
eius Spiritus, super vos requiescet.

Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit vos 5
in æternam suam gloriam in Christo Iesu
modicum passos, ipse perficiet, cōfirmabit
consolidabitque.

Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sūt? & vn- *Apoc. 7.*
de venerunt? Et dixit mihi: Hi sunt qui ve-
nerūt de tribulatione magna, & lauerūt sto-
las suas, & dealbauerūt eas in sāguine Agni.

Vindicanda grauiter per Deum, sed non per nos.

Lætabitur iustus, cùm viderit vindictam. Et *Psal. 57.*
dicet homo, si vtiq; est fructus iusto, vtique
est Deus iudicans eos in terra.

Faciēs misericordias Dominus: & iudicium 102
omnibus iniuriam patientibus.

Quia iudicabit Dominus populum suum. 134

Ecce tuli de manu tua calicē soporis: fundū *Esa. 51.*
calicis indignationis meæ. Et ponam illū in
manu eorum, qui te humiliauerūt & dixe-
runt animæ tuæ: Incuruare, vt transeamus.

Sanctus Israël Domino primitiæ frugum *Ierem. 2.*
eius: Omnis qui deuorāt eum, delinquunt,
mala venient super eos, dicit Dominus.

Propter multitudinē iniquitatis tuæ, & dura 30
peccata tua feci hæc tibi. Propterea oēs, qui
comedunt te, deuorabūtur; & vniuersi ho-
stes tui in captiuitatē ducētur. Obducā enim
cicatricē tuā, & à vulneribus tuis sanabo te.

Qui

Zach.2. Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.

2.Thes.1. Si tamen iustum est apud Deum retribuere retributionem iis qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini requiem.

1.Pet.4. Itaque & hi, qui patiuntur secũdum voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

Apoc. 6. Et cùm aperuisset sigillũ quintũ, vidi subtus altare animas interfectorũ propter verbum Dei, & propter testimoniũ quod habebant. Et clamabant voce magna, dicẽtes: Vsquequo Dñe, sanctus & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictũ est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & illi.

PERSEVERANTIA NECESSARIO *conseruatur in bono agendo.*

Iob 17. ET tenebit iustus viam suam.

Eccle. 5. Non te ventiles in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbũ pacis & iustitiæ.

Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.

14 Quis enim ex vobis volẽs turrim ædificare: nónne prius sedens computat sumptus, qui neces-

necessarij sunt, si habeat ad perficiendum?
ne postquã posuerit fundamentũ,& nõ potuerit perficere; omnes qui vidẽt, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare,& non potuit consummare.

Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei. In *Rom. 11.*
eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate: alioquin & tu excidêris.

Miror quòd sic tam citò trãsferimini ab eo, *Galat. 1.*
qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi.

Currebatis bene, quis vos impediuit veritati 5
non obedire?

Tantum vt qui tenet nunc, teneat, donec de *2. Thes. 2.*
medio fiat.

In malo tolerando.

Væ his qui perdiderũt sustinentiam, & qui *Eccle. 2.*
dereliquerunt vias rectas: & diuerterunt in vias prauas. Quid facietis cùm inspicere cœperit Deus?

Qui autẽ perseuerauerit vsque in finem, hic *Matt. 10*
saluus erit.

Qui autẽ super petrosa seminatus est, hic est 13
qui verbũ Dei audit: & continuò cũ gaudio accipit illud: Non habet autẽ in se radicem, sed est tẽporalis: Facta autem tribulatione propter verbum, continuò scandalizatur.

Et hi sunt similiter qui super petrosa se- *Mar. 4.*
minantur.

Qui

PRAECEPTA DIVINA FACILIA.

Deut.30 MAndatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, nõ supra te est. Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo, in corde tuo, vt facias illum.

Psal.18. Iudicia Domini vera; desiderabilia super aurum. Etenim seruus tuus custodit ea.

118 In via testimoniorum tuorũ delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis.

Ibidem. Viam mandatorum tuorum cucurri.

Ibidem. Deduc me in semita mandatorum tuorum.

Eccli.23. Et agnoscent qui relicti sunt, quoniam nihil melius est, quàm timor Dei; & nihil dulcius, quàm respicere in mandatis Domini.

33 Sapiens non odit mandata & iustitias, & nõ illidetur quasi in procella nauis. Homo sensatus credit legi Dei, & lex ei fidelis.

Matt.11. Tollite iugum meũ super vos. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

1.Ioan.5. Hæc est enim charitas Dei, vt mãdata eius custodiamus; & mandata eius grauia nõ sunt. *Vtilia, quia per ipsa homo bene ordinatur in corde.*

Num.15 Loquere filiis Israël, vt faciant sibi fimbrias per angulos quatuor palliorum ponentes in eis vittas hyacinthinas. Quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorũ Domini faciant ea, sintque sancti Deo suo.

Deut.6. Eruntq; verba hæc quę ego pręcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & medita

meditaberis ſedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque conſurgens, & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & mouebuntur ante oculos tuos, ſcribesq; ea in limine, & oſtiis domus tuæ.

Ponite hæc verba mea in cordibus veſtris, & 11 in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus.

Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius. *Pſal. 118*

In corde meo abſcondi eloquia tua. In iuſtificationibus tuis meditabor. *Ibidem.*

Da mihi intellectum. *Ibidem.*

Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt. In ęternum non obliuiſcar iuſtificationũ tuarum. *Ibidem.*

Quomodo dilexi legem tuam Domine. *Ibidem.*

Mens iuſti meditabitur obedientiam. *Prou. 15.*

Cogitatum tuum habe in præceptis Dei. *Eccli. 6.*

Ore.

Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monumentum ante oculos tuos, & vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo. *Exod. 13.*

Docete filios veſtros vt illa meditentur. *Deut. 11.*

Et loquebar de teſtimoniis tuis. *Pſal. 118.*

Et omnis enarratio tua in præceptis Altiſſimi. *Eccli. 9.*

Opere.

Cuſtodite ergo, & facite ea, quę præcepit vobis Dominus Deus. Non declinabitis neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtrã: ſed per viam, quam præcepit vobis Dominus Deus veſter ambulabitis, vt viuatis & bene ſit vobis, & protelentur dies veſtri in terra, quam poſſidebitis. *Deut. 5.*

12 Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicquam, nec minuas.

Psal. 118 Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.

Ibidem. Et leuaui manus meas ad mandata tua. Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua.

Ibidem. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas.

Eccli. 32. Qui credit Deo, attendit mandatis.

Plene remuneratur:

Nam consequitur Dei familiaritatem.

Exod. 19. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactũ meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, mea est enim omnis terra.

Leuit. 26 Ponam tabernaculum meũ in medio vestri, & non abiiciet vos anima mea.

Deut. 30 Elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semẽ tuũ, & diligas Dominum Deum tuum.

Prou. 6. Quia mandatum lucerna est, & lex lux.

19 Qui custodit mandatum, custodit animam suam; qui autem negligit viam suam, mortificabitur.

Eccle. 12. Deum time, & mandata eius obserua.

Sap 6. Custoditio autem legum consummatio incorruptionis est.

Eccle. 2. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est?

Esa. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?

Ierem. 7. Audite vocem meã, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus, & ambulate in omni via

via quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis.

Si quis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit, & Pater meus diliget eũ, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. *Ioan. 14.*

Corporis ſanitatem.

Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & econtrariò mortem & malum, vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & cuſtodias mandata illius, & cæremonias, atq; iudicia: & viuas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in terra. *Deut. 30.*

Fili mi, ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Lõgitudinem enim dierũ & annos vitæ, & pacem apponent tibi. *Prou. 3.*

Qui cuſtodit præceptum, non experietur quicquam mali. *Eccle. 8.*

Eieci ergo eos de terra Aegypti, & eduxi eos in deſertum, & dedi eis pręcepta mea, & iudicia mea oſtendi eis, quæ faciens homo viuet in eis. *Ezech. 20.*

Prolis fœcunditatem.

Reſpiciã vos & creſcere faciã: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. *Leuit. 26.*

Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & Dominus De⁹ tuus pactum tibi, & diliget te atque multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atque vindemiæ, oleo, & armentis, & gregibus ouium tuarum. *Deut. 7.*

Esa.48. O si ad pręcepta animū aduertisses, fuisset arena semen tuum, & stirps vteri tui, vt pilli eius.

Substantiæ temporalis vbertatem.

Leuit.25. Facite præcepta mea, & iudicia custodite, implete ea, vt habitare possitis in terra, absque vllo pauore, & gignat vobis humus fructus suos quibus vescamini, vsque ad saturitatem, nullius impetum formidantes.

26 Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur, apprehēdet messium tritura vindemiam, &. vindemia occupabit sementem, & comedetis panem vestrum in saturitate, & absq; pauore habitabitis in terra vestra.

Ibidem. Comedetis vetustissima veterum, & vetera, nouis superuenientibus, proiicietis.

Deut.28 Si autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atq; custodias omnia mandata eius, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra.

Eccli.29. Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, & proderit tibi magis quàm aurum.

Esa.1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.

Pacis firmitatem.

Leuit.26 Dabo pacem in finibus vestris: dormietis & non erit qui exterreat. Auferam malas bestias, & gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros, & cor-

corruent coram vobis Persequentur quinque de vestris centum alienos.

Custodi præcepta eius atque mandata quæ ego præcipio tibi, vt bene sit tibi, & filiis tuis post te. *Deut.4.*

Qui autē timet præceptū, in pace versabitur. *Prou.13.*

Pax multa diligentibus legem tuam. *Psal.118*

Vtinam attendisses ad mandata mea, redundaret instar fluminis pax tua. *Esa.48.*

Honoris celebritatem.

Tunc non cōfundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis. *Psal.118.*

In quo corrigit adolescentior viam suam. *Ibidem.*

Beatus vir qui timet Dn̄m, in mandatis eius volet nimis. Gloria & diuitiæ in domo eius. *111.*

Semen hominum honorabitur hoc quod timet Deum. *Eccle.10.*

Gloriæ perpetuitatem.

Portio mea Domine in terra viuentium. *Psal.141.*

Præcurrēs quidam genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens: Magister bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam? Iesus dixit: Præcepta nosti? ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimoniū dixeris, ne fraudem feceris: honora patrē tuum, & matrem. At ille respondens, ait illi: Magister, hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum, dilexit eum. *Mar.10.*

Et scio quia mandatum eius vita æterna est. *Ioan.12.*

Præcepta diuina nobilia, ideo transgressores rigidè puniuntur.

Quòd si nō audieritis me, nec feceritis om- *Leuit.26.*

nia mādata mea, ſed ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, ego quoque hæc faciam vobis: Viſitabo vos velociter egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros, atque conſumat animas veſtras. Fruſtra ſeretis ſementem quæ ab hoſtibus deuorabitur.

Ibidem. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubiiciemini his, qui oderunt vos. Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum, propter peccata veſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboq; vobis cælum deſuper quaſi ferrum, & terram æneam. Cōſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.

Ibidem. Emittam in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant, deſertæq; fiant viæ veſtræ. Inducam ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. Cumque cōfugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium, poſtquam confregero baculum panis veſtri. ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis & non ſaturabimini, ita vt comedatis carnes filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum.

Deut. 28. Quòd ſi audire nolueris vocē Domini Dei tui, vt cuſtodias atq; facias omnia mandata eius, venient ſuper te omnes maledictiones

iſtæ

istæ & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictũ horreum tuũ, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorũ, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.

Quòd si nolueritis, & me ad iracũdiã prouocaueritis, gladius deuorabit vos. *Esa. 1.*

Abiecerunt enim legem Domini exercituũ, 5
& eloquium sancti Israël blasphemauerũt. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extẽdit manum suam super eum, & percussit eum: & conturbati sunt mõtes.

Æternaliter.

Maledicti, qui declinant á mandatis tuis. *Psal. 118*

Spreuisti omnes discedentes à iustitiis tuis. *Ibidem.*

Qui declinat aures suas, quò minus legẽ audiat, eius precatio execrabilis est. *Prou. 28.*

Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus vestris, in die qua eduxi eos de terra Aegypti. *Ierem. 11*

Super tribus sceleribus Iuda & super quarto non cõuertam eũ: eò quòd abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit. *Amos 2.*

Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur, multò magis nos qui de cælis nobis loquentem auertimus. *Hebr. 12.*

Præcepta humana condigna reuerenter sunt obseruanda.

Per me reges regnãt, & legũ conditores iusta *Prou. 8.*

 decer-

decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.

Ierem. 35 Domui autē Rechabitarum dixit Ieremias Pro eo, quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri, non deficiet vir de stirpe Ionadab stans in conspectu meo cunctis diebus.

2.*Thes.* 2. Itaq; fratres state & tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam nostram.

Act. 15. Perambulabat autem Syriam & Ciliciā confirmans Ecclesias: præcipiēs custodire præcepta apostolorum & seniorum.

16 Cùm autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab apostolis & senioribus qui erant Hierosolymis.

Indigna magnanimiter contemnenda.

Esai. 29. Eo quòd appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mandatis hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam admirationem populo huic, peribit sapientia à sapientibus.

Matt. 15 Ipse autem respondens ait. Quare vos transgredimini mandata Dei propter traditionem vestram?

Ibidem. Hypocritæ bene prophetauit de vobis Esaias, *suprà Esa.* 29.

Tit. 1. Quam ob causam increpa eos durè: vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominis auersantium se à veritate.

PRAEDESTINATIO DIVINA IMPERSCRVTABILIS.

Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne *Eccle.3.* scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate detinuit sensus illorum.

Nónne frater erat Esau Iacob, dicit Domi- *Malac.1.* nus, & dilexi Iacob? Esau autē odio habui.

Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. *Mat.20.*

O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia *Rom.11.* eius, & inuestigabiles viæ eius!

Irreprehensibilis.

Non dicas, ille me in errorem impulit: non *Eccli.15.* enim sunt ei necessarij homines impij.

Et ipsis benedixit & exaltauit, & ex his san- 33 ctificauit & ad se applicauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum. Quasi lutum figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. Omnes viæ eius secundum dispositionem eius: sic homo in manu illius qui se fecit.

Væ qui cōtradicit factori suo, testa de samiis *Esa.45.* terræ. Nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis: & opus tuum absque manibus est?

Nunquid sicut figulus iste non potero vobis *Ierem.18* facere, domus Israë? ait Dñs: Ecce sicut lutū in manu figuli, sic vos estis in manu mea.

Nam quos præsciuit, & prædestinauit cōfor- *Rom.8.* mes fieri imaginis Filij sui.

Ibidem. Quos autē prædestinauit, hos & vocauit. & quos vocauit, hos & iustificauit. Quos autē iustificauit, illos & magnificauit.

9 Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas est apud Deum? Absit. Mosi enim dicit: Miserebor cui misertus sum, & misericordiam præstabo cui miserebor. Igitur non volentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei.

Ibidem. Dicis itaq; mihi: Quid adhuc quæritur? voluntati eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respōdeas Deo? Nunquid dicit figmētū ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ, in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

Ephes. 1. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ.

2. Tim. 2. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia; & æ a m quidem in honorem, quędam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit, &c.

Act. 13. Audientes autē Gētes gauisæ sunt, & glorificabāt verbū Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

PRAE-

PRAELATI BONI DEO OBEDIVNT.

COnfortare igitur & esto robustus (ait Dominus Iosue) valde, vt custodias atque facias omnẽ legem quam præcepit tibi Moses seruus meus. Ne declines ab ea ad dextrã vel ad sinistram, vt intelligas cuncta quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo. Tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. *Iosue 1.*

Tũc enim proficere poteris (dixit Dauid Salomoni) si custodieris mandata & iudicia. *1. Pa. 22.*

Deus potentes non abiicit, quũ & ipse sit potens: sed non saluat impios, & iudiciũ pauperibus tribuit. *Iob 36.*

Et nunc reges intelligite. Seruite Domino in timore. Apprehendite disciplinam. *Psal. 2.*

Per me reges regnant. *suprà*, Præcepta. *Prou. 8.*

Cor regis in manu Domini velut riuus aquarum: quocunque volet, inclinat illud. 21

In manu Dei potestas terræ, & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illã. In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. *Eccli. 10.*

In vnamquanque gentem posuit rectorem. 17

Ego feci terram, & homines, & iumenta quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extẽto, & dedi eã ei qui placuit in oculis meis. *Ierem. 27*

Seipsos

Seipsos decenter dirigunt in victu.

Hest.1. Vinum quoq; vt magnificentia regia dignũ erat abundans & præcipuũ ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum.

Prou.31 Noli regibus dare vinum quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas, ne fortè bibant & obliuiscantur iudiciorum (Dei) & multent causam filiorum pauperis.

Eccle.10. Beata terra cuius rex nobilis est, & cui⁹ principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.

Osea 7. Cœperunt principes furere à vino.

In verbo.

Prou. 16. Diuinatio in labiis regis, in iudicio non errabit os eius.

17 Nec principem decet labium mentiens.

29 Princeps qui animũ aduertit ad res vanas & mẽdaces, huius ministri omnes impij sunt.

Eccle 9. In manu artificũ opera laudabuntur: & princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum.

Gestu.

Sap.6. Melior est sapientia quàm vires.

Ibidem. Si ergo delectamini sedibus & sceptris, ô reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis.

Ibidem. Multitudo sapientiũ sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens populi stabilimentũ est.

Tit. 3. Discant autẽ & vestri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.

Subditos prudenter regunt per exemplarem vitã.

Num.27 Prouideat Dñs, ait Moyses, Deus spirituum omnis

omnis carnis, hominem, qui sit super multitudinem hãc, & possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne sit populus Domini sicut oues absq; pastore.

Date ex vobis viros sapiẽtes & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes. *Deut. 1.*

Igitur timete Dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro. Quòd si perseueraueritis in malitia, & vos & rex vester pariter peribitis. *1. Reg. 12*

Non vocabitur vltrà is, qui insipiẽs est, princeps, neq; fraudulentus appellabitur maior. *Esa. 32.*

Princeps verò ea quæ sunt digna principe cogitabit, & ipse super duces stabit. *Ibidem.*

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum. *Tit. 2.*

Debitam clementiam.

Cùm plurimis gentibus imperarẽ, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquã abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos, vt absq; vllo terrore, vitã silẽtio transsigẽtes optata cunctis mortalibus pace fruerentur. *Hest. 13.*

In hilaritate vultus regis vita, & clementia eius quasi imber serotinus. *Prou. 16.*

Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. 19

Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clementia thronus eius. 20

Rectorẽ te posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe, *Eccli. 32.*

& sic

& sic considera, & omni cura tua explicita recumbe, vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias, coronã & dignationem consequaris corrogationis.

Matt.20 Scitis quia principes gentium dominãtur illis: & qui maiores sunt, potestatem exercẽt inter eos.

23 Qui maior est vestrûm, erit minister vester.

Exactam iustitiam.

Exod.22. Maleficos non patieris viuere.

Prou.16. Abominabiles regi qui agunt impiè; quoniã iustitia firmatur solium. Voluntas regũ labia iusta; qui recta loquitur dirigetur. Indignatio regis nuncij mortis.

20 Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo.

Ibidem. Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super eos fornicem.

25 Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Aufer impietatẽ de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.

29 Rex iustus eriget terram, vir auarus destruet eam.

Ibidem. Rex qui iudicat in æquitate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.

Sap.1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.

Eccli.10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes eam.

Esa.32. Ecce in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt.

Ierem.22 Facite iudiciũ & iustitiam, & liberate vi oppressum

pressum de manu calumniatoris : & aduenam , pupillum & viduam nolite contristare,neq; opprimatis inique : & sanguinē innocentem ne effundatis.

Pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam, tunc quum bene ei erat? Iudicauit causam pauperis & egeni,in bonum suum . Nunquid non ideo quia cognouit me,dicit Dominus? *Ibidem.*

Sufficiat vobis principes Israël: iniquitatem & rapinas intermittite , & iudicium & iustitiam facite. *Ezech.45*

Nam principes nō sunt timori boni operis, (sed mali. *Rom.13.*

Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum,siue regi siue ducibus. *1.Pet.2.*

Præmium lætanter acquirunt.

In multitudine populi dignitas regis, & in paucitate plebis ignominia principis. *Prou.14*

Gloria regum inuestigare sermonem. 25

Iudex sapiens iudicabit populum, & principatus sensati stabilis erit. *Eccli.10.*

In medio fratrum rector illorū in honore; & qui timent Dominū,erunt in oculis illius. *Ibidem.*

Quis,putas,est seruus fidelis & prudens,quē constituit Dominus super familiam suam? *Matt.24.*

Prælati mali ambitiosè se ingerunt.

Qui regnare facit hominē hypocritam propter peccata populi. *Iob 34.*

Non decent stultum diuitiæ , nec seruū dominari principibus. *Prou.19.*

Vidi sub sole in loco iudicij impietatem , & in loco iustitiæ iniquitatem. *Eccle.3.*

Noli

Eccli.7. Noli quærere ab homine ducatum, neque a
rege cathedram honoris.
20 Et qui potestatē sibi sumit iniustè, odietur.

Esa.3. Et dabo pueros principes eorū, & effœminati dominabuntur eis. Et corruet populus vir ad virū, & vnusquisq; ad proximū suū.

Osea 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes
extiterunt, & non cognoui.
13 Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.

Deum ceruicosè contemnunt.

Iob 36. Reuelabit quoq; aurem eorum, vt corripiat & loquetur vt auertantur ab iniquitate.

Eccli.11. Multi tyranni sederunt in throno, & insuspicabilis portabit diadema.

Esa.28. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferis fecimus pactum, vt cū flagellum inun-
dans transierit, non perueniat ad nos.
32 Stultus enim fatua loquetur, vt perficiat simulationem.

Ierem.5. Ego autē dixi, forsitan pauperes sunt, & stulti ignorantes viam.

Mich.3. Audite hæc principes, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, principes eius
in muneribus iudicabant.
7 Ad malum manuum suarū sunt intēti, princeps postulat, & iudex in reddendo est.

Seipsos fatuosè extollunt.

Eccle.4. Puer egen⁹ & sapiēs præstat regi seni & stul-
to, qui admonitionē non admittit amplius.
8 Interdū dominatur homo homini in malum
suum

ſuum. Vidi impios ſepultos, qui etiã quum
adhuc viuerent, in loco ſancto erant.
Væ tibi terra cuiꝰ rex puer eſt, & cuius prin- 10
cipes mane comedunt.
Dominatores eius iniquè agũt, ait Dominꝰ. *Eſa* 52.
Quomodo dicitis: Sapiẽtes nos ſumus. Verè *Ierem.* 8.
mendaciũ operatus eſt ſtylus mendax ſcri-
barum. Confuſi ſunt ſapientes: Verbum e-
nim Domini proiecerunt.
Audiuimus ſuperbiam Moab. Superbus eſt 48
valde. Sublimitatem eius & arrogantiam &
ſuperbiam, & altitudinem cordis eius ego
ſcio, ait Dominus, iactantiam eius, & quòd
non ſit iuxta eam virtus eius.

Subditos calumniosè opprimunt.

In fortitudine brachij tui poſſidebas terram. *Iob* 22.
Alij terminos trãſtulerũt, diripuerũt greges, 24
& pauerunt eos. Aſinũ pupillorũ abegerũt,
& abſtulerunt pro pignore bouem viduæ.
Subuerterunt pauperũ viã, & oppreſſerunt
pariter mãſuetos terræ. Alij quaſi onagri in
deſerto egrediũtur ad opus ſuum, vigilan-
teſque ad prædam, præparant panẽ liberis.
Agrum non ſuũ demetunt. Nudos dimittũt *Ibidem.*
homines indumẽta tollentes, quibus nõ eſt
operimentũ in frigore, quos imbres mon-
tium irrigãt, & non habentes velamen am-
plexantur lapides. Vim fecerunt deprędãtes
pupillos, & vulgum pauperem ſpoliauerũt.
Leo rugiẽs & vrſus eſuriẽs, princeps impius *Prou.* 28.
ſuper populum pauperẽ. Dux indigẽs pru-
dentia, multos opprimet per calumniã: qui

autem odit auaritiam, diu imperabit.

Ibidem. Cùm euehuntur impij, delitescunt homine cùm verò pereunt impij, augescunt iusti.

Eccle. 4. Verti me ad alia, & vidi calumnias quæ sole geruntur, & lachrymas innocētium, neminem consolatorem; nec posse resist eorū violentiæ, cunctorū auxilio destitu

5 Si videris calumnias egenorum, & viole iudicia, & subuerti iustitiam in prouin non mireris super hoc negotio, quia exc excelsior est alius, & super hos quoq; em nentiores sunt alij, & insuper vniuersæ te ræ rex imperat seruienti.

Esa. 1. Principes eius & infideles socij furū: Om diligunt munera, sequuntur retribution

3 Populum meum exactores sui spoliauer & mulieres dominatæ sunt eis.

Ibidem. Vos enim depasti estis vineam meam, & ra pina pauperis in domo vestra. Quare ate ritis populum meū, & facies pauperum co molitis, dicit Dominus exercituum

10 Væ qui condunt leges iniquas.

Ierem. 5. Causam viduæ non iudicauerūt, causam pu pilli non direxerunt, & iudiciū pauperum non iudicauerunt.

Ezech. 19 Qui incedebat inter leones, & factus est le & didicit prædam capere, & homines de uorare, didicit viduas facere.

22 Principes ei⁹ in medio illius quasi lupi rap tes prædā, ad effundēdū sanguinē, & ad p dēdas animas, & auarè sectāda lucra.

Soph. 3. Principes ei⁹ in medio ei⁹ quasi leones rug

Mal.

Malum ignominiosè inducunt super seipsos.

Effundit despectionem super principes, & omnes qui oppressi fuerant, reuelans. Qui immutat cor principum populi terrę, & decipit eos, vt frustra incedant per inuium. *Iob 12.*

De ciuitatibus fecerũt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur. 24

Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet eos. *Sap. 5.*

Audite ergo reges & intelligite, discite iudices finiũ terræ. Prębete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationũ, quoniã data est à Domino potestas vobis, & virt⁹ ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniã quũ essetis ministri regni illius, nõ rectè iudicastis, neç custodistis legẽ iustitiæ, neq; secundũ volũtatem Dei ambulastis. Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudiciũ durissimũ in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim cõceditur misericordia, potẽtes autẽ potẽter tormẽta patiẽtur. 6

Detracta est ad inferos superbia tua, cõcidit cadauer tuum. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. *Esa. 14.*

Dominus exercituũ cogitauit hoc, vt detraheret superbiã omnis gloriæ, & ad ignominiam duceret vniuersos inclytos terræ. 23

Qui dat secretorũ scrutatores quasi nõ sint, iudices terræ velut inanes fecit. 40

Et inebriabo principes eius, & sapiẽtes eius, *Ierem. 51*

duces eius, & magiſtratus eius, & fort[illegible]
eius. Et dormiẽt ſomnum ſempiternum, &
non expergiſcentur.

Ezech. 32 Dederunt enim terrorem ſuum in terra vi-
uentium, & portauerunt ignominiã ſuã
cum his qui deſcendunt in lacum.

Amos 4. Audite verbum hoc vaccæ.

Mich. 3. Audite principes, Nunquid veſtrum eſt ſci-
re iudicium, qui odio habetis bonum, & di-
ligitis malum?

Super ſubiectos.

Prou. 28. Propter peccata terræ multi principes eius: &
propter hominis ſapientiam & horũ ſcien-
tiam, quæ dicuntur, vita ducis longior.

Ibidem. Regnantibus impiis ruinæ hominum.

Eccli. 10. Regnũ à gẽte in gentem transfertur propter
iniuſtitias, & iniurias, & diuerſos dolos

PROMISSIO DIVINA FIRMA.

Num. 23 NOn eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur.
Pſal. 88. Et quæ procedunt de labiis meis, non fa-
ciam irrita.

144 Fidelis Deus in omnibus verbis ſuis.

Rom. 4. In repromiſſione Dei nõ hæſitauit diffiden-
tia: ſed & confortatus eſt fide, dans gloriam
Deo.

Tit. 1. Quam (ſcilicet vitã) promiſit, qui non men-
titur Deus.

Humana infirma.

Prou. 25. Nubes & ventus & pluuiæ non ſequentes,
vir glorioſus & promiſſa non complens.

Eccle. 11. Eſt qui locupletatur parcè agendo, & hæc eſt
pars mercedis illius in eo quòd dicit: Inueni
requiem,

requiem, bonisq; meis nunc fruar assiduè: inscius, quòd tempus eum maneat, moritur aliis ea relicturus.

PROPHETAE BONI A DEO MITVNTVR.

Sic Hieremias missus.

PRiusquam te formarē in vtero, noui te; *Ierem.* 1.
& antequam exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Noli dicere, quia puer ego sum; quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis; & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loquêris. Ne timeas à facie eorum, quia tecum sum, & eruam te, dicit Dominus.

Et factū est verbū Domini ad Hieremiam: 33
Clama ad me, & exaudiam te, & annuntiabo tibi grandia & firma, quæ nescis.

Quia nō faciet Dominus Deus verbum, ni- *Amos* 3.
si reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas.

Bonæ doctrinæ innituntur.

Hinc Micheas Propheta ait:

Viuit Dominus, quia quodcunq; dixerit mi- 3. *Reg.* 22.
hi Dominus, hoc loquar.

Et spiritus Prophetarum Prophetis subiecti (sunt 1. *Cor.* 14.

A malis contemnuntur.

Prophetam suscitabo eis similē tui, ponam- *Deut.* 18.
que verba mea in ore eius, loqueturque ad vos omnia, quæ præcepero illi: qui autem verba, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam.

Mittebat autē Dominus Deus patrū suorū 2. *Pa.* 36.

ad illos per manus nunciorum suorum: &
illi subsannabant nuncios.
Ierem. 18 Venite & percutiamus eum lingua, & nó at-
tendamus ad vniuersos sermones eius.
20 Seduxisti me Domine, & seductus sum: for-
tior fuisti, & inualuisti. Factus sum in de-
risum tota die. Omnes subsannãt me, quia
iam olim loquor vociferans, iniquitatem &
vastitatẽ clamito. Et factus est mihi sermo
Dñi in opprobrium, & in derisum tota die.
25 Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos
prophetas, consurgẽs diluculo, mittens que,
& non audistis, neque inclinastis aures ve-
stras, vt audiretis eum.
26 Iudiciũ mortis est viro huic, quia prophe-
uit aduersus ciuitatem istam, sicut audi-
auribus vestris.
38 Et dixerunt principes regi: Rogamus, vt o-
cidatur homo iste. (audire me.
Ezech. 3. Domus Israël nolunt audire te, quia nolunt
20 Et dixi, a a a Dñe Deus, ipsi dicunt de me:
Nunquid non per parabolas loquitur iste?
Amos 2. Et prophetis mandabitis dicentes: Ne pro-
phetetis.
Matt. 13. Iesus autem dixit: Nõ est propheta sine ho-
nore, nisi in patria sua, & in domo sua.
23 Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui
ædificatis sepulchra prophetarum.
26 Tunc expuerunt in faciem eius, dicentes:
Prophetiza nobis quis te percussit.
Prophetæ mali seipsos intrudunt.
Vnde pater eorum diabolus ait: Ego

Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. 3. Reg. 22

Et dixi, a a a Domine Deus, Prophetę dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit Dominus ad me: Nō misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionē mendacē & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis. Ierem. 14

Non mittebam prophetas, & ipsi currebant; non loquebar ad illos, & ipsi prophetabant. 23

Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israël erant. Non ascendistis ex aduerso, neq; opposuistis murum pro domo Israël, vt staretis in prælio in die Domini. Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes: Ait Dominus, cùm Dominus non miserit eos, & perseuerauerunt confirmare sermonem. Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis? & dicitis, ait Dominus: cùm ego non sim locutus. Ezech. 13

Ex nobis prodierunt, sed nō erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. 1. Ioan. 2.

Simplices seducunt.

Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium se vidisse dicat, & prædixerit signū atq; portentū, & euenerit quod locutus est; & dixerit tibi, eamus & sequamur Deut. 13.

deos alienos, quos ignoras, & seruiamus ei:
non audies verba prophetæ illius, vt so-
niatoris, quia tētat vos Dominus Deus no-
ster, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum an
non, in toto corde, & in tota anima vestr.
Ierem.5. Stupor & mirabilia facta sunt in terra, pro-
phetæ prophetabant mendacium, & sacer-
dotes applaudebant manibus suis.
6 Et curabant contritionē filiæ populi mei c
ignominia, dicētes: Pax, pax, & nō erat pax.
23 Et in Prophetis Hierusalem vidi similitu-
nem adulterantiū, & iter mendacij: & con-
fortauerunt manus pessimorū, vt non con-
uertatur vnusquisque à malitia sua.
Ibidem. Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite au-
dire verba prophetarum, qui prophetāt vo-
bis, & decipiunt vos. Visionem cordis su-
loquuntur, non de ore Domini.
Ibidem. Si stetissent in consilio meo, auertissem v-
que eos à via sua mala, & à cogitationi-
suis pessimis.
Ibidem. Audiui quæ dixerūt prophetæ, prophetantes
in nomine meo mendacium, dicētes: Som-
niaui, somniaui. Vsquequo istud est in cor-
de prophetarum vaticinantiū mendacium,
& prophetantium seductiones cordis sui?
Thren.2. Prophetę tui viderunt tibi falsa & stulta, nec
aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad
pœnitentiam prouocarent.
Ezech.22 Prophetæ autem eius liniebant eos absque
temperamēto, videntes vana, & diuinantes
ei mendacium.

Scito.

Scitote Iſraël ſtultum prophetam inſanū virum ſpiritualem. Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei eius. *Oſeæ 9.*

Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna & prodigia. Nolite credere. *Matt. 24.*

Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli, ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. *2. Cor 11*

Videte ne quis vos decipiat per philoſophiā & inanem fallaciam, ſecundū traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum. *Coloſ. 2.*

Fuerunt verò & pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in vobis erunt magiſtri mendaces, qui introducent ſectas perditionis, & eum qui emit eos, Deum negant. *2. Pet. 2.*

Hoc primùm ſcientes, quòd venient in nouiſſimis diebus illuſores. 3

Factis ſe produnt.

Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego nō præcepi illi vt diceret, interficietur. *Deut. 18.*

Sacerdos & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignorauerūt iudicium. *Eſa. 28.*

Prophetæ eius veſani, viri infideles. *Soph. 3.*

Attendite à falſis prophetis. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? *Matt. 7.*

Pœnam super se inducunt.

Deut. 13 Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur, quia locutus est vt auerteret vos à Domino Deo vestro, qui redemit vos de domo seruitutis.

Esa. 9. Propheta docens mendacium, ipse est cauda.

Ierem. 14 Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi. In gladio & fame consumentur prophetæ illi; & populi, quibus prophetant, erunt proiecti in viis Hierusalem, præ fame & gladio.

23 Propheta namq; & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum, dicit Dominus. Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellentur & corruent in ea: afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus.

Ibidem. Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea, vnusquisque à proximo suo.

28 Et dixit Hieremias propheta, Audi Anania, nõ misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio. Idcirco dicit Dominus: Ecce, ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris, aduersus enim Dominum locutus es.

Ezech. 13 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium; ideo ecce ego ad vos, & erit manus mea super prophetas qui vident vana, & diuinant mendaciũ, in consilio populi mei nõ erunt,

& in

& in ſcriptura domus Iſraël non ſcribētur, nec in terra Iſraël ingrediētur: eò quòd deceperint populum meum, dicētes: Pax, pax, & non eſt pax.

Hæc dicit Dominus Deus: Super prophetas qui ſeducunt populum meum, qui mordēt dentibus ſuis, & prædicant pacem, & ſi quis non dederit in ore eorum quippiā, ſanctificant ſuper eum præliū. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione. *Mich.* 3.

PROVIDENTIAE DIVINAE GENERALITAS.

NVbes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perābulat. *Iob* 22.

Quis præparat coruo eſcam ſuā, quādo pulli eius clamant ad Deum vagantes, eò quòd non habeant cibos? 39

Dominus regit me, & nihil mihi deerit. *Pſal.* 22.

Homines & iumenta ſaluabis Domine. 35

Lætentur & exultent Gentes: quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. 66

Quoniam puſillū & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus. *Sap.* 6.

In manu enim illius & nos & ſermones noſtri & omnis ſapientia. 7

Attingit ergo à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. 8

Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum, quæ feciſti. 11

Tua autē, pater, prouidentia ab initio cūcta gubernat. 14

Nónne

Matt. 10 Nõnne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt.

Act. 17. In ipso enim viuimus & mouemur & sum'.

1. Pet 5. Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.

Æquitas in remuneratione bonorum.

Iob 5. Nihil in terra sine causa fit.

Sap. 11. Sed omnia in mensura & numero & pondere dispofuisti.

Matt. 20 Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere?

In punitione malorum.

Iob 36. Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis ex legislatoribus.

Sap. 12. Non enim est alius Deus, quàm tu, cui cura est de omnibus, vt ostendas quoniam non iniustè iùdicas iudicium.

Ibidem. Cùm ergo sis iustus, iustè omnia disponis. Virtus enim tua iustitiæ initium est.

Esa. 10. Nunquid gloriabitur securis cõtra eum, qui secat in ea, aut exaltabitur serra cõtra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuãtem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est.

Imperscrutabilitas ob tribulationem bonorum.

Iob 9. Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit

Psal. 144. Iustus Dominus in omnibus viis suis.

Eccle. 8. Et intellexi, quòd omniũ operũ Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum, quæ fiunt

fiunt sub sole, quanto plus laborauerit ad quærendũ, tanto minus inueniat; etiã si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in 9
manu Dei, & tamẽ nescit homo vtrũ amore, an odio dignus sit: sed omnia in futurũ seruantur incerta, eò quòd vniuersa æquè eueniãt iusto, & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti.

Sicut bonus, sic & peccator; vt periurus, ita qui verum deierat.

Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole sunt, quia eadem cunctis eueniunt.

Vsqueque Domine clamabo, & nõ exaudies? *Abac. 1.*
vociferabo ad te, vim patiens, & non saluabis? Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se?

Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & *Ibidem.*
ad iniquitatem respicere nõ poteris. Quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiorem se?

Prosperationem malorum.

Veruntamen quia non sunt in manu eorum *Iob 21.*
bona, consilium eorum longè sit à me.

Quid gloriaris in malitia? *Psal. 51.*

Et erue me de manu filiorũ alienorũ. Quorũ 143
filij sicut nouellæ plãtationes. Filiæ eorum compositæ. Promptuaria eorũ plena. Oues eorum fœtosæ. Nõ est ruina maceriæ Beatum dixerunt populum cui hæc sunt, beatus populus cuius Dominus Deus eius.

Vni-

Prou.16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoq; ad diem malum.

Eccle.7. Hæc quoq; vidi in diebus vanitatis meæ. Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua.

Eccli.3. Altiora te ne quæsieris: non enim est tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt oculis tuis videre.

Ierem.12. Iustus quidẽ tu es Domine, si disputem tecum: veruntamẽ iusta loquar ad te: Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus, qui præuaricantur & iniquè agunt?

Ibidem. Plantasti eos, & radicem miserunt; proficiũt & faciunt fructum. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.

Malac.2. Laborare fecistis Dñm in sermonib⁹ vestris. In eo quòd dicitis: Omnis qui facit malũ, bonus est in conspectu Domini, & tales placent ei; aut certè: Vbi est Deus iudicij?

Prouidentia humana.

Deut.32. Gens absq; consilio est, & sine prudẽtia. Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Prou.1. Frustra autem iacitur rete ante oculos pẽnatorum.

19 Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.

22 Callidus videt malum, & abscondit se, paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia.

27 Astutus vidẽs periculũ, abscõditur; simplices perrumpunt, & damnũ accipiunt.

Eccle.7. In die bona fruere bonis, & malum diẽ præcaue.

Sap.9. Cogitationes enim mortaliũ timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ.

PVNI-

PVNITIO DIVINA FIT *quandoque per angelos.*

FActum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinq; millia. *4.Reg.19*

Confestim percussit eum Angelus Domini, eò quòd non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus, expirauit. *Act.12.*

Per homines.

Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est. In manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei, mandabo illi vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit: sed ad conterendum erit cor eius. *Esa.10.*

Et erit, cùm impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur. *Ibidem.*

Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: & merces non est reddita ei, neq; exercitui eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce, ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Aegypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & erit merces exercitui illius, & diripiet spolia eius. *Ezech.29*

Punitio malorum necessaria.

Exod. 22. Maleficos non patieris viuere.

Num. 25. Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israël

Eccle. 12. Impiis & peccatoribus reddet vindictam.

Apoc. 2. Noui opera tua & fidem, & charitatē tuam, & ministerium, & patientiam, & opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetam, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis.

Ordinata.

Deut. 24. Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus: sed vnusquisque pro peccato suo morietur.

27 Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis.

Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

Eccls. 33. Verùm sine iudicio nihil facias graue.

Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrùm, primus in illam lapidem mittat.

19 Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi datum tibi esset desuper, ait Dominus Pilato.

1. *Tim.* 5. Testor coram Deo & Christo Iesu, & electis angelis, vt hæc custodias.

Fructifera.

Prou. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam.

Liuor vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris. *Prou 20.*
Mulctato pestilēte sapientior erit paruulus. 21
Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. *1.Tim.5.*

PVSILLANIMITAS VITVPERABILIS.

EXpectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate. *Psal.54.*
Noli esse pusillanimis in animo tuo. *Eccle.7.*
Dicite pusillanimes, confortamini, & nolite timere. *Esa.35.*
Consolamini pusillanimes. *1.Thes.5*

QVAERENDVS DEVS CELERITER.

LAetetur cor quærentiū Dominum: quærite Dominum, & confortamini: quærite faciem eius semper. *Psal.104*
Quærite Dominum dū inueniri potest, inuocate eum dum propè est. *Esa.55.*
Quæramus & reuertamur ad Dominum. *Thren.3.*
Quærite Dominum omnes mansueti terræ, quia iudicium eius estis operati. Quærite iustum, quærite mansuetum, si quo modo abscondamini in die furoris Domini. *Soph.2.*

Cordialiter.

Cumq; quęsieris ibi Dominū Deum tuum, inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. *Deut.4.*
Præbete igitur corda vestra, & animas vestras, vt quæratis Dominū Deum vestrum. *1.Pa.22.*
In toto corde meo exquisiui te. *Psal.118.*

Prou.28. Qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.

Sap.1. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum.

Esa.21. Si quæritis quærite.

Amos 5. Quærite bonum, & non malum, vt viuatis.

Phil.2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.

Vtiliter.

1.Pa.28 Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum.

2.Pa.15. Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo. Si quæsieritis eum, inuenietis: si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos.

Psal.68. Quærite Deum, & viuet anima vestra.

69 Exultēt & lętētur in te omnes, qui quęrūt te.

Eccle.2. Quoniam pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata. & protector est omnib⁹ exquirētibus se in veritate.

Esa. 45. Non dixi semini Iacob frustrà, Quærite me.

65 Quæsierunt me qui antè non interrogabāt, inuenerunt qui non quæsierunt.

Ierem.29. Cùm quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis, ait Dominus.

Amos 5. Quærite me & viuetis. Quęrite Dominum, & viuite.

Matt.7. Quærite & inuenietis.

RECIDIVATIO SOCORditer committitur.

Prou.26. SIcut canis qui reuertitur ad vomitū suū: sic imprudens qui iterat stultitiā suam.

Ierem.2. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas.

Si

Si enim quæ destruxi, iterum hæc reædifico, prævaricatorem me constituo. *Galat. 2.*

Impossibile enim est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonũ Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam. *Hebr. 6.*

Si enim refugientes coinquinationes mũdi, in cognitione Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superãtur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitam retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est in sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij: Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. *2. Pet. 2.*

Grauiter punitur.

Væ vobis qui amisistis patientiam, deseruistisque rectis itineribus, ad praua diuertistis. *Eccli. 2.*

Sed & si cõuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatẽ, ponam offendiculum coram eo: in peccato suo morietur. *Ezech. 3.*

Cũ autẽ immũdus spirit⁹ exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærẽs requiẽ & nõ inuenit. Tũc dicit: Reuertar in domũ meã vnde exiui. Et veniens, inuenit eã vacãtem, scopis mundatam & ornatam. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. *Matt. 12.*

Salubriter relinquitur.

Ioan. 5. Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

8 Vade & iam amplius noli peccare. (in illo

Rom. 6. Si mortui ſumus peccato, quomodo viuem

1. *Cor.* 15 Euigilate iuſti, & nolite peccare.

REDEMPTIONIS A PECCATIS ORTVS.

Pſal. 18. DOmine adiutor meus & redēptor me⁹.

110 Redemptionem miſit Dn̄s populo ſuo.

129 Quia apud Dominū miſericordia, & copioſa apud eū redemptio. Et ipſe redimet Iſraël ex omnibus iniquitatibus eius.

Eſa. 50. Ecce enim in iniquitatib⁹ veſtris vēditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtrā, quia veni & nō erat vir, vocaui & nō erat qui audiret. Nūquid abbreuiata & paruula facta eſt manus mea, vt nō poſſim redimere? aut non eſt in me virtus ad liberādum?

Modus.

Eſa. 52. Solue vincula colli tui captiua filia Siō. Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.

Apoc. 5. Dignus es Domine accipere librum, & aperire ſingula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.

Fructus.

Eſa. 52. Gaudete & laudate ſimul deſerta Hieruſalem, quia cōſolatus eſt Dominus populum ſuum, redemit Hieruſalem.

Tit. 2. Qui dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate.

RE-

REGNVM DEI GRATIOSE PROPONITVR.

SImile eſt regnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen. *Matt.13*

Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis. *Ibidem.*

Simile eſt regnum cælorũ theſauro abſcondito in agro. Iterum: Simile eſt regnũ cælorum homini negotiatori. Iterum: Simile eſt regnum cælorũ ſagenæ miſſæ in mare. *Ibidem.*

Ecce regnum Dei intra vos eſt. *Luc.17.*

Non enim in ſermone eſt regnũ Dei, ſed in (virtute. *1.Cor.4.*

Deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo, & (patri. 15

Virtuosè percipitur.

Quærite ergo primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius. *Matt.6.*

A diebus autẽ Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 11

Simile eſt regnum cælorum homini patrifamiliâs. Cõuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineã ſuam. 20

Calicem quidem meum bibetis, ſedere autem ad dexteram meam, vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo. *Ibidem.*

Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum Filij dilectionis ſuę, in quo habemus redemptionem & remiſſionem peccatorum. *Coloſ.1.*

Nam ſi commortui ſumus; & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus. *2.Tim.2*

Vitiosè negligitur.

Matt.8. Dico autem vobis, quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cũ Abraham, & Isaac, & Iacob, in regno cælorum: filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores.

21 Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedẽt vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioãnes in via iustitię, & nõ credidistis ei; publicani & meretrices crediderunt ei.

22 Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

Ibidem. Intrauit autem rex, &c.

25 Simile est regnum cælorum decem virginibus, &c.

Luc 14. Homo quidã fecit cœnã magnã, & vocauit multos. Et misit seruũ suum hora cœnę dicere inuitatis vt venirent, quia parata sunt omnia. Et cœperũt simul omnes excusare.

1.Cor.6. An nescitis, quia iniqui regnũ Dei non possidebũt? Nolite errare: neq; fornicarij, neque idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.

Fructuosè stabilitur.

Dan. 2. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternũ non dissipabitur.

Luc. 1. Et dabit illi Dominus Deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternum, & regni eius non erit finis.

REGNVM TERRENVM *consilio firmatur.*

AB vno sensato inhabitabitur patria, & à tribus impiis deseretur. *Eccli. 16.*

Ipse mutat tempora, & ætates, transfert regna atque constituit. *Dan. 2.*

Peccato dissipatur.

Rex insipiẽs perdet populum suũ, & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentiũ. *Eccli. 10.*

Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finem. Sedes ducum superborum destruit Deus, & sedere facit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefacit Deus, & plantat humiles ex ipsis gentibus. *Ibidem.*

Terras gentium euertit Dominus, & perdit eas vsque ad fundamentum. Arefactas aufert, & disperdit eas, & delet de terra memoriam earum. *Ibidem.*

Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt, confidentes suę virtuti, & non pepercit peregrinationi illorum, sed percussit eos, & execratus est eos præ superbia verbi illorum. Non misertus est illis gentem totam perdens, & extollentem se in peccatis suis. 16

Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur: quia transgressi sunt reges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. *Isa. 24.*

Propter hoc maledictio vorabit terram. *Ibidem.*

Ibidem. Commotione cõmouebitur terra, agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis. Et grauabit eam iniquitas ſua, & corruet, & non adiiciet vt reſurgat.

Ierem. 48 Et erit cor fortium Moab in die illa ſicut cor mulieris parturientis: Et ceſſabit Moab eſſe populus, quoniam contra Dominum gloriatus eſt.

50 Illaqueaui te, & capta es Babylon, & neſciebas; inuenta es & apprehenſa, quoniã Dominum prouocaſti.

Ibidem. Cõſiſtite aduerſus eam per gyrum, & nullus euadat: reddite ei ſecundũ opus ſuũ: iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia contra Dominũ erecta eſt, aduerſum ſanctum Iſraël.

Amos 9. Ecce oculi Domini ſuper regnum peccans, & conteram illud à facie terræ.

RESVRRECTIO GENERALIS
ſacra Scriptura comprobatur.

Iob 19. SCio quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum (Saluatorem meum.)

2. *Ma.* 7. E cælo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges nunc hęc ipſa deſpicio, quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero.

12 Niſi eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & vanum orare pro mortuis.

Matt. 22. De reſurrectione mortuorũ nõ legiſtis quod dictum eſt à Deo, dicente vobis: Ego ſum

Deus

Deus Abrahã, Deus Isaac, & De⁹ Iacob. Nõ est De⁹ mortuorũ, sed viuentiũ. (bro Moysi?
De mortuis quod resurgant, nõ legistis in li- *Mar.12.*
Quia resurgant mortui, & Moyses ostendit *Luc.20.* secus rubum, sicut dicit Dominum, Deum Abraham, Deũ Isaac, & Deũ Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed viuorum. Omnes enim viuunt ei.
Omnes quidẽ resurgem⁹, sed nõ omnes im- *1.Cor.15* mutabimur. In momẽto in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.
Et hi omnes testimonio fidei probati, nõ ac- *Hebr.11.* ceperunt repromissionem, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.
Quidã Epicurei & Stoici philosophi differe- *Act.17.* bant cũ eo, & quidã dicebãt: Quid vult seminiuerbius hic dicere? Alij verò, Nouorũ dæmoniorum videtur annũtiator esse, quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis.
Sadducæi dicunt non esse resurrectionem *23* mortuorum; neque Angelum, neque spiritum: Pharisæi verò confitentur vtraque.

Diuina potentia consummatur.

Viuent mortui, interfecti mei resurgent. *Esa.26.*
Ecce ego aperiam tumulos vestros, & edu- *Ezech.37* cã vos de sepulchris vestris, populus meus, & inducam vos in terram Israël.
Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua *Ioan.5.* omnes qui in monumẽtis sunt, audiẽt vocẽ filij Dei. Et procedẽt qui bona fecerunt, in

resurrectionem vitæ: qui verò mala egerūt, in resurrectionem iudicij.

6 Hæc est enim volūtas eius, qui misit me, Patris, vt omne quod dedit mihi, nó perdā eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.

11 Ego sum resurrectio & vita.

Rom.8. Quòd si Spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.

1.Cor.15 Nūc Christus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium. Quoniam quidē per hominem mors, & per hominē resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

2.Cor.4. Scientes quoniā qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & cōstituet vobiscum.

1.Thes.4. Si credimus, quòd Iesus mortuus est & resurrexit; & Deus eos, qui dormierūt per Iesum, adducet cum eo.

Pro meritorum conditione variatur.

Dan.12. Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternā, alij in opprobrium, vt videant semper.

Ibidem. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiā erudiūt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Rom.6. Si cōplantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.

1.Cor.15 Sed dicet aliquis: Quomodo resurgent mortui? quali autem corpore venient? Insipiés, tu

tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur.

Stella enim differt à ſtella in claritate. Sic & reſurrectio mortuorum. *Ibidem.*

Noſtra conuerſatio in cælis eſt: vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Phil. 3.*

Cùm autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. *Coloſ. 3.*

Scimus quoniam, quum apparuerit, ſimiles ei erimus. *1. Ioan. 3.*

SABBATHVM A DEO SANCTIFICATVR.

ET benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo. *Gene. 2.*

Requies Sabbathi ſanctificata eſt Domino. *Exod. 16.*

Videte vt ſabbathum meũ cuſtodiatis, quia ſignum eſt inter me & vos. 31

Inſuper & ſabbatha mea dedi eis, vt eſſent ſignum inter me & eos: & ſcirent quia ego Dominus ſanctificans eos. *Ezech. 20*

A bono benè obſeruatur.

Memento vt diem Sabbathi ſanctifices: Sex diebus operaberis. Septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui eſt: nõ facies in eo omne opus, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui eſt intra portas tuas. *Exod. 20*

Sex diebus operaberis, ſeptimo die ceſſabis arare & metere. 34

Sex diebus facietis opus, dies ſeptimus, quia *Leuit. 23.*

ſabba-

sabbathi requies est, vocabitur sancta. Omne opus non facietis in eo.

Ibidem. A vespere vsq; ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra.

Deut.5. Obserua diem sabbathi, vt sanctifices eum. Non facies in eo quicquam operis.

Esa.58. Si auerteris à sabbatho pedē tuū, facere voluntatē tuā in die sancto meo, & vocaueris sabbathū delicatū, & sanctū Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum nō facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem; tunc delectaberis super Dño, & sustollā te super altitudines terræ.

Ierem.17 Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbathi. Sanctificate diem sabbathi.

Ibidem. Si audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis in die sabbathi, & si sanctificaueritis diē sabbathi, ne faciatis in eo omne opus, ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes sedentes super solium Dauid, & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum.

Matt.12. Itaque licet sabbathis benefacere.

Mar.2. Sabbathum propter hominem factum est, & non homo propter sabbathum. Itaque Dominus est Filius hominis etiam sabbathi.

Luc.6. Interrogo vos, si licet sabbathis benefacere an malè; animam saluā facere, an perdere?

13 Hypocritæ, vnusquisque vestrum sabbatho non soluit bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit adaquare?

A mali

A malo malè violatur.

Sex diebus facietis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus, qui fecerit opus in eo, occidetur. *Exod.* 35.

Colligens ligna ſabbatho, præcepto Domini lapidatus fuit. *Num.* 15

Dies veſtri conuertentur in lamentationē & luctum. *Tob.* 2.

Neomeniam & ſabbathum, & feſtiuitates alias non ferā, iniqui ſunt cœtus veſtri: Calendas veſtras & ſolennitates veſtras odiuit anima mea. *Eſa.* 1.

Si non audieritis me, vt ſanctificetis diē ſabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ieruſalē in die ſabbathi, ſuccendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ieruſalem. *Ierem.* 17

Odi & proieci feſtiuitates veſtras, & non capiam odorem cœtuum veſtrorum. *Amos* 5.

Et conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum. 8

SACERDOS BONVS DEVM PIE HONORAT.

Sacerdotes, qui accedunt ad Dominū, ſanctificentur, ne percutiam eos. *Exod.* 19.

Portabit Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſraël, in cunctis muneribus & donariis ſuis. 28

Facies & labium æneum cum baſi ſua ad lauandū. Et miſſa aqua lauabunt in eo Aaron & filij eius manus ſuas & pedes, quādo ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij. 30

Accede ad altare, & immola pro peccato tuo. *Leuit.* 9.

Offer

Offer holocaustū (ait Moses Aaroni) precare pro te & pro populo.

10 Sanctificabor in his qui appropinquā[illegible]

21 Sancti erunt Deo suo, & non polluēt n[illegible] eius. Incēsum enim Domini, & panes sui offerent, & ideo sancti erunt.

22 Omnis homo qui accesserit de stirpe [illegible] ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtu[illegible] filij Israël Domino, in quo est immu[illegible] tia, peribit coram Domino.

1.Reg.2. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, [illegible] iuxta cor meum & animam meam faci[illegible]

Malac.2. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, dedi ei timorē, & timuit me, & à facie [illegible] minis mei pauebat.

Hebr.5. Omnis pōtifex ex hominib⁹ assumptus, [illegible] hominibus constituitur in his quæ sun[illegible] Deū, vt offerat dona & sacrificia pro pe[illegible]

Seipsum congruè ordinat in victu.

Leuit.10 Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonij, ne moriamini.

Tit.1. Oportet episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, nō superbum, non iracundum, non vinolentum.

Gestus

Psal.131. Sacerdotes tui induantur iustitia.

Esa.52. Mundamini, qui fertis vasa Domini.

Ezech.44 Et viduam & repudiatam, non accipiēt vxores: sed virgines de semine domus Israël.

1.Tim.5. Teipsum castum custodi.

2.Tim.2. Iuuenilia desideria fuge, sectare vero iustitiam,

tiam, fidem, spem & charitatē, & pacē cum his qui inuocant Dominum de corde puro.

Proximum bene ædificat verbo.

Et nunc fratres quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda illorum erigite. *Iudith 8.*

Et populum meum docebunt quid sit inter sanctū & pollutum, mundū & immundum ostendent eis: Et quū fuerit cōtrouersia, & stabunt in iudiciis meis, & iudicabunt. *Ezech. 44.*

Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirēt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. *Malac. 2.*

Parati semper ad satisfactionē omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe, & fide, sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam, vt in eo quod detrahunt de vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo cōuersationem. *1. Pet. 3.*

Exemplo.

Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. *1. Cor. 4.*

Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia. *2. Cor. 6.*

Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium. *1. Tim. 4.*

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum. *Tit. 2.*

Sacer-

Sacerdos bonus ad officium ritè vocatur.

Sic Aaron à Deo fuit vocatus, & per Moysen consecratus.

Exod.28. Applica ad te Aaronem fratrem tuum c. filiis suis de medio filiorum Israël, vt cerdotio fungantur mihi.

30 Aaronem & filios eius vnges, sanctificabis eos, vt sacerdotio fungantur mihi.

40 Applicabis Aaronē & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua ind sanctis vestib⁹, vt mihi ministrēt, & vn eorū in sacerdotium sempiternū profi

Leuit.8. Quum sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, brumque cum basi sua sanctificauit ol Quod fundens super caput Aaronis, vn eum, & consecrauit.

Ibidem. Quem cùm immolasset Moyses, sumens sanguine eius (arietis immolati) tetigit tremum auriculæ dextræ Aaronis, & p licē manus eius dextræ, similiter & pedis.

Ibidem. De ostio tabernaculi nō exibitis septē die. Septem enim diebus finitur consecratio.

21 Homo de semine tuo, per familias (suas) habuerit maculam, non offeret panes D suo, nec accedet ad ministerium eius, si c cus fuerit, aut claudus, aut gibbosus, aut vitiato oculo. Ego Dñs, qui sanctifico eos.

1. Mac.4. Elegit sacerdotes sine macula, *voluntatem* habentes in lege Dei, & mundauerunt templum, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.

Huius

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. *Tit.1.*

Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo. *Hebr 5.*

Cum cõstituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros, commendauerũt eos Dño. *Act.14.*

A bonis debitè honoratur.

Emit Ioseph omnẽ terrã Aegypti, vendẽtib[9] singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitq; eã Pharaoni, & cunctos populos eius, præter terrã sacerdotũ, quæ à rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur. *Gene.47.*

Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, morietur. *Deut.17.*

Presbytero humilia animam tuam. *Eccle.4.*

In tota anima tua time Deũ, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eũ qui te fecit, & ministros ei[9] ne derelinquas. 7

Honorifica sacerdotes. Da illis partem, sicut mãdatũ est tibi: Primitiarũ & purgationis. *Ibidem.*

Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. *1. Tim. 5.*

Plenè à Deo remuneratur.

Omnes primitiæ quas offerunt filij Israël, ad sacerdotem pertinent: & quicquid in sanctuariũ offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. *Num.5.*

Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filiis Israël, tibi tradidi & filiis tuis, pro officio sa- 18

cerdotali, legitima sempiterna.

Ibidem. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos. Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israël.

Deut.10. Quamobrem non habuit Leui partem neq; possessionem cum fratribus suis, quia ipse Dominus possessio eius est.

Eccli.45. Cæterum inter gentes non hæreditabit. Ipse enim est pars eius.

Ezech.44 Non erit eis hæreditas: ego hæreditas eorũ. Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent, & omne votum Israël ipsorum erit. Et primitiua omniũ primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt.

Zach.3. Si in viis meis ambulaueris, & custodiã meã custodieris, tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea.

Sacerdos malus ambitiosè se ingerit.

Leuit.10 Arreptis Nadab & Abiu filij Aaronis thuribulis suis, imposuerunt ignem & incensum desuper offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat.

2 Egressusq; ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino.

17 Homo quilibet de domo Israël si occiderit bouem aut ouem siue capram in castris, vel extra castra, & non obtulerit ad ostiũ tabernaculi oblationẽ Domino, sanguinis reus erit. Ideo sacerdoti offerre debent filij Israël hostias suas.

Num.16. Core ambitiosus cum suis interiit.

Refer virgam Aaronis in tabernaculum te- 17
stimonij, vt seruetur ibi in signū rebellium
filiorum Israël, & quiescant querelæ eorum
à me, ne moriantur.

Si quis externus accesserit, occidetur. 18

Hieroboā thus super altare suum iaciēs, per 3. Reg. 13
Prophetam à Deo missum increpatus est.

Ozias rex lepra percussus fuit, eò quòd offi- 2. Pa. 26.
cium sibi vsurpare voluit sacerdotis.

Quia cōtra illum steterunt alieni. Vidit Do- Eccli. 45.
minus Deus, & non placuit illi, & consum-
pti sunt in impetu iracundiæ.

Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus? Ierem. 2.
& tenentes legem nescierunt me, & pasto-
res præuaricati sunt in me.

Proximum scandalosè inficit.

Sacerdotes eius contempserunt legē meam, Ezech. 22
& polluerūt sanctuaria mea. Inter sanctum
& prophanum non habuerunt distantiam,
& inter pollutum & mundum non intelle-
xerunt.

Semetipsum opprobriosum reddit.

Coronas aureas habent super capita sua dij Bar. 6.
illorum: vnde subtrahunt sacerdotes ab eis
aurū & argentū, & erogāt illud in semetip-
sis. Dant autē & ex ipso prostitutis, & mere-
trices ornant; & iterū quum receperint il-
lud à meretricibus, ornant deos suos.

Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne Osea 4.
sacerdotio fungaris mihi. Et erit sicut po-
pulus, sic sacerdos.

Audite hoc sacerdotes, & attendite domus 5

Israël, & domus regis auscultate iudicium quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum subter Thabor, & victimas declinastis in profundum.

Ioel.1. Accingite vos & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris. Ingredimini cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium & libatio.

Mich.3. Sacerdotes eius in mercede docebant.

Soph.3. Sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniustè egerunt contra legem.

Malac.1. Ad vos, ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus? Offertis super altare meum panem pollutum.

Ibidem. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra.

2 Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactū Leui. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege.

Sacerdotium spirituale.

Exod.19. Si audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi peculium de cūctis populis. Mea est enim omnis terra. & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.

Esa.61. Vos Sacerdotes Domini vocabimini: ministri Dei nostri, dicetur vobis.

1.Pet.2. Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta,

sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.

Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnũ & sacerdotes Deo patri suo. *Apoc. 1.*

Et fecisti nos Deo nostro regnũ, & sacerdotes; & regnabimus super terram. *5*

SALVS SPIRITVALIS

quomodo acquiratur.

Domine De⁹ clamaui ad te, & sanasti me. *Psal. 29.*
Sana animam meam, quia peccaui tibi. *40*

Qui sanat contritos corde. *146*

Ecce Deus noster iste, expectabimus eum, & saluabit nos. *Esa. 25.*

Israël saluatus est in Domino salute æterna. *45*

Deus iustus & saluans non est præter me. *Ibidem.*

Sana me Domine, & sanabor: saluũ me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es. *Ierem. 17*

Et saluabo eos in Domino Deo suo. *Osea 1.*

Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eã. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. *Matt. 16.*

Ad quid requiritur.

Salus animæ in sanctitate iustitiæ, melior est omni auro. *Eccli. 30.*

Qui inuenit animam suam, perdet eam. *Mat. 10.*

Qui enim voluerit animam, &c. Quid enim proficit homini, si lucretur totum mundũ, se autem ipsum perdat? *Luc. 9.*

Qui amat animã suã, perdet eam: & qui odit animã suã, in vitam ęternam custodit eam. *Ioan. 12.*

Salus corporalis mirabiliter commendatur.

Eccli.30. Et melius est corpus validum, quàm cen immensus. Nullæ diuitiæ meliores sunt sanitate corporis.

Salubriter conseruatur.

Deut.28. Insuper & omnes languores, & plagas, quæ nõ sunt scriptæ in volumine legis huius, inducet Dominus super te, donec te conterat.

Eccli.30. Iucunditas cordis hæc est vita hominis. Tristitiam longè expelle à te. Multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Zelus & iracundia minuent dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus.

31 In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.

Ioan.5. Ecce sanus factus es, iam noli peccare.

SANCTITAS GRATIOSE A DEO DATVR.

Leuit.22. NE polluatis nomen meum sanctum. Ego Dominus qui sanctifico vos.

1.Thes.5. Ipse Deus pacis sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.

Hebr.10. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel.

13 Propter quod & Iesus, vt sãctificaret per suũ sanguinem populũ, extra portam passus est.

1.Ioan.3. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

Studiose in bono ordinatur.

Exod.19. Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras,

eras, lauentque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium.

Descendit Moses de monte ad populum, & sanctificauit eum. Cumque lauissent vestimenta sua, ait ad eos: Estote parati in diem tertiũ, & ne appropinquetis vxoribus vestris. *Ibidem.*

Homo sensatus in sapientia manet sicut sol. *Eccli.27.*

Sanctifica eos in veritate. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. *Ioan.17.*

Propter quod succincti lumbos mentis, sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam. *1.Pet.1.*

Fructuosè in nobis conseruatur.

Sancti eritis, quia ego sanctus sum. *Leuit.11.*

Sancti estote, quia sanctus ego sum Dominus Deus vester. 19

Sanctificamini, & estote sancti. 20

Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à cæteris populis, vt essetis sancti. *Ibidem.*

En Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris. *Deut.26.*

Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. *1.Thes.4.*

Sanctus sanctificetur adhuc. *Apoc.22.*

SAPIENTIA DIVINA.

Est in illa spiritus intelligentiæ sanctus, vnicus, multiplex. *Sap.7.*

Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. *Ibidem.*

Fons sapiẽtiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. *Eccli.1.*

Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. 24

1.Cor.1. Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.

Vera à Deo acquiritur.

Deut.33 Et qui appropinquant pedibus eius, accipi. de doctrina illius.

3.Reg.3. Quia postulasti verbũ hoc, & non petisti tibi dies (ait Dñs Salomoni) multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorũ: sed postulasti tibi scientiã ad discernendum iudicium: ecce feci tibi secundũ sermones tuos

Iob 28. Sapientia vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium.

Ibidem. Trahitur sapientia de occultis.

Psal.70. Quoniam non cognoui literaturã, Deus docuisti me à iuuentute mea.

118 Super inimicos meos prudentem me fecisti.

Prou 1. Timor Domini principium sapientiæ.

2 Fili mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te, vt audiat sapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, si quæsieris eã quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tũc intelliges timorem Domini, & scientiã Dei inuenies: quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia.

9 Principium sapientiæ timor Domini.

Eccle.10. Si retusum fuerit ferrum, & hoc nõ vt prius; sed hebetatum fuerit; multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia.

In

In maleuolam animã nõ introibit ſapiẽtia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *Sap.1.*

Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapiẽtia; & facilè videtur ab his, qui diligunt eã, & inuenitur ab his qui quærunt illã. Præoccupat qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. 6

Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapiẽtię. 7

Cùm ſit vna, omnia poteſt: & in ſe permanẽs, omnia innouat: & per nationes in animas ſanctas ſe transfert. *Ibidem.*

Omnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum. *Eccli.1.*

Effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecundum datum ſuũ, & præbet illam diligentibus ſe. *Ibidem.*

Fili, concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. *Ibidem.*

Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam; & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. 6

Non erudietur, qui non eſt ſapiens in bono. 21

Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu, ſapientiam percipiet: quia ſapientia replebitur. 38

Sapientiam omnium antiquorũ exquiret ſapiẽs, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit. 39

Omnia Dominus fecit, & piè agentibus dedit ſapientiam. 43

Ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia. *Eſa.48.*

Baru. 3. Quis ascendit in cælum, & accepit eam & eduxit eam de nubibus? Quis transfre[t] mare, & inuenit illam? Non est qui p[ossit] scire vias eius.

Dan 2. Sit nomen Domini benedictum à secul[o] vsque in seculum, quia sapientia & fort[itu]do eius sunt.

Ibidem. Ipse reuelat profunda & abscondita, & no[uit] in tenebris constituta; & lux cum eo est.

Matt. 11 Confiteor tibi pater Domine cæli & te[rræ] quia abscondisti hæc à sapientibus & pr[u]dentibus, & reuelasti ea paruulis.

A stulto despicitur.

Prou. 1. Sapientiam atq; doctrinam stulti despiciu[nt].

Sap. 3. Sapientiam & disciplinam qui abiicit, in[fe]lix est.

Eccle. 6. Quàm aspera est valde imperitis sapient[ia], nullus enim excors perdurat apud eam

Esa. 27. Non est enim populus sapiēs, propterea non miserebitur eius, qui fecit eum.

Osea 4. Et populus non intelligens vapulabit.

A bono exquiritur, quia bene ordinatur ad Dom.

Deut. 4. Hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuersa præcepta hæc, dicant: En populus sapiens & intelligens, gens magna.

Iob 28. Et dixit homini: Ecce timor Domini, ipsa est sapientia; & recedere à malo, intelligentia.

Prou. 3. Habe fiduciā in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.

14 Sapiens timet, & declinat à malo.

Sap. 6. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit.

bit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa, sensus est consummatus.

Neminē diligit Deus, nisi eū qui cū sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior sole. 7

Initium sapientiæ timor Domini. *Psal. 110.*

Radix sapiētiæ est, timere Deum, & rami illius longæui. *& Eccli. 1.*

Sapientia & disciplina, timor Domini. *Ibidem.*

Beatus vir qui in sapientia morabitur. *Ibidem.* 14

Et nō est sapientia, nequitiæ disciplina: & nō est cogitatus bonus, peccatorum prudentia. 19

Cōsummatio timoris Dei, sapiētia & sensus. 21

Sapiens non odit mandata & iustitias. 33

Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominū qui fecit illū, & in conspectu Altissimi deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum, & in oratione confitebitur Domino. 39

Videte fratres, quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. *Ephes. 5.*

Estote prudentes, & vigilate in orationibus. *1. Pet. 4.*

Erga seipsum.

Ne sis sapiens apud temetipsum. *Prou. 3.*

Sapientia callidi, est intelligere viam suam, & prudentia stultorum errans. 14

In facie prudentis lucet sapientia. 17

Sciētia sapiētis tanquā inundatio abūdabit. *Eccli. 21.*

Dico per gratiā, quæ data est mihi: Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. *Rom. 12.*

Ibidem. Nolite esse prudentes apud vosmetip[...]

16 Volo vos sapientes esse in bono, & sim[...] in malo.

1.Cor.3. Si quis videtur inter vos sapiens esse i[...] seculo, stultus fiat, vt sit sapiens.

Adproximum, verbo.

Prou.27. Stude sapiētiæ, fili mi, & læ[t]ifica cor me[...] vt possis exprobranti respōdere sermo[...]

Eccle.8. Tempus & responsionem cor sapientis [in]telligit.

10 Verba oris sapientis, gratia.

Eccli.4. In lingua sapientia dignoscitur, & sensu[s] doctrina, & scientia in verbo sensati.

20 Sapiens in verbis seipsum amabilem fac[...]

Ibidem. Sapiens in verbis producet seipsum, & h[...] prudens placebit magnatibus.

Ibidem. Sapientia abscondita, & thesaurus inui[...] quæ vtilitas in vtrisque? Melior est qu[i ce]lat insipientiam suam, quàm qui absc[ondit] sapientiam suam.

21 Os prudentis quæritur in Ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis.

37 Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum, laudabunt.

1.Cor.1. Quia in omnibus diuites facti estis in om[ni] verbo, & in omni scientia.

Opere.

Prou.10. Sapiens corde præcepta suscipiet.

12 Via stulti recta in oculis eius; qui autem sa[...]piens est, audit consilia.

Eccle.8. Sapientia hominis lucet in vultu eius.

Eccli.18. Homo sapiens in omnibus metuit, & in di[e]bu[s]

bus delictorum attendit ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiam, & inuenienti eam dabit confessionem.

Disciplinam in pace conseruate filij. 41

Quis sapiēs & disciplinatus inter vos? Ostē- *Iacob. 3.* dat ex bona conuersatione operationem in mansuetudine sapientiæ.

Decorat in bonis gratiæ.

Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui *Prou. 3.* affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti, primi & purissimi fructus eius. Pretiosior est cunctis opibus:& omnia quæ desiderātur, huic non valent comparari.

Si sapiens fueris, tibimetipsi eris. 9

Hoc plus habet eruditio & sapientia, quòd *Eccle. 7.* vitam tribuunt possessori suo.

Super salutem & speciē dilexi illam, & pro- *Sap. 7.* posui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerūt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius.

Mitte illā de cælis sanctis tuis, & à sede ma- 9 gnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret: vt sciam quid acceptum sit apud te. Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potentia.

Ornamentum aureum prudenti doctrina, & *Eccli. 21.* quasi brachiale in brachio dextro.

Est sapiēs animæ suæ sapiens, & fructus sen 37 sus illius laudabilis.

Ibidem. Sapiens in populo hæreditabit honorem: nomen illius erit viuens in æternum.

In bonis naturæ.

Prou.1. Qui me audierit, absque terrore requie & abundantia perfruetur, timore malo: sublato.

2 Si intrauerit sapientia cor tuum, & scien animæ tuæ placuerit, consiliũ custodiet & prudentia seruabit te, vt eruaris à via ma la, & ab homine qui peruersa loquitur.

3 Gloriam sapientes possidebunt.

8 Melior est sapientia cunctis opibus pre: tiosissimis, & omne desiderabile ei non pot compatari.

24 Vir sapiens & fortis est: & vir doctus, robu stus & validus.

Eccle.7. Vtilior est sapientia cum diuitiis, & mag prodest videntibus solem.

Ibidem. Sapientia confortauit sapientẽ, super decẽ principes ciuitatis.

Sap.8. Et si diuitiæ appetuntur in vita, quid sapien tia locupletius, quæ omnia operatur?

Ibidem. Habeo propter hanc claritatem ad turbas & honorem apud seniores.

Sapientia mala siue mundana Deum prouocat.

Eccli.19. Melior est homo qui minuitur sapientia, & deficiẽs sensu in timore Dei, quàm qui abũ dat sensu, & transgreditur legem Altissimi.

Esa.5. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & co ram vobismetipsis prudentes.

29 Claudet oculos vestros, prophetas & princi pes vestros; qui vident visiones, operiet.

Qui

Qui dat secretorū scrutatores quasi nō sint. 40
Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixi- 47
sti: Non est qui videat me. Sapientia tua, & scientia tua hæc decepit te.

Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? *Ierem. 8.*

Nō alta sapiētes, sed humilibus cōsentiētes. *Rom. 12.*

Perdam sapientiā sapientium, & sapientiam prudentium reprobabo. Nónne stultā fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. *1. Cor. 1.*

Peccatum multiplicat.

Non est sapientia nequitiæ disciplina, & non est cogitatus bonus, peccatorum prudentia. Est nequitia, & in ipsa execratio: & est insipiens, qui minuitur sapientia. Est solertia certa, & ipsa iniqua. *Eccli. 19.*

Sapientes sunt, vt faciant mala; bene autem facere nescierunt. *Ierem. 4.*

Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. *Rom. 1.*

Prudentia carnis mors est: Prudentia autem spiritus, vita & pax. Quoniam sapiētia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. 8

Scientia inflat, charitas verò ædificat. Si quis autem se existimat aliquid scire, nondū cognouit, quemadmodū oporteat eum scire. *1. Cor. 8.*

Proximum molestát.

Sic Achitophel consilia contra Dauid dedit Absaloni, cùm dicit:

Ingre-

2.Reg.16 Ingredere ad concubinas patris tui, quas misit vt custodirēt domum, vt cùm audierit omnis Israël, quòd odiosus factus patri tuo; roborabuntur manus omnium qui tecum sunt.

Luc.16. Filij huius seculi prudentiores filiis lucis generatione sua sunt.

Iacob.3. Quòd si æmulationem amaram habetis, & contentionem in corde vestro, nolite gloriari,& mendaces esse aduersus veritatem.

Ipsum hominem infamat.

Prou.26. Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habet insipiens.

28 Sapiens pauper scrutabitur diuitem.

Eccli.21. Non erudietur, qui non est sapiens in bono. Est autē insipientia quæ abundat in malo.

Ierem.51 Stultus factus est omnis homo à scientia.

1.Cor.3. Sapiētia huius mūdi stultitia est apud Deū.

SCRIPTVRA, SACRA IN *veritate radicatur.*

Prou.8. IVsti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid neque peruersum; recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiam.

30 Omnis sermo Dei ignitus, clypeús est omnibus sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius, ne te redarguat, inueniarísque mendax.

Luc.16. Habent Mosen & prophetas, audiant illos.

Ioan.3. Amen amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur; & quod vidimus, testamur; & testimonium nostrum non accipitis.

Sermo

Sermo tuus veritas est. *Ioan.17.*

Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius. 21

De qua salute exquisierũt atq; scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi, prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias quibus reuelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem administrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderant Angeli prospicere. *1.Pet.1.*

Non voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. *2.Pet.1.*

Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ. *Apoc.22.*

Ad bonitatem adhortatur.

In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. *Psal.118.*

Memor esto verbi tui seruo tuo. Hæc me consolata est. *Ibidem.*

Mandatum lucerna est, & lex lux: vitæ verò via, correptio & castigatio. *Prou.6.*

Cũ prophetia defecerit, dissipabitur popul[9]. 29

Respicite quoniã non mihi soli iaboraui, sed & omnibus exquirentibus disciplinam. *Eccli.33.*

Ierem. 36 Tolle volumen libri, & scribes in eo o[illegible] verba quæ locutus sum tibi aduersu[illegible] raël & Iudam, & omnes gentes.

Luc. 11. Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauẽ sci[illegible] tiæ, ipsi non introistis, & eos qui intro[illegible] prohibuistis.

16 Si Mosen & Prophetas non audiunt, neq[illegible] si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Ioan. 5. Si crederetis Mosi, crederetis forsitã & mi[illegible] de me enim ille scripsit. Si autẽ illius litte[illegible] nõ creditis, quomodo verbis meis credetis

1. *Cor.* 10 Hæc omnia in figura cõtingebant illis: scri[illegible] pta sunt autem ad correptionem nostram.

2. *Tim.* 3. Omnis Scriptura diuinitùs inspirata, vtil[illegible] est ad docendum, ad arguendum.

Act. 17. Qui susceperunt verbum cum omni auidi[illegible] tate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæ[illegible] ita se haberent.

18 Vehemẽter Iudæos reuincebat publicè, ostẽ[illegible] dens per scripturas, esse Christum Iesum.

2. *Pet.* 1. Habemus firmiorem propheticũ sermonem cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elu[illegible] cescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris.

3 Hanc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in cõ[illegible] monitione synceram mentẽ, vt memores sitis eorum quæ prædixi verborum à san[illegible] ctis prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini & Saluatoris.

Virtuosis manifestatur.

Psal. 118. Bonitatẽ & disciplinã, & scientiam doce me.

Qui

Qui quærit legē, replebitur ab ea, & qui insi *Eccli.32.*
diosè agit, scandalizabitur ab ea.

Vobis datum est nosse mysterium regni cæ- *Matt.13.*
lorum, illis autem non est datum.

Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & san- 16
guis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui
in cælis est.

Vobis datum est nosse mysteriū regni Dei, *Luc.8.*
cæteris autem in parabolis, vt videntes non
videant, & audientes non intelligant.

O stulti & tardi corde ad credendū in om- 24
nibus, quæ locuti sunt prophetæ. Et inci-
piens à Mose, & omnibus prophetis inter-
pretabatur illis in omnibus Scripturis quæ
de ipso erant. (Scripturas.

Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent *Ibidem.*

Scrutamini Scripturas. *Ioan.5.*

Si quis voluerit voluntatem eius facere, co- 7
gnoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit.

Vitiosis obuelatur.

Tu Daniel claude sermones, & signa librum *Dan.12.*
vsque ad tempus statutum: Plurimi per-
transibunt, & multiplex erit scientia.

Vade Daniel, quia clausi sunt signatique ser- *Ibidem.*
mones vsque ad tempus. Et impiè agent
omnes impij, neque intelligent omnes im-
pij: porrò docti intelligent.

Ego rogabo Patrem, & aliū Paracletum da *Ioan.14.*
bit vobis spiritum veritatis.

Scimus quòd lex spiritualis est. *Rom.7.*

Nos autē nō Spiritū huius mūdi accipimus, *1.Cor.2.*
sed Spiritum, qui ex Deo est: vt sciamus

quæ à Deo donata sunt nobis, quę & l
mur non in doctis humanæ sapientiæ
bis, sed in doctrina Spiritus, spiritualia
ritualibus comparantes.

Ibidem. Animalis homo non percipit ea, quæ
Spiritus Dei: Spiritualis autem iudicat
nia: & ipse à nemine iudicatur. No
sum Christi habemus.

14 Spiritus loquitur mysteria.

2. Cor. 3. Litera occidit, Spiritus autem viuificat.

4 Si etiam opertum est Euangelium nostrum
in iis qui pereunt, est opertum, in qui
Deus huius sæculi excæcauit mentes infi
lium, vt non fulgeat illuminatio Euang
lij gloriæ Christi, qui est imago Dei.

10 In captiuitatem redigentes omnem intel
ctum, in obsequium Christi. (deu

2. Tim. 2 Stultas autem & sine disciplina, quæstio

3 Semper discentes, & nunquam ad scientiam
veritatis peruenientes.

2. Pet. 1. Hoc primum intelligentes quòd omnis pro-
phetica scriptura non sit priuatæ interpre-
tationis.

SEMEN DIVINI VERBI
saluificum, sapienter seminatur. (sium.

Matt. 13 *Mar. 4.* *Luc. 8.* Ecce, exiit qui seminat, seminare semen
Simile est regnum cælorum homini qui
seminauit bonum semen in agro suo.

Fraudulenter deprauatur.

Matt. 13 Cũ dormirent homines, venit inimicus eius
& superseminauit zizania in medio tritici,
& abiit. Cùm autem creuisset herba, & fru-
ctum

ctum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

Zizania, sunt filij nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, diabolus est. *Ibidem.*

Differenter acceptatur.

Dum seminat, quædã ceciderunt secus viã, & venerũt volucres cæli, & comederunt ea. *Ibidem.*

Qui seminat, verbum seminat. *Mar. 4.*

Semen, est verbum Dei. *Luc. 8.*

Terra sæpe super se venientem bibens imbrem, & germinans herbam opportunã illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo, proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. *Hebr. 6.*

Prudenter segregatur.

Mittite falces; quoniam maturauit messis, quia multiplicata est malitia eorum. *Ioel. 3.*

Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. *Matt. 9.*

Serui dixerunt ei: Vis eamus, & colligamus ea? Et ait: Non. Sinite vtraq; crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicã messoribus: Colligite primum zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum. 13

Messis verò consummatio est seculi. sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur: sic erit in cõsummatione seculi huius. *Ibidem.*

Nónne vos dicitis, quòd adhuc quatuor mẽses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui me- *Ioan. 4.*

tit, mercedem accipit, & cõgregat fructum in vitam æternam: vt qui seminat, simul gaudeat,& qui metit.

Ibidem. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

Semen diuini promissi honorificum.

Gen.22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: quia obedisti voci meæ.

Galat.3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit. Et seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus.

Act.3. Vos estis filij prophetarũ & testamenti quod disposuit Deus ad patres vestros, dicens ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.

Semen boni operis fructiferum.

Psal.125 Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

Prou.11. Seminanti iustitiam, merces fidelis.

Oseæ 10. Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ, innouate vobis nouale.

2.Cor.9. Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

Semen mali operis letiferum.

Iob 4. Recordare, obsecro te, quis enim vnquam innocens periit? aut quãdo recti deleti sunt? Quin potius vidi eos, qui operãtur iniquitatem,

tatem, & ſeminant dolores, & metunt eos, flante Deo periſſe.

Qui ſeminat iniquitatē, metet mala, & virga iræ ſuæ conſummabitur. *Prou. 22.*

Fili, non ſemines mala in ſulcis iniuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum. *Eccle. 7.*

Araſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis frugem mendacij. *Oſeæ 10.*

SENECTVS VIRTVOSA
à bonis honoratur.

Corā cano capite cōſurge, & honora perſonā ſenis, & time Dominū Deū tuū. *Leuit. 19*

In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. *Iob 12.*

Corona dignitatis ſenectus, quæ in viis iuſtitiæ reperitur. *Prou. 16.*

Dignitas ſenum canicies. 20

Senect⁹ venerabilis eſt, nō diuturna, neq; annorū numero cōputata: Cani ſūt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis, vita immaculata. *Sap 4.*

Ne ſpernas hominē in ſua ſenectute, etenim ex nobis ſeneſcunt. *Eccli. 8.*

Quàm ſpecioſum caniciei iudicium. Quàm ſpecioſa veteranis ſapientia, & glorioſus intellectus & conſilium. Corona ſenum multa peritia, & gloria illorum timor Dei. 25

Tu loquere, quæ decent ſanam doctrinam: Senes vt ſobrij ſint, pudici, prudentes, ſani in fide, in dilectione, in patientia. *Tit. 2.*

A Deo remuneratur.

Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi. *Pſal. 91.*

Corona ſenum filij filiorum. *Prou. 17*

Vitiosa reprobatur.

Eccli.25. Tres species odiuit anima mea, pauperem superbum & diuitem mendacem; & senem fatuum, & insensatum.

Esa.65. Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

Dan.13. Egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicib⁹, qui videbantur regere populum.

Ibidem. Inueterate dierum malorum.

SERVITVS DIVINA *singularis.*

Deut.6. & 10. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies.

3.Reg.18 Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum.

Matt.4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

6 Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnũ odio habebit, & alterum diliget, aut vnũ sustinebit, & alterum contemnet.

Colos.3. Domino Christo seruite.

Virtualis.

1.Reg.12 Dixit Samuel ad populum: Nolite timere, vos fecistis vniuersum malum hoc: veruntamen nolite recedere à tergo Domini: sed seruite Domino in omni corde vestro.

Ibidem. Timete Dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro.

1.Pa.28 Tu Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo volũtario.

Psal.2. Seruite Domino in timore.

99 Seruite Domino in lætitia.

Seruus tuus ſum ego, da mihi intellectum. 118
Ecce ſicut oculi ſeruorũ. Sicut oculi ancillæ. 138
Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſti- *Eccli. 2.*
tia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

Seruus meus es tu, elegi te, & non abieci te. *Eſa. 41.*

Quis veſtrùm habens ſeruum, arantem aut *Luc 17.*
paſcentem boues, qui regreſſo de agro dicat illi: Statim tranſi & recumbe; & non dicit: Para quod cœnẽ, & præcinge te, & miniſtra mihi, donec manducem & bibam, & poſthæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto.

Sic & vos cùm feceritis omnia, quæ præce- *Ibidem.*
pta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus: quod debuimus facere, fecimus.

Liberati à peccato ſerui facti eſtis iuſtitiæ. *Rom. 6.*
Humanum dico, propter infirmitatẽ carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nũc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

Nunc ſoluti ſumus à lege mortis, in qua de- 7
tinebamur: ita vt ſeruiamus in nouitate Spiritus, & non in vetuſtate literæ.

Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti. *1. Cor. 4.*

Nõ eſtis veſtri. Empti enim eſtis pretio ma- 6
gno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

Cùm liber eſſem ex omnibus, omnium me 9
ſeruum feci: vt plures lucrifacerem.

2.Cor.6. In omnibus exhibeamus nosmetipsos Dei ministros, in multa patientia.

2.Tim.2. Nemo militãs Deo implicat se negociis secularibus, vt ei placeat, cui se probauit.

Hebr.12. Regnũ immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia.

Act.20. Vos scitis à prima die, qua ingressus sum Asiam, qualiter vobiscũ per omne tẽpus fuerim, seruiens Deo cum omni humilitate.

Salutaris.

Psal.96. Custodit Dominus animas seruorum.

101 Filij seruorum tuorum habitabunt, & semen eorum in seculum dirigetur.

142 Perdes omnes, qui tribulãt animam meam, quoniam seruus tuus ego sum.

Esa.52. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde.

Rom.6. Nunc liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.

Seruus malus profectum Domini negligit.

Iob 21. Quis est omnipotens, vt seruiamus ei?

Matt.25. Qui vnũ acceperat, abiens, fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui.

Rom.16. Huiuscemodi Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri.

Malum pœnæ incurrit.

Matt.24 Si dixerit malus seruus in corde suo, Morã facit Dominus meus venire: & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis, veniet Dominus serui illius

illius in die qua nō ſperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis.

Ille ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & non fecit ſecundum voluntatē eius, vapulabit multis: qui autem non cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis. *Luc.12.*

Seruitus peccati in ſe vitioſa.

Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. *Ioan.8.*

An neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. *Rom.6.*

Libertatem illis promittētes, quum ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. *2.Pet.2.*

Homini damnoſa.

Seruus non manet in domo in æternum. *Ioan.8.*

Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius. *Rom.6.*

Quum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors eſt. *Ibidem.*

Seruitus humana oneroſa.

Euigilās Noë ex vino, quū didiciſſet quę fecerat ei filius ſu⁹ minor, ait: Maledict⁹ puer Chanaan, ſeruus ſeruorū erit fratribus ſuis. *Gene.9.*

Duæ gētes ſūt in vtero tuo, & duo populi (ait Dominus Rebeccę) ex tuo vētre diuidētur. Populusq; populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. *25*

Eme

47 Eme nos in seruitutem regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore, redigatur terra in solitudinem.

Prou. 12. Manus fortium dominabitur; quæ autem remissa est, tributis seruiet.

1. Cor. 7. Pretio empti estis, nolite fieri serui hominũ.

Seruus bonus fideliter operatur.

Prou. 14. Filio doloso nihil erit boni; seruo autem sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius.

17 Seruus sapiens dominabitur filiis stultis.

Eccle. 10. Seruo sensato liberi seruient.

Ephes. 6. Serui obedite dominis carnalibus cũ timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculũ seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi.

Colos. 3. Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & nõ hominibus, scientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis.

1 Tim. 6. Quicunq; sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contẽnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti.

Tit. 2. Seruos dominis suis subditos esse, in omnib' placentes, nõ contradicentes, nõ fraudãtes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes.

Admo-

Admone illos principibus & potestatibus 3 subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse.

Serui subditi estote in omni timore dñis, nõ 1.Pet.2. tantum bonis & modestis, sed etiã discolis.

A domino suo utiliter remuneratur.

Acceptus est regi minister intelligens. Prou.14.

Vides vt prompti ad gerendum negotia in 22 aulis regum ministrant, & non apud priuatos aut obscuros.

Non lædas seruum in veritate operantẽ, nec Eccle.7. mercenarium dantem animam suam.

Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima Ibidem. tua: non defraudes illum in libertate, neque inopem derelinquas illum.

Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima 33 tua; si læseris eũ iniustè, in fugã cõuertetur.

Et vos domini eadem facite illis, remittentes Ephes.6. minas, scientes quia illorum & vester Dominus est in cælis: & personarum acceptio non est apud eum.

Dñi, quod iustũ est & æquũ, seruis præstate, Colos.4. scientes quoniã & vos Dñm habetis in cęlo.

Seruus malus oscitanter operatur.

Cibaria, & virga, & onus asino: Panis & di- Eccli.33. sciplina, & opus seruo. Operatur in disciplina, & quærit requiescere; laxa manũ illius, & quærit libertatem.

A domino decenter coarctatur.

Seruus verbis non potest erudiri, quia quod Prou.29. dicis, intelligit: & respondere contemnit.

Qui delicatè à pueritia sua nutrit seruũ suũ, Ibidem.

postea

postea sentiet eum contumacem.

Eccli. 33. Iugum & lorum ceruicem subigunt, & seruum inclinant operationes assiduæ. Seruo maleuolo tortura & compedes: mitte illum in operationem, ne vacet. Multam enim malitiam docuit otiositas. In opera constitue eum, sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit suis, curua illum compedibus. … [note: see below]

Eccli. 33. Iugum & lorum ceruicem subigunt, nervi & tormenta seruum malitiosum. Mitte illum in opus, ne vacet: otium enim multa vitia docuit. Adige eum ad opus quod officium eius postulat: Quòd si non obaudierit suis, graua illum compedibus.

SIMONIA BONIS SPIRITVALIBVS ABVTITVR.

Matt. 10 GRatis accepistis, gratis date.

Act. 8. Quum vidisset Simon quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, vt cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniã donum Dei existimasti pecunia possideri.

Pœnis grauibus percutitur.

4. Reg. 5. Nunc igitur accepisti argentum, sed & lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

Act. 8. Non est tibi pars neque sors in sermone isto: Cor enim tuum non est rectũ coram Deo. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.

SIMPLICITAS IN BONO PERFICITVR.

Iob 1. VIr erat in terra Hus nomine Iob. Et erat vir ille simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo.

Nun-

Nunquid considerasti seruum meum Iob, *Ibidem.*
quòd non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus?

Fortitudo simplicis, via Domini. *Prou. 10.*

Iustitia simplicis diriget viam eius. 11

Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum. *Sap. 1.*

Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. *Matt. 6.*

Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 10

Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. *Rom. 16.*

A Domino respicitur.

Deus non proiiciet simplicem. *Iob 8.*

Qui ambulat simpliciter, ambulat cõfidẽter. *Prou. 10.*

Abominabile cor prauum, & voluntas eius in his qui simpliciter ambulant. 11

Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios relinquet. 20

Qui ambulat simpliciter, saluus erit. 28

Vir duplex animo, inconstãs est in omnibus viis suis. *Iacob. 1.*

SOMNIORVM CONSIDERATIO VANA.

Multas curas sequuntur somnia. *Eccle. 5.*

Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri. Tu verò Deum time. *Ibidem.*

Somnia extollunt imprudentes. Quasi qui apprehendit vmbrã, & persequitur ventum: sic qui attendit ad visa mendacia. Ante faciem hominis similitudo alterius hominis. *Eccle. 34.*

Obser-

Obseruatio prophana.

Leuit. 19 Nō augurabimini, nec obseruabitis som
Eccls. 34. Et sicut parturientis cor tuum phātasias
titur, nisi ab Altissimo fuerit emissa visi
tio, ne dederis in illis cor tuum: multos
nim errare fecerunt somnia, & exciderū
sperantes in illis.

SPES IN DEO ESSE DEbet *singularis.*

Gene. 49. SAlutare tuum expectabo Domine.
Iudith 6. Quoniā nō derelinquis qui spē in te coll
carunt; sua verò virtute gloriātes deprimis.
Iob 13. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.
Prou. 3. Habe fiduciā in Domino ex toto corde tuo.
16 Qui sperat in Domino, beatus est.
Eccle. 2. Qui timetis Dominum, sperate in illū, & in
oblectationem veniet vobis misericordia.
11 Confide in Deo, & mane in loco tuo. Facile
est in oculis Dei subitò honestare pauperē.
Esa. 33. Domine miserere nostri, te enim expectaui-
mus; esto brachium nostrū in mane, & salus
nostra in tempore tribulationis.
Ierem. 17 Benedictus vir qui confidit in Domino: &
erit Dominus fiducia eius.
Thren. 3. Pars mea Dominus; dixit anima mea, pro-
pterea expectabo eū Bonus est Domin' spe-
rantibus in illum, animæ quærenti illum.
Mich. 7. Ego ad Dominum aspiciā, expectabo Deum
Saluatorem meum, audiet me Deus meus.

Virtualis.

Psal. 5. Lætentur omnes qui sperant in te Domine.
9 Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum.

Expe-

Expecta Dominē, viriliter age. 26
Viriliter agite, & confortetur cor vestrū, omnes qui speratis in Domino. 30
Sapientiam qui abiicit & disciplinam, infelix est, & vacua est spes illorum. *Sap.3.*
Metuētes Dominū sustinete misericordiam eius, & ne deflectatis ab illo, ne cadatis. *Eccli.2.*
In semita iudiciorū tuorū Domine sustinuimus te: nomen tuū & memoriale tuū in desiderio animę. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. *Esa.26.*
Spe salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, nō est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. *Rom.8.*
Spe gaudentes. 12
Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spē, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam; & incedentē vsq; ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum. *Hebr.6.*

Vtilis, conferens bonum.

Sperantem in Dn̄o misericordia circūdabit. *Psal.31.*
Beatus vir cuius est nomen Dn̄i spes eius. 39
Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra. 61
Mihi adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam. 72
Qui sperat in Domino, saluabitur. *Prou.28.*

Sap.3. Si coram hominibus tormēta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est.

Ibidem. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem

Eccli.2. Crede Deo, & recuperabit te, & dirige viam tuam, & spera in illum.

14 Felix, qui non habuit animæ suæ tristitiam, & non excidit à spe sua.

Esa.30. In silentio & spe erit fortitudo vestra. Beati omnes qui expectant Dominum.

49 Scies quia ego Dominus, super quo nō confundentur qui expectant eum.

57 Qui fiduciam habet mei, hæreditabit terrā, & possidebit montem sanctum meum.

1.Mac.2 Omnes qui sperant in eum, nō infirmantur.

Hebr.6. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est Deum mentiri, fortissimum solatium habeamus, *vt suprà.*

10 Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.

1.Ioan.2. Et hæc est repromissio, quam pollicitus est nobis vitam æternam.

Auferens malum.

Psal.15. In Domino sperans non infirmabor.

26 Si exurgat aduersum me prælium, in Domino sperabo.

27 Dominus adiutor meus & protector.

32 Ecce oculi Domini super metuentes eum, vt eruat à morte animas eorum.

33 Redimet Dominus animas seruorū suorū.

Filij hominum in tegmine alarum tuarum 35
sperabunt.

Spes quæ differtur, affligit animam, lignum Prou.13.
vitæ desiderium veniens.

Desiderium si cōpleatur, delectat animam. Ibidem.

Si desperaueris lapsus, in die angustiæ mi- 24
nuetur fortitudo tua.

Bonus Dominus, & confortans in die tribu- Nahū 1.
lationis, & sciens sperantes in se.

Spes in seipso miserabilis.

Qui confidunt in virtute sua. Frater non re- Psal.48.
dimit, redimet homo.

Qui confidit in diuitiis suis, corruet. Prou.11.

Qui cōfidit in corde suo, stultus est. (tuum. 28

Perditio tua Israël: tantūmodo in me auxiliū Osea 13.

Ipsi in nobisipsis responsum mortis habui- 2.Cor.1.
mus, vt non simus fidentes in nobis, sed in
Deo qui suscitat mortuos.

Quia dicis quòd diues sum, & locupletatus, Apoc.3.
& nullius egeo, & nescis quia tu es miser, &
miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

In proximo vituperabilis.

Da nobis auxilium de tribulatione, quia va- Psal.59.
na salus hominis.

Nolite confidere in principibus, neque in fi- 145
liis hominum in quibus non est salus.

Væ filij desertores, dicit Dominus, vt facere- Esa.30.
tis consilium, & non ex me: & ordiremini
telam, & non per spiritum meū, vt adderе-
tis peccatum super peccatum, qui ambula-
tis, vt descendatis in Aegyptū, & os meum
non interrogastis, sperantes auxilium in

fortitudine Pharaonis, & habētes fiduciam in vmbra Aegypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam.

Non fuerūt in auxilium & in aliquā vtilitatem, sed in confusionem & in opprobrium.

31 Væ qui descendūt in Aegyptū ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt: & super equitibus, quia prȩualidi nimis: & non sunt confisi super sanctum Israël, & Dominum non requisierunt.

Ibidem. Dominus inclinauit manum suā, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium.

Ierem. 2. Ab Aegypto confunderis, sicut confusa es ab Assur.

17 Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suū, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit quū venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili.

48 Fugite, saluate animas vestras, & eritis quasi myricæ in deserto. Pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris.

Ezech. 29. Pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israël, quando apprehenderunt te manu, & confractus es: ecce ego adducam super te gladium meum, & interficiam de te hominem & iumentum.

Hebr. 10. Habētes fratres fiduciā in introitu sanctorū in

in ſanguine Chriſti, qui initiauit nobis viã nouam & viuentẽ, per velamen, id eſt, carnem ſuam, & ſacerdotẽ magnum ſuper domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. Fidelis eſt enim qui repromiſit.

Spes impiorum abominabilis.

Spes hypocritæ peribit. *Iob 8.*
Oculi impiorum deficient, & effugiũ peribit ab eis, & ſpes illorum abominatio animæ. 11
Spes impiorum peribit. *Prou 10.*
Non habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum extinguetur. 24
Spes impij tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tãquam fumus, qui à vento diffuſus eſt. *Sap. 5.*
Ingrati ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & more inutilis aquæ diffluet. 16
Vana ſpes & mendacium viro inſenſato. *Eccli. 34.*
Non eſt qui inuocet iuſtitiam, neque eſt qui iudicet verè, ſed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates. *Eſa. 59.*

TEMPLVM SPIRITVALE

virtute decoratur.

SAnctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate. *Pſal. 64.*
Neſcitis quia templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? *1. Cor. 3.*
An neſcitis quoniam membra veſtra tẽplum 6

sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo,& non estis vestri?

2.Cor.6. Qui consensus templo Dei cum idolis? Vos estis templum Dei viui. Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dñs.

Ephes.2. Iam nō estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu: In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in tabernaculum Dei in Spiritu sancto.

Act.17. Deus qui fecit mundum,& omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ cùm sit Dominus, non in manufactis templis habitat.

Iniquitate fœdatur.

1.Cor.3. Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctū est, quod estis vos.

2.Cor.13 An nō cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Iesus in nobis est, nisi fortè reprobi estis.

Templum materiale.

Diuinis mysteriis dedicatur.

Exod 25. Facient mihi sanctuariū, & habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinē tabernaculi, quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius.

Ibidem. Inde præcipiam,& loquar ad te.

29 Ibi præcipiam filiis Israël, & sanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo vt tabernaculum testimonij cum altari, & Aaron cum

cum filiis suis, vt sacerdotio fungantur mihi. Et habitabo in medio filiorum Israël.

Assumpto vnctionis oleo, vnges tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificetur altare holocausti, & omnia vasa eius. 40

Non facietis ita Dño Deo vestro, sed ad locũ quẽ elegerit Dñs De⁹ vester, venietis, & offeretis in loco illo victimas, & holocausta. *Deut. 12.*

Quæ sanctificaueris & voueris Domino, tolles; & venies ad locum quẽ elegerit Dominus, & offeres oblationes tuas. *Ibidem.*

Stetit Salomon ante altare Domini. *3. Reg. 8.*

Quis poterit præualere, vt ædificet ei dignã domum? Si cælum & cæli cælorum capere eum nequeunt, quantus ego sum, vt possim ei ædificare domum? Sed ad hoc tantum, vt adoleatur incensum coram illo. *2. Par. 2.*

6 Ergóne credibile est vt habitet Deus cũ hominibus super terram? Si cælum, & cęli cęlorum non te capiunt, quãto magis domus ista, quam ædificaui?

Ad hoc tantùm facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius, Domine Deus meus. *Ibidem.*

Holocausta eorum & victimæ placebũt mihi super altari meo, quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. *Esa. 56.*

66 Cælum sedes mea, & terra scabellum pedum meorum, dicit Dominus.

A bonis hominibus veneratur.

Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. *Psal. 5.*

Psal. 65. Introibo in domum tuam in holocaustis.
131 Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.

Eccle. 4. Custodi pedem tuum ingrediēs domū Dei, & appropinqua vt audias.

Agg. 1. Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum, & intulistis parum. Comedistis, & non estis saturati: bibistis, & non estis inebriati.

Ibidem. Respexistis ad amplius, & ecce, factū est minus: & intulistis in domum, & exufflaui in illud.

Ibidem. Quia domus mea deserta est, & vos festinastis vnusquisq; in domū suam. Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli, ne darent rorem; & terra prohibita est, ne daret germen suum.

Luc. 2. Saluator Iesus cùm esset duodecim annorū, in templo sedens in medio doctorum, inuentus est: ibique frequenter docuit.

A malis violatur.

Leuit. 19. Et sanctuariū meū metuite, ego Dominus.

Ierem. 7. Nunquid spelūca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris?

Osea 9. Propter malitiam adinuētionum eorum de domo mea eiiciam eos.

Matt. 21 Mar. 11. Luc. 19. Intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vēdentium columbas, euertit, & dicit eis: Domus mea, domus orationis vocabitur; vos autem feci-

fecistis illam speluncam latronum.

Propè erat Pascha Iudęorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo vendentes oues & boues & colũbas, & nummularios sedentes. Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de tẽplo, dicens: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. *Ioan. 2.*

TEMPVS FRVCTVOSE EXPENDENDVM.

OMnia tempus habẽt & suis spaciis transeunt vniuersa sub cælo. *Eccle. 3.*

Omni negocio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio. 8

Fili, conserua tempus, & deuita à malo. *Eccli. 4.*

Priusquam moriaris, in amicum esto beneficus, & pro eo quod potes manum illi dando porrige. 14

Non defrauderis à die bono, & particula bonæ diei non te prætereat. *Ibidem.*

Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spacium peccandi. 15

Videte fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus. *Ephes. 5.*

Superstitiosè non obseruandum.

Facto vespere dicitis, Serenum erit, rubicundum est enim cælum. Et mane, Hodie tẽpestas, rutilat enim triste cælum. *Matt. 16*

Non est vestrûm nosse tempora vel momẽta, quæ pater posuit in sua potestate. *Act. 1.*

TENTANDVS NON EST DEVS

Deut. 6. NOn tentabis Dominum Deum tuum.
Psal. 94. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.
Luc. 4. Non tentabis Dominum Deum tuum.

Tentat Deus hominem ad sui probationem.

Gene 22. Tentauit Deus Abraham.
Ibidem. Nunc cognoui quód timeas Dominũ, & nó pepercisti vnigenito filio tuo propter me.
Deut. 13. Tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat, vtrum diligatis eum, an non.
Sap. 3. Quoniam Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se.
Eccli. 34. Qui non est tentatus, pauca nouit.

Meriti augmentationem.

Iob 1. & 2. Sic Iob permisit tentari per Satan.
Tob. 2. Sic Tobias aduersitatibus tentatus fuit.
2. Pet. 1. In quo exultatis nũc ad breue tempus afflicti in variis experimentis.

Tentat diabolus decipiendo per mendacium.

Gene. 3. Sic Euam aggressus est:
Matt. 4. Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.
Act. 5. Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, vt mentireris Spiritui sancto?

Affectum incendendo per desiderium.

Iacob. 1. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus.

Defectum inducendo per consensum.

Eccli. 2. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

Pro-

Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendum fidem vestrã, ne fortè tentauerit vos is, qui tentat; & inanis fiat labor noster. 1.Thes. 3.

Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Iacob. 4.

Sobrij estote, & vigilate. 1. Pet. 5.

TESTAMENTVM DEBITE ORDINANDVM.

Sic Abraham fecit.

Dedit Abraham cuncta quæ possederat Isaac: filiis autem cõcubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc viueret. Gene. 25.

Sic Iacob.

Finitis mãdatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectum, & obiit. 49

Sic Tobias, cùm putaret orationẽ suã exaudiri vt moreretur, vocauit ad se filium suũ, dicens: Audi, fili mi, verba oris mei, eaq; in corde tuo quasi fundamentum repone. Tob. 4.

Filio & mulieri, fratri & amico, non des potestatem super te in vita tua: & non dederis alij possessionem tuam, ne fortè te pœniteat, & depreceris pro illis. Eccli. 33.

In die consummationis dierũ vitæ tuæ, & in tẽpore exitus tui, distribue hæreditatẽ tuã. Ibidem.

Ritè obseruandum.

Fratres, secundum hominem dico, tamẽ hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. Galat. 3.

Vbi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentũ enim in mor- Hebr. 9.

tuis confirmatum est: alioqui nondum valet, dum viuit qui testatus est.

TIMOR DEI DEO PLACET.

Exod.20. NOlite timere; vt enim probaret vos, venit Deus: & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis.

Deut.6. Dominum Deum tuum timebis.

& 10. *Eccli.1.* Vnus est Altissimus, creator omnium, omnipotens & metuendus nimis.

2 Serua timorem illius, in illo veterasce.

15 Omne execramentũ erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum.

27 Si non in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua.

Esa.8. Dominum exercituum ipsum sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem.

33 Audite qui longè estis, quæ fecerim, & cognoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, possidebit timor hypocritas.

Ierem.5. Me non timebitis? ait Dominus.

Ibidem. Recesserunt & abierunt, & non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deũ nostrum, qui dat nobis pluuiam tẽporaneam, & serotinam in tẽpore suo, plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.

Malac.1. Si Dominus ego sum, vbi est timor meus?

Mat.10. Timete eum, qui potest & animã & corpus perdere in gehennam.

Luc.12. Ostendam vobis quem timeatis: Timete eũ, qui postquam occiderit, habet potestatem mit-

mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc (timete.
Noli altum sapere, sed time. *Rom. 11.*
Qui se existimat stare, videat ne cadat. *1. Cor. 10*
Timeamus ergo, ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis deesse. *Hebr. 4.*
Timete Dominum, & date illi honorem. *Apoc. 14.*
Quis nō timebit te Domine rex seculorum? 15.

Homini prodest ipsum bene ordinando.

Timete Deum, & seruite ei perfecto corde, atque verissimo. *Iosue 24.*
Seruite Domino in timore. *Psal. 2.*
Confige timore tuo carnes meas. 118
Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus idôlis suis seruientes. *4. Reg. 17.*
Time Dñm, & recede à malo. Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossib⁹ tuis. *Prou. 3.*
Timor Domini odit malum. 8.
Sapiens timet & declinet à malo. 14
Per timorē Domini declinat omnis à malo. 15
Timor Domini, disciplina sapientiæ. *Ibidem.*
In timore Domini declinatur à malo. 16
Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die, quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur. 23
Time Dominum, fili mi, & regem. 24
Beatus homo, qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum. 28
Qui timet Deum, nihil negligit. *Eccle. 7.*
Deum time, & mandata eius obserua. 12

Timor

Eccli. 1. Timor Domini expellit peccatum.

2 Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces vestra.

Ibidem. Qui timent Dominum, nō erunt incredibiles verbo illius. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt illi. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominū, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsq; ad circunspectionem illius.

7 In tota anima tua time Dominum.

15 Qui timet Deum, faciet bona.

21 Qui timet Deum, conuertetur ad cor suum.

Ibidem. Cōsummatio timoris Dei sapiētia, & sensus.

25 Timor Dei initiū dilectionis eius: fidei autem initium agglutinandum est ei.

Esa. 29. Timuerūt me mādato hominū & doctrinis.

Ierem. 32 Dabo eis cor vnum & viam vnam, vt timeāt me vniuersis diebus, & bene sit eis, & filiis eorum post eos.

Plenè remunerando.

Exod. 15. Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui: magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

Tob. 4. Noli timere, fili mi, pauperē quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

Iob 28. Timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere à malo, intelligentia.

Psal. 33. Timete Dominum omnes sancti eius.

Dedi-

Dedisti hæreditarē timentibus nomē tuum. 60

Beatus vir qui timet Dominū, potens in terra erit. Gloria & diuitiæ in domo eius. 111

Voluntatem timentium se faciet. 144

Timor Domini apponet dies. *Prou.* 10

In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit spes. Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. 14

Timor Domini ad vitam, & in plenitudine, commorabitur absq; visitatione pessimi. 19

Finis modestiæ, timor Domini, diuitiæ & gloria & vita. 22

Timor Domini gloria & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. *Eccli.* 1.

Timēti Dominum bene erit in extremis, & in die obitus sui benedicetur. *Ibidem.*

Plenitudo sapientiæ est, timere Deum.

Qui timetis Dominum, sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. 2

Semen hominum honorabitur, hoc, quod timet Dominum. 10

Oculi Domini ad timentes eum. 15

Agnoscent, qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est, quàm timor Dei. 23

Beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei. 25

Timor Dei super omnia se superposuit. *Ibidem.*

Qui timet Dominum, excipiet doctrinam eius; & qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionem. 32

Eccli. 33. Timenti Dominum non occurrent mala: sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis.

34 Qui timet Dominũ, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius. Timentis Dominum, beata est anima eius. Oculi Domini super timentes eum.

40 Facultates & virtutes exaltant cor, & super hęc, timor Domini. Non est in timore Domini minoratio. Timor Domini sicut paradisus benedictionis.

Mich. 6. Salus erit timentibus nomen Domini.

Malac. 4. Orietur vobis, timentibus nomen meum, sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, & egrediemini, & salietis, sicut vituli de armento.

Luc. 1. Misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum.

Timor humanus, vitiosus.

Iob 6. Qui timent pruinam, irruet super eos nix.

Psal. 13. Illic trepidauerũt timore, vbi nõ erat timor.

Prou. 29 Qui timet hominem, citò corruet.

Eccli. 22. Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, & sicut paleæ in excelsis, & cæmenta sine impensa posita contra faciem venti, non permanebunt: sic cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris, non resistet.

Matt. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.

Luc. 12. Dico vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc nõ habent amplius quid faciant.

1. Pet. 3. Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores

res fueritis? Timorem eorum ne timueritis, & non conturbemini.

Contemptus eius virtuosus.

Firmamentũ est Dominus timentibus eum. *Psal.24.*
Dominus illuminatio mea, & salus mea, quẽ timebo? 26
In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo. 55
Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum: Dominus enim erit in latere tuo. *Prou.3.*
Seruus meus es tu: Ne timeas, quia ego tecum sum. *Esa.41.*
Ne timeas, ego adiuui te. *Ibidem.*
Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo. Cùm transieris per aquas, tecum ero: & flumina non operient te. Cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. 43
Audite me, qui scitis iustum, populus meus, lex mea in cordibus eorum: Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam deuorabit eos tinea. 51
Quis tu vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum, ita arescet? & oblitus es Domini factoris tui, qui tetẽdit cælos, & fundauit terram. *Ibidem.*
Ne timeas à facie eorum, quia tecum ego sum, vt eruam te, dicit Dominus. *Ierem.1.*
Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Rom.8.*

Gene 42. MEritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum (Christum) videntes angustias animæ illius, dũ nos precaretur, non audiuimus, idcirco venit hæc afflictio super nos.

Exod.1. Quanto magis opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant.

Num.31. Omne, quod potest transire per flãmas, igne purgabitur.

1.Reg.22 Conuenerunt ad Dauid (Christum) omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno (à diabolo) & amaro animo: & factus est eorum princeps.

2.Pa.28 Tempore angustiæ suæ auxit Achaz contemptum in Dominum.

Nehe.9. Cùm requieuissent, reuersi sunt, vt facerent malum in conspectu Domini. (Dominũ.

Ibidem. In tempore tribulationis suæ clamauerũt ad

Tob.3. Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum, qui cùm iratus fueris, *misericordiam* facies, & in tempore tribulationis peccata dimittes his, qui inuocant te.

Ibidem. Hoc habet pro certo, omnis qui colit te, quòd vita ei⁹, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur.

Ibidem. Post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis.

13 Tu Domine flagellas & saluas, deducis ad inferos, & reducis.

Ibidem. Ipse castigauit nos, propter iniquitates nostras:

ſtras: & ipſe ſaluabit nos, propter miſericordiam ſuam.

In tuo flagello vindica iniquitates noſtras. *Iudith 7.*

Nõ vlciſcamur nos pro his, quæ patimur: ſed 8 reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe flagella Domini, quibus quaſi ſerui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem eueniſſe credamus.

Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala *Iob 2.* quare non ſuſtineamus?

Nemo loquebatur ei verbum: videbãt enim *Ibidem.* dolorem eſſe vehementem.

Homo naſcitur ad laborẽ, & auis ad volatũ. 5

Beatus homo, qui corripitur à Deo: increpa- *Ibidem.* tionem ergo Domini ne reprobes, quia ipſe vulnerat & medetur, percutit, & manus eius ſanabunt.

In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſe- *Ibidem.* ptima non tanget te malum.

Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indi- 6 gnatio ebibit ſpiritum meum.

Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius 9 non me terreat.

Vtinã intelligeres quòd multò minora exi- 11 garis ab eo, quàm meretur iniquitas tua.

Domus illorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & nõ 21 eſt virga Dei ſuper eos.

Ipſe probabit me quaſi aurũ, quod per ignẽ 23 (tranſit.

Conſumpta eſt caro eius à ſuppliciis, reuer- 33 tatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.

Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus, *Ibidem.* non recepi.

Psal. 2. Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus.

4 In tribulatione dilataſti mihi.

15 Poſteaquam multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, accelerauerunt.

16 Probaſti cor meũ, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & nõ eſt inuẽta in me iniquitas.

17 Diſciplina tua correxit me in finem.

22 Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.

31 Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me.

33 Iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.

Ibidem. Multæ tribulationes iuſtorum.

49 Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & honorificabis me.

65 Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro.

Ibidem. Tranſiuimus per ignem & aquam.

82 Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.

90 Cum ipſo ſum in tribulatione.

93 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

118 Bonum mihi, quia humiliaſti me.

Prou. 3. a Diſciplinam Domini ne abiicias fili mi, nec deficias cùm ab eo corriperis: quem enim diligit Dominus, corripit, & quaſi pater in filio complacet ſibi.

17 Sicut igne probatur argentum & aurum in camino, ita corda probat Dominus.

De

De carcere catenisque interdum ingreditur *Eccle.4.*
quis ad regnũ: & alius natus in regno, ino-
pia conſumitur.

Curatio ceſſare faciet peccata maxima. 10

In paucis vexati, in multis bene diſponẽtur, *Sap.3.*
quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos
dignos ſe. Tanquam aurum in fornace pro-
bauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiã acce-
pit illos, & in tẽpore erit reſpectus eorum.

Hos quidem tanquam pater monens proba- 11
ſti: illos autem tanquam rex durus interro-
gans condemnaſti.

Cum audirent per ſua tormenta bene ſecum *Ibidem.*
agi, commemorati ſunt Dominum admi-
rantes in finem exitus.

Cùm das nobis diſciplinam, inimicos no- 12
ſtros multipliciter flagellas, vt bonitatem
tuam cogitemus.

Ad correptionem in breui turbati ſunt, ſi- 16
gnũ habẽtes ſalutis ad commemorationem
mandati legis tuæ.

Omne quod tibi applicatum fuerit, accipe, *Eccle.2.*
& in dolore ſuſtine, & in humilitate tua pa-
tientiam habe: quoniam in igne probatur
aurum & argentum, homines verò recepti-
biles in camino humiliationis.

Quoniam pius & miſericors eſt Dominus, *Ibidem.*
& remittit iñ dies tribulationis peccata.

Vaſa figuli probat fornax, & homines iuſtos 27
tentatio tribulationis.

Infirmitas grauis ſobriam facit animam. 31

Specioſa Dei miſericordia in tẽpore tribu- 35

lationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

Esa.1. Excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum.

26 Cùm feceris iudicia tua in terra, iustitiã discent habitatores orbis. Misereamur impio, & non discet iustitiam.

Ibidem. Domine in angustia requisierunt te.

28 Vexatio dabit intellectum auditui.

30 A voce Domini pauebit Assur virga percussus. Et erit transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eam.

Ierem.6. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos: quia Dominus proiecit illos.

9 Ecce ego conflabo & probabo eos.

25 Ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomẽ meũ, ego incipio affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis.

30 Castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius.

31 Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus.

46 Castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

49 Ecce, quibus non erat iudiciũ, vt biberẽt calicẽ, bibẽtes bibẽt: & tu quasi innocens relinquêris: nõ eris innocens, sed bibẽs bibes.

Bar.3. Anima in angustiis & spiritus anxius clamat ad te, audi Domine, & miserere.

Om-

Omnes isti æs & stannū, & ferrū, & plūmbū Ezech 22
in medio fornacis, scoria argenti facti sunt.
Multo labore sudatum est, & nō exiuit de ea 24
nimia rubigo eius, neque per ignem.
Eligentur & dealbabuntur, & quasi nix pro- Dan. 12.
babuntur multi.
Sepiam viam tuā spinis (ad malū) & sepiam Oseæ 2.
eam maceria, & semitas suas non inueniet.
In tribulatione sua mane consurgent ad me: 6
Venite & reuertamur ad Dominum, quia
ipse cepit & sanabit nos.
Funiculis hominum trahebam eos, & funi- 11
bus dilectionis, & fui eis, vt quispiam qui
leuat iugum sub maxilla eorum, & incli-
naui ad eos cibum.
Cùm angustiaretur in me anima mea, Do- Ionæ 2.
mini recordatus sum.
Dominus in tempestate, & in turbine viæ Nahū 1.
eius, & nebulæ puluis pedum eius.
Bonus Dominus & confortans in die tribu- Ibidem.
lationis, & in diluuio prætereunte consum-
mationem faciet loci illius.
Non consurget duplex tribulatio. Ibidem.
Afflixi te, & non affligam te vltra. Ibidem.
Vram eos, sicut vritur argentum: probabo Zach. 13.
eos, sicut probatur aurum.
Percussi vos vento vrēte, & ærugine, & grā- Aggæi 2.
dine omnia opera manuum vestrarum, &
non fuit in vobis, qui reuerteretur ad me,
dicit Dominus.
Ipse enim quasi ignis cōflans, & quasi herba Mal 3.
fullonum: & sedebit conflans, & emundans

argentum,& purgabit filios Leui,& colabit eos quasi argentum.

1. Mac. 2 Ioseph in tempore anguſtiæ ſuæ custodiuit mandatũ,& factus eſt dominus Aegypti.

2. Mac. 6 Multo tempore non ſinere peccatoribus et ſententia agere,ſed ſtatim vltiones adhibere,magni beneficij eſt indicium. Nõ enim ſicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, vt eas, cùm dies iudicij venerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis, ita demum in nos vindicet.

Ibidem. Corripiens in aduerſis populum ſuum, non dereliquit.

Ibidem. Eleazarus glorioſiſſimam magis eligẽs mortem, quàm odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad ſupplicium.

Et infra. Patienter ſuſtinens,deſtinauit non admittere illicita propter vitæ amorem.

Ibidem. Si in præſenti tempore ſuppliciis hominum eripiar, manum omnipotentis neq; viuus, neque defunctus effugiam.

Ibidem. Tu ſcis Domine, quia cùm à morte poſſem liberari,duros corporis ſuſtineo dolores;animo verò propter timorem tuum libẽter hæc patior.

7 Tu ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis, ſed ille rector mundi nos pro ſuis legibus moriẽtes ad æternã vitã denuo ſuſcitabit.

Ibidem. E cælo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges hæc ipſa deſpicio, quoniã ab ipſo me ea recepturum ſpero.

Nos

Nos propter noſmetipſos hæc patimur, peccantes in Deum noſtrum, & digna admiratione facta ſunt in nobis: tu autem ne putes tibi impune futurum, quoniam contra Deum pugnare tentaueris. *Ibidem.*

Dignus fratribus tuis effectus particeps ſuſcipe mortem, vt in illa miſeratione cũ fratribus tuis te recipiam. (*verba matris.*) *Ibidem.*

Fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato vitæ æternæ effecti ſunt. *Ibidem.*

Cœpit Antiochus à graui ſuperbia deductus ad agnitionem ſui venire, diuina admonitus plaga. 9

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. *Matt.* 5.

Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. *Ibidem.*

Qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. 10

Ego hic fame pereo: ſurgam igitur & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnũ de mercenariis tuis. *Luc.* 15.

Tradent vos in tribulationẽ, & occident vos, & eritis odio omnibus gẽtibus propter nomen meum. *Matt.* 24.

Nónne oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? *Luc.* 24.

Neque hic peccauit, neque parẽtes eius, ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. *Ioan.* 9.

Omnem palmitem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum copioſiorem afferat. 15

16 Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

Ibidem. Tristitia vestra vertetur in gaudium.

Ibidem. Mulier cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cùm autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum.

Rom. 5. Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur.

Ibid. 8. Hæredes quidē Dei, cohęredes autē Christi: si tamen cōpatimur, vt & conglorificemur.

Ibidem. Existimo, quòd non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriá quæ reuelabitur in nobis.

Ibidem. Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Ibidem. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.

Ibidem. Quis nō separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an persecutio? an periculum? an gladius?

Ibidem. Certus sum, quia neque mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; vlla creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei.

Rom. 12. In tribulatione patientes.

1. Cor. 4. Vsq; in hanc horam, & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & laboramus operantes manibus nostris.

Ibidem. Maledicimur, & benedicimus: persecutionē patimur, & sustinemus.

2. Cor. 1. Benedictus Deus qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Sicut

Sicut abundāt passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. *Ibidem.*

Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. *Ibidem.*

4 In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: deiicimur, sed non perimus: semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris.

Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. *Ibidem.*

7 Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione vestra.

8 In multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit.

11 Sustinetis si quis vos in seruitutem redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur, siquis in faciem vos cædit.

In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. *Ibidem.*

In labore, in ærumna, in vigiliis multis, in frigore & nuditate. *Ibidem.*

12 Virtus in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

Placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, *Ibidem.*

nibus, in angustiis pro Christo.

Galat.4. Quomodo tunc is qui secũdum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum; ita & nunc (malus bonos.)

Phil.1. Donatum est vobis pro Christo nõ solùm, vt in eũ credatis, sed vt & pro illo patiamini.

Colos.1. Gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo quæ desunt passionũ Christi in carne mea, pro corpore eius quod est Ecclesia.

2.Thes.1. Gloriamur pro vobis in Ecclesiis Dei, pro patiẽtia vestra in omnibus persecutionibus & tribulationibus quas sustinetis; vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini.

2.Tim.2. Si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus.

3 Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

Hebr.2. Videmus Iesum per passionem mortis gloria & honore coronatum (& martyres.)

5 Et quidem quum esset filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam.

11 Alij ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres; lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt.

Ibidem. Egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.

12 Omnis disciplina in præsenti quidem videtur nõ esse gaudij, sed mœroris. Postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ.

Ibidem. Quòd si extra disciplinã estis, cui[a] participes facti sunt oẽs: ergo adulteri & non filij estis.

Per

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. *Act. 14.*

Vincula & tribulationes me manent Ierosolymis. Sed nihil horũ vereor, nec facio animam meam pretiosiorem quàm me, dummodò consummem cursum meũ, & ministerium verbi quod accepi à Domino Iesu. 20

Ego non solùm alligari, sed & mori in Ierusalẽ paratus sum pro nomine Domini nostri Iesu Christi. 21

Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in varias tẽtationes incideritis, sciẽtes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet. *Iacob. 1.*

Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronã quam repromisit Deus diligentibus se. *Ibidem.*

In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, vt probatio fidei vestræ multo pretiosior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem & honorem in reuelationem Iesu Christi. *1. Pet. 1.*

Christus passus est pro nobis, vobis relinquẽs exemplum, vt sequamini vestigia eius. 2

Si quid patimini propter iustitiam, beati. 3

Melius est benefacientes, si velit voluntas Dei, pati, quàm malefacientes. *Ibidem.*

Christo in carne passo, & vos eadem cogitatione armamini. 4

Cõmunicãtes Christi passionib⁹, gaudete, vt in reuelatione gloriæ ei⁹ gaudeatis exultãtes. *Ibidem.*

Tem-

Ibidem. Tempus est, vt incipiat iudiciũ à domo Dei. Si autem primùm à nobis; quis finis eorũ qui non credunt Dei Euangelio?

5 In Christo Iesu modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.

2.Pet.2. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos.

Apoc.1. Ego Ioannes frater vester, & particeps in tribulatione & regno, & patientia in Christo Iesu.

7 Hi sunt qui venerũt de tribulatione magna.

12 Non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. *Vide in tit.* Patiẽtia, Persecutio, Timor.

TRISTITIA ORDINATA.

2.Cor.6. Quasi tristes, semper gaudentes.

7 Quoniam & si cõtristaui vos in epistola, non me pœnitet. Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.

Ibidem. Contristati estis secundũ Deum. Quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.

Inordinata bonum impedit.

Prou.12. Non cõtristabit iustũ quicquid ei acciderit.

15 In mœrore cordis languescit spiritus.

Eccli.7. Noli esse pusillanimis in animo tuo.

14 Fœlix qui non habuit animi sui tristitiam.

30 Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo.

Iacob.5. Tristatur aliquis vestrũm? oret: æquo animo est aliquis? psallat.

Malum

Malum inducit.

Mœror in corde viri humiliabit illũ, & ser- *Prou. 12.*
mo ne bono lętificabitur.
Spiritus tristis exiccat ossa. 17
Sicut tinea vestimento, & vermis ligno; ita 25
tristitia viri nocet cordi.
Date siceram mœrentibus, & vinum his qui 31
amaro sunt animo.
Summa plaga est mœror animi. *Eccli. 25.*
Tristitiam longè expelle à te. Multos enim 30
occidit tristitia, & non est vtilitas in illa.
A tristitia festinat mors, & cooperit virtutẽ, 38
& tristitia cordis flectit ceruicem. In abdu-
ctione permanet tristitia.
Ne dederis tristitiæ cor tuũ, sed repelle eã à te. *Ibidem.*

VERITAS FIRMITER CONSERVANDA.

Veritatem requirit Dominus. *Psal. 30.*
Ecce veritatem dilexisti. 50
Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vs- 118
quequaque.
Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, cu- *Esa. 26.*
stodiens veritatem.
Robur datũ est ei contra iuge sacrificiũ pro- *Dan. 8.*
pter peccata, & prosternetur veritas in terra.
Veritatem tantum & pacem diligite. *Zach. 8.*
Ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ *Ioan. 1.*
stetit, quia non est veritas in eo.
Veritatem facientes in charitate, crescamus *Ephes. 4.*
in illo per omnia.
Fructus lucis est in omni bonitate, & iusti- 5
tia, & veritate.

Quibus

1.Tim.6. Quibus adempta est veritas, qui existimant quæstum esse pietatem.

Reuerenter honoranda.

3. Esd.3. Super omnia vincit veritas.

4 Omnes populi clamauerunt, & dixerunt: Magna est veritas, & præualet.

Iob 6. Quare detraxistis sermonibus veritatis?

Psal.90. Scuto circundabit te veritas eius.

116 Veritas Domini manet in æternum.

Prou.12. Labium veritatis firmum erit in perpetuum.

Eccle.4. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

Matt.22 Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.

Ioan.1. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

4 Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate.

8 Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

14 Ego sum via, veritas & vita.

17 Et sermo tuus veritas est.

18 Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mũdum, vt testimonium perhibeam veritati.

1.Cor.13. Charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.

2.Cor.13 Non possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate.

Galat.3. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati?

VIDVAE VIRTVOSE DEBENT ORNARI.

SIc Iudith virtutibus, non vestibus ornari studuit. *Iudith 8.*

Erat Anna prophetissa filia Phanuel, & hæc vidua erat vsque ad annos octogintaquatuor, quæ nõ discedebat de templo ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte & die. *Luc. 2.*

Quæ verè vidua est & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Nam quę in delitiis est, viuens mortua est. & hoc præcipe, vt irreprehensibiles sint. *1. Tim. 5.*

Anus similiter in habitu sint qui religionem deceat, non criminatrices, non multo vino seruientes, vt honesta doceant. *Tit. 2.*

Studiosè defensari.

Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. *Exod. 22.*

Viduam eius benedicens benedicam. *Psal. 131.*

VIA DEI SVPER OMNES EXALTATVR.

IVstus es, Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt: & omnes viæ tuæ misericordia, & veritas & iudicium. *Tob. 3.*

Non cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, vię meæ, dicit Dominus. *Esa. 55.*

Via virtuosa ad Deum ordinatur.

Noë vir iustus atq; perfectus fuit in genera *Gene. 6.*

tionibus suis, cum Deo ambulauit.
17 Ambula coram me, & esto perfectus.
Psal. 118 Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.
Prou. 3. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.
Ibidem. Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.
16 Initium viæ bonæ, facere iustitiam.
Ibidem. Semita iustorum declinat à malo.
Eccle. 5. Esto firmus in via Domini.
Esa. 26. Semita iusti recta, rectus callis iusti ad ambulandum.
30 Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram neq; ad sinistram.
35 Erit tibi semita, & via sancta vocabitur: Non transibit per eam pollutus: & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam.
40 Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.
Ibidem. Quare dicis Iacob, & loqueris Israël?
Ierem. 31. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectã, in qua ambulasti.
Specu lam
Osee 14. Rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis. Præuaricatores verò corruent in eis.
1 Thes. 4. Fratres rogamus vos, & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis,

nobis, quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, ſic & ambuletis.

Remiſſas manus fratres, & genua ſoluta erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris, vt non claudicans quis erret, magis autem ſanetur. *Hebr. 12.*

Per Deum moderatur.

Omni tempore benedic Deũ: & pete ab eo, vt vias tuas dirigat. *Tob. 4.*

Bene ambuletis, & ſit Deus in itinere veſtro, & Angelus eius comitetur vobiſcum. 5

Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducatque vos incolumes. 10

Domine deduc me in iuſtitia tua. *Pſal. 5.*

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea. 16

Vias tuas Domine demonſtra mihi. 22

Deduc me in ſemita mandatorum tuorum. 118

Viam ſapientię monſtraui tibi, & duxi te per ſemitas æquitatis: quas quũ ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum. *Prou. 4.*

Iuſtorum autem ſemita quaſi lux ſplendens, procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem. *Ibidem.*

Iuſtitia cuſtodit innocentis viam. 13

Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius. 16

A Domino diriguntur greſſus viri: quis autem hominum poteſt intelligere viam ſuam? 20

Eccli.37. Deprecare Altissimum, vt in veritate viam tuam dirigat.

Esa.48. Ego Dominus Deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas.

Jerem.10 Scio Dñe quia non est hominis via eius: nec viri est, vt ambulet & dirigat gressus suos.

Mich.4. Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob. Et docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius.

A Deo remuneratur.

Hinc Psalmista:

Psal.24. Quis est homo qui timet Dominũ? Legem statuit ei in via quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur.

Psal.83. Ibũt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Prou.12. In semita iustitiæ vita.

Jerem.6. State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris.

7 Bonas facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto.

Via vitiosa turpiter deordinatur.

Psal.118. Non enim qui operãtur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.

Prou.4. Via impiorũ tenebrosa, nesciũt vbi corruũt.

Ibidem. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ pręcedãt gressus tuos. Dirige semitas pedibus, & omnes viæ tuæ stabilientur: Ne declines ad dexteram neq; ad sinistram: auerte pedem tuum a malo.

Vias quę à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt, quę à sinistris sunt. Ipse rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet. *Ibidem.*

Via stulti recta in oculis eius. *Prou.12*

Omnis via viri recta sibi videtur. 21

Arma & gladij in via peruersi: custos autem animæ suæ longè recedit ab eis. 22

In multitudine viæ tuæ laborasti, nec dixisti: Quiescam. *Esa.57.*

Firmiter reprobatur.

Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum, ambulabunt in vacuum, & peribunt. *Iob 6.*

Iter deuium ducit ad mortem. *Prou.12*

Est via quæ videtur homini recta; nouissima autem eius deducunt ad mortem. 14

Qui peruersis graditur viis, concidet semel. 28

Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. *Eccli.2.*

Via peccantium complantata lapidibus, & in finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. 21

Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas. *Ierem.2.*

Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerũt hæc (scilicet mala) tibi. 4

VIGILANDVM EST DILIGENter ad malum euitandum.

Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidẽ promptus est, caro autem infirma. *Matt.26*

Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilaret vti- *Luc.12.*

que, & non sineret perfodi domum suam.
21 Vigilate itaque, omni tempore orantes.
1. Cor. 10 Qui se existimat stare, videat ne cadat. Euigilate itaque iusti, & nolite peccare.
& 15.
1. Pet. 5. Sobrij estote, & vigilate.
Apoc. 3. Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies quando veniam ad te.

Bonum conseruandum.

Prou. 8. Beatus vir qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie.
Eccli. 31. Vigilia honestatis tabefaciet carnes.
32 Qui vigilauerint ad illũ, inuenient benedictioné.
1. Cor 16 Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini.
Colos. 4. Orationi instate, & vigilantes in ea cũ gratiarum actione.

Indesinenter.

Matt. 24 Vigilate, & estote parati, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit, & quia nescitis diem neque horam.
& 25.
Mar. 13. Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit.
Ibidem. Vigilate ergo, nescitis enim quando dominus domus veniat, seró, an media nocte, an gallicantu, an manè: ne cùm venerit repentè inueniat vos dormientes.
Luc. 12. Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.
Apoc. 16 Beatus qui vigilat.

VINDICTA PER NOS NON EXPETENDA.

Leuit. 19 NOn quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

Ne

Ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei, & reddam vnicuiq; secundum opus suum. *Prou.24*

Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. *Eccli.10.*

Ego dico vobis, nō resistere malo: sed si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe illi & alteram. *Matt.5.*

Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. *26*

Nulli malum pro malo redde. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. *Rom.12.*

Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini inuicem, & in omnes. *1.Thes.5.*

Deo relinquenda.

Mea est vltio, & ego retribuam. *Deut.32.*

Sanguinem seruorum suorum vlciscetur. *Ibidem.*

Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. *Luc.18.*

Qui iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gessit. *Colos.3.*

Scimus qui dixit: Mihi vindictam, & ego retribuam. *Hebr.10.*

VNCTIO SACRA.

EXeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ęgros, & sanabantur. *Mar.6.*

Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros. *Iac.5.*

VOLVNTAS DEI INCOMPREHENSIBILIS.

Gene. 50. NOlite timere: num Dei possumus resistere voluntati?

Psal. 113 Deus noster in cælo, omnia quæcunque voluit, fecit.

Prou 19. Voluntas Domini in æternum permanebit.

Esa. 46. Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.

Dan. 4. Iuxta voluntatem suam faciet Deus, tam in virtutibus cæli, quàm in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui eius, & dicat ei: Quare fecisti?

Rom. 9. Voluntati eius quis resistit?

Vtilis, ideo implenda.

Psal. 26. & 29. Vnam petij à Domino, hanc requiram: Vt videam volũtatem Domini. Quoniam vita in voluntate eius.

142 Doce me facere voluntatem tuam.

Prou. 11. Voluntas eius in his; qui simpliciter ambulant.

2. Ma. 1. Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti.

Matt. 7. Qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.

Luc. 2. In terra pax hominibus, bonæ voluntatis.

22 Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.

Ioan. 4. Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.

5 Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.

Descen-

Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem 6
meam, sed voluntatem eius qui misit me.

Nolite conformari huic seculo; sed reforma- Rom. 12.
mini in nouitate sensus vestri, vt probetis
quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens,
& perfecta.

Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes Ephes. 5.
quæ sit voluntas Dei.

Christo passo in carne, & vos eadem cogita- 1. Pet. 4.
tione armamini, quia qui passus est in carne, desiit à peccatis, vt iã non desideriis hominum, sed voluntati Dei quod reliquũ est in carne viuat temporis.

Qui facit voluntatẽ Dei, manet in ęternum. 1. Ioan. 2.

VOTVM.

QVę sanctificaueris, & voueris Domino. Deut. 12.
tolles, & venies ad locum, quem elegit Dominus, & offeres oblationes tuas.

Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non 23
tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, &c.

Homo qui votum fecerit, & spopõderit ani- Leuit. 27
mam suam Deo, sub ęstimatione dabit pretium.

Si quis virorũ votum Domino vouerit, aut Num. 30.
se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit, implebit.

Mulier si quippiam vouerit, & se constrin- Ibidem.
xerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognoue-

rit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suã, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit.

Iob 22. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes.

Psal. 75. Vouete, & reddite Domino Deo vestro.

Prou. 20. Ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retractare.

Eccle. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio.

FINIS.

INDEX RERVM HVIVS VOLVMINIS.

Quæ-

FINIS INDICIS.

ANTVERPIAE EXCVDEBAT
CHRISTOPHORVS PLAN-
TINVS, ANNO M. D. LXXIII.
MENSE IVNIO.

Flores Bibliorum.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm